qualis sit:oñdit li.i.ca.lx.p totū. Ostēditur
aūt ex scō Thō.quadruplex vnitas corporis
naturalis ibiō ante mediuz. Itē duplex vni
tas filij cū patre ibiō.Ad secūdū dicitur ⁊c̄.
Vnionis mēbroz̄ eccl̄ie adinuicē causa effici
ens notat.li.i.ca.lxi.per totum.
Vnitat eccl̄ie cū xp̄o modus z qualitas habe
tur lib.i.c.lxij.p totū:vbi oñr triplex vnitas
Vnus bō quō xp̄s sit cū corpe suo.i.eccl̄ia oñ
ditur.li.i.c.lxiij.p totū.Itez quō vna p̄sona
ibidē ca.lxv.Et quō vn? xp̄s.ca.lxvi.p totū.
Vnitas christi cum eccl̄esia bonoz̄ maioz̄ ē q̄
vnitas diaboli cuz collectione reprobozum,
vt ostēditur lib.i.ca.lxv.in fine.
Vor mēbroz̄ z capitis sepe vna est cū tn̄ pro
prietatesf diuerse sint.li.i.ca.lxvij.p totū.Et
p̄cipue post mediuz vt notatur in margine.

Pustus quoniā
p a chrismate dr̄ suo loco.hoc ē inc
incipientia a L littera reposui
mus. De icipientib? ab y vel z.
nulla mihi digna q̄ annotenc visa sunt. Si q̄
pter h̄ annotata velis lector,ipse tibi annota
ueris. Finis.

In summā de ecclesia

Summe de ecclesia dñi Johānis de Thurrecremata sancte Romane ecclesie tituli sancte Marie in transtyberim presbyteri cardinalis sancti Sixti vulgariter nuncupati: prologus seu proemium feliciter incipit. In quo auctor ipse et causam sui instituti quare hoc opus composuerit: et diuisionē sue summe quā in quattuor libros distinxit: dilucide nobis explicat.

Lectulū

Salomonis ambiunt sexaginta fortes ex fortissimis israel: omnes tenētes gladios in manibus: et ad bella doctissimi. Uniuscuiusq; ensis sup femur suū: ppter timores nocturnos. Cantico. iij. Inter cetera singularis dilectionis signa: quib⁹ celestis sponsus dei fili⁹ spōsam suā sanctā vniuersalē eccl'iaz sincero amore cōplecti facile cerni pōt illud euidēs extat signū: q; ei cōtra antiquum serpentē humane salutis pniciosissimus hostē in custodiā et presidiū firmūq; tutele munimē puida supni cōsilij dispēsatiōe delecta est prima⁹ celestis illa: quā et angelicā dicim⁹: inuictissime ꝑtutis militia. de qua dñs p Esa. c. lxij. ait. Super muros tuos hierusalē posui custodes. Debinc militia terrestris catholicoꝝ scz doctoꝝ cer⁹: quoꝝ studij atq; industrie potissima cura esse debet ꝓtra tēratoris insidias ecclesiā tueri: vt catholica fides in ea ab oīi erroꝝ contagione cōtra hereticos immaculata seruetur. et pax et vnitas aduersus scismaticos impturbata cōsistat. de quib⁹ per Zacbariā dñs ipe locut⁹ est. Circūdabo domū meā. i. vt glo. explicat eccl'iam: ex his q̄ militant mihi quos milites xpi fidē pacēq; tuētes eccl'ie spiritusscrūs describens: a magnitudine roboris animi. a zelo feruentissimo fidei. a strēnuitate bellandi. ab ampletudine sapiētie. deniq; ab infatigabili ꝓuidētia in verbis ꝓpositis ait. En lectulū salomonis ambiunt sexaginta fortes. Sane si vnq; xpi militib⁹ incubuit quos esse doctoꝝ catholicos dixim⁹ fortib⁹ accinctos gladijs validissimisq; munitos armis salomonis lectulū ambire: et illū puigili circūspire custodia: ne aliq; simplicitate mentis capti vel erroꝝ ducti: aut aliq; fallentis astutie calliditate decepti: de castris pereāt ecclesie: id maxime nouissimis diebus nostris eis incūbit. Quippe cū eos eo maioꝝ vigilātia maioreq; cum fiducia esse oporteret: quo aduersarij subtilioꝝ acrioreq; insidiantur astutia. Insurrexerūt nāq; hoc nostro lugēdo tēpoꝝ pestilentes quidā boies spū ambitiōis inflati: q; diabolico instinctu fraudeq; nimia excitati: falsa dogmata tam circa potestatē ecclesiasticam ꝑ secularē: a sanctoꝝ patrū doctrinis penit⁹ alienā pniciosis ausib⁹ introduxerūt: q̄b⁹ vniuersalē eccl'iam acerrime oppugnādo magnis illā vulneribus grauit afficerēt. velle siq; dē visi sunt inanib⁹ suis disputatōib⁹ vnitatē eccl'ie discerpere: claritatē nobilitatis ei⁹ confundere: datū vero diuinit⁹ ordinē subuertere et speciositatē decoris ei⁹ turpiter offuscare: apostolice insuper sedis q̄ fidei magistra cunctarūq; eccl'esiarū mater est: ꝑmat⁹ gloriā supmāq; ei⁹ auctoritatē diuinit⁹ cōcessam depmere et labefactare moliri sunt. Uniuersum igit eccl'ie corpus ita pturbāt: vt nihil ex ipius corporis cōpage incōcussū insautiatūq; euadere videat. Cū itaq; hoꝝ impioꝝ hominū sacrilege assertiones tanta impietate ꝓtra dei eccl'iam et apostolicā sedē crassent: vt nō solū euāgelice veritati aduersent: sed mltis scismatibus et erroꝝ animarū periculis pncipū dissensionibus et scādalis populoꝝ vie p eos parate sint: luculēter quisq; intelligere pōt q; nō portionē aliquā eccl'ie: sed ipa xpiane religionis conari videantur fundamēta conuellere. Quocirca merito p catholicos doctoꝝ celeri festinatōe illis est occurrēdū: et fidei inexpugnabilib⁹ armis q̄citissime resistēdū. Quoniā vt ait Leo papa: in talib⁹ casib⁹ non caret suspitione taciturnitas: q; occurreret veritas si falsitas displiceret. Hinc nos Johānes de turrecremata sancte romane eccl'ie tituli sancte Marie in trāstyberim presbyter cardinalis sancti Sixti vulgariter nūcupatus: zelo fidei inexpugnabilib⁹ armis q̄citissime resistēdum et bonoris sponse xpi vniuersalis eccl'esie pulsi: licz nō satis ad rem tātā periti: satis debito nro et dignitatis loco facere optantes. ne etiā in hac nimis graui causa taciturnitatis culpe teneamur obnoxij: aduersus hui⁹ eccl'ie dei et pmat⁹ sancti Petri aduersarios: iuxta vires ingenij nobis desuper crediti libri quē summā cōtra eccl'ie et pmat⁹ apli Petri aduersarios censuim⁹ esse appellādū opitulāte dño cōdidim⁹. In quo ex scpture diuine radicib⁹ et patrū sanctoꝝ irrefragabilib⁹ sentētijs pdictas impioꝝ hoim assertōes abunde (vt arbitramur) confutatas a cordib⁹ fidelij repellēdas eē ostēdim⁹: quoꝝ vanis obiectiōib⁹ rñsis subiectis ab eoꝝ infestatōe lectulū. i. eccl'iam xpi ex dauidica turre clipeis pēdētib⁹ tutatā premunitāq; ꝑ nostra ꝑtute reliq̄m⁹. Scriptim⁹ autē hec rudi sermone scholasticū morē secuti q; vt ait Augustin⁹ ꝓtra Manicheū. Non ornato politoq; sermone: sed reb⁹ manifestis cō

Prologus

Diuisio summe.

uincēda est vanitas hereticoꝝ. Quā summā in ꝗttuoꝝ libꝝos distinxim⁹. Quoꝝ ꝑm⁹ titulum habꝫ de vniuersali ecclia. Secūdus de ecclesia romana ⁊ pōtificis eius ꝑmatu. Tertiꝰ de vniuersalibꝰ cōciliꝭ. Quartꝰ de scismatiꝯ ⁊ hereticis. Uerūetiā licꝫ in his nr̄is scriptis sicut ⁊ in quibuscunqꝫ aliꝭ semp studuerim⁹ nō ꝓ volūtatis nostre appetitu de rebꝰ scribere: sed ꝗtuꝫ de thesauris dn̄icis aut a sanctis patribꝰ vel ꝑclarissimis sacre theologie ꝓfessoꝝb⁹ studiosa diligētia summa cū fide accipe potuim⁹. Nihilomin⁹ q; nulla penit⁹ inflexibili animositate dixisse voluim⁹: nisi q̄ iuxta fidei ortbodoxe regulā aut sanctoꝝ patrū approbatissimas sentētias dicēda veniūt: boc op⁹ opitulante nobis diuinitate iam absolutū sancto dño nostro Nicolao pape quinto: qui boc nr̄o euo diuine gr̄e munere cū multa meritoꝝ claritate in cathedra petri dignissime sedet. Cuius fides vt beat⁹ Sirtus ꝑdecessoꝝ ei⁹ in ca. memoꝝ. xxiij. q. i. ait. Nullā beresim fouet: sed oēs bereses destruit: corrigendū emēdandūqꝫ offerim⁹ dicētes cū btō Hiero. Hec ē fides papa btissime quā in catholica didicim⁹ ecclia quāqꝫ semp tenuim⁹: in q̄ si min⁹ perite aut parum caute forte aliquid positū est: emēdari cupim⁹ a te: qui petri ⁊ sedē ⁊ fidē tenes. Si aūt nostra ꝓfessio apostolat⁹ tui iudicio ꝓbat: quicunqꝫ me culpare voluerit se imperitū ⁊ mali uolū: vel nō etiā catbolicū sed hereticū comprobabit.

Capitulum primū de nomine ecclesie et differentia eius a nomine synagoge.

Capitulū I Ecclia ⁊ synagoga q̄d differant.

Ē ecclesia cum

b adiutorio oīpotētis dei locuturi a q̄d nob⁹ ecclesie incboabimus. Ut aūt dicit venerabilis Beda exponēs illud Prouerb. v. Pene fui in oīmi malo in medio ecclie ⁊ synagoge. Ecclesia ⁊ synagoga greca noia sunt: ⁊ vnā eandemqꝫ rem significāt. Latine cōuentū sc̄z plurimoꝝ ad inuicē. Si aūt subtilꝰ distinguant ecclia cōuocatio: synagoga ꝓgregatio interpretat. Quia aūt vox ⁊ cōuocatio ꝓpr̄ie est rationalis creature: ꝓgregatio vero etiā irrationalis creature eē pōt. Unde Beñ. i. dicit. Cōgregent aque q̄ sub celo sunt. Et gallina etiā dr̄ ꝓgregare pullos suos. Matb. xxiij. Cumqꝫ inter boues soli rationales babendi sunt fideles: verbū rationabile fidei audiētes ⁊ mente pcipiētes. vetꝰ ille bebreoꝝ populus q̄diu in vn⁹ veri dei fide ⁊ cultu ꝑmansit. vtroqꝫ noie ecclia sc̄z ⁊ synagoga vocat⁹ legit. sicut i multis sacre scripture locis patet. Unde Numeri xvi. vocat synagoga vbi dr̄. Insurrexerūt contra Moysen ducēti q̄nquaginta viri ꝓceres synagoge. Irē in eode li. c. xxij. Idē ppls ecclesia legit nomat⁹: vbi moysi dictū est. Cur eduxisti ecclam dei in solitudinē. post aduentū aūt saluatoris nr̄i ppl̄o iudeoꝝ: exceptis paucis i xp̄m credētibus: infidelitatis tenebris obcecatoꝝ: gr̄a distinctionis sicut partita sunt noia vt pars illa bebreoꝝ q̄ lumē dei nō receperūt q̄si irrationabiliū aialiū ⁊ brutoꝝ cōgregatio synagoga tantū dicta sit. Pars vero bebreoꝝ ⁊ alioꝝ q̄ in xp̄m crediderunt ecclia ⁊ nūc synagoga sit appellata. Un̄ btūs Aug⁹. sup ps̄. lxxxi. tractans illud. Deus stetit in synagoga deoꝝ. i. populoꝝ israel: ita in confirmationem eoꝝ q̄ dixim⁹ dicit. Ipsoꝝ ꝓpr̄ie synagoga dici solet: q̄uis ⁊ ecclia dicta sit. Sed nostrā apl̄i synagogā nūc̄ꝫ dixerūt sed semp ecclam siue discernēdi causa: siue q̄ inter cōgregatiōnē vn̄ synagoga: ⁊ cōuocationē vnde ecclia nomen accepit aliq̄d distet: q̄ sc̄z ꝙgregari ⁊ pecora solent ac ipsa ꝓpr̄ie quoꝝ ⁊ greges ꝓpr̄ie dicimus: cōuocari est magis vtentiū ratiōe sicut sunt boues. bec Aug⁹. Et sunt etiā v̄ba Isidori viij. li. Etbimoł. c. viij. Ut notet ergo iudeoꝝ infidelitas dicta est eoꝝ synagoga. i. cōgregatio quasi pecoꝝ ⁊ indiscretoꝝ. Et vt fidelitas nostra ipso vocabulo innueret: nr̄a dicta est ecclia. i. cōuocatio q̄si rationabiliū ⁊ discretorum. Un̄ de ecclia dr̄ in ps̄. xxxiij. Confitebor tibi in ecclia magna ⁊ in ppl̄o graui laudabo te. Popul⁹ em̄ ecclie inq̄t Albertus magnus dr̄ esse grauis maturitate virtut̄ ⁊ illi soli sunt qui rationē colunt ⁊ rōnabiles dei voces intelligūt ⁊ audiūt vocatōnē xp̄i. Habem⁹ iam ex dictis q̄d nob⁹ ecclie. ex q̄bus illico colligit̄ noticia ei⁹ q̄d sit ecclia ꝑm rem. Est em̄ carbolicoꝝ siue fideliū collectio. vt de ꝓse. di. i. in. c. ecclia babet. Siue ecclia est vniuersitas fideliū q̄ vnius veri dei cultu: vni⁹ fidei profession̄e ꝙueniūt. Un̄ glo. i. ad Thi. iij. sup illud Od̄ est ecclia dei viui: dicit. Ecclia est cōuocatio multoꝝ ad vnius dei cultū. Dē q̄ ecclia apl̄us ad Ephe. in. c. v. sic loquit̄ Xp̄s dilexit ecclam ⁊ tradidit semetipsum ꝓ ea vt illā sanctificaret mundās eā lauacro aque in verbo vite vt exhiberet eā ipse sibi gloriosam ecclam ⁊c̄. Et. j. Propt̄ boc relinquet bomo patrē ⁊ matrē suā ⁊ adberebit vxori sue: ⁊ erūt duo in carne vna Sacramentū boc magnū est: ego aūt dico in xp̄o ⁊ in ecclia. In q̄bus v̄bis beatissim⁹ Paulus ꝗttuoꝝ videt tangere causas ipsius ecclie: videl⁊ efficientē: materialē: formalē: ⁊ finalē. ex q̄bus pfecta colligi pōt noticia nature ipi⁹ ecclie. Dicit em̄ Aristoteles. i. posterioꝝ. Tūc

em vnūquodq; pfecte arbitramur cognoscere tum oēs eius causas cognoscim⁹. Causa efficiens ecclie duplex distinguit. vna pncipalis ⁊ alia instrumentalis. Pncipalis est ipse xps q̄ plātator est ⁊ fundator ecclie. Un Jerem. ij. ait. Ego te plātaui vineā electā oē semē verū. Et Matth. xvi. ait petro. Sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Et hanc causam efficiētē ecclie tangit aplus ad Epbe. v. dicēs. Xps caput est ecclie ⁊ saluator corporis ei⁹. vbi glo. int. Xps est rector ⁊ actor ecclie. Causa vero instrumētalis ecclie dicunt ipsa sacramēta q̄ a xpi passione habētia vtutē tang instrumenta diuine pietat disponūt ⁊ operant ad edificationē ⁊ formationes corporis ecclie. Ait em Aug. sup ps. Quādo dormiuit in cruce xps signum gestabat imo implebat qđ significatuz erat in adā: qz cū dormiret adā costa illi detracta est ⁊ eua facta. Sic ⁊ dns cuz dormiret in cruce lancea latus ei⁹ pcussum ē ⁊ sacramēta fluxerūt vnde facta ē ecclia. Itē glo. Aug. ad Epbe. iiij. Dormiuit adā vt fiat eua. Moritur xps vt fiat ecclia. dormiēte adā fit eua de latere. mortuo xpo lancea latus pcutit vt pfluant sacramēta q̄bus formet ecclia. Baptism⁹ vo precipue ad hanc corporis ecclesie formatōez int alia sacramēta dr cooperari: q̄ basis ē aliorum ⁊ ostiū quo q̄s xpo incorporādus ecclesiam ingredit. Un glo. sup illud Gen. vi. Ostium autē arche pones in latere deorsum: dicit. Nemo intrat in ecclesiam nisi p sacramētū remissionis peccatoz qđ de latere xpi apto emanauit. Hanc aūt causam efficientē instrumentalē formatiōis corporis ecclie tangit aplus in verbis supradict vbi ait. Mundās eam lauacro aque. s. sanctificate vt ait glo. in verbo vite. i. quo datur vita. Huo accedēte ad elementum fit sacramentū quo sanctificat⁹ homo accipit vitā eternā int glo. Causa aūt materialis sunt ipsi fideles: quā aplus tangit in nomie ecclie dicēs. Dilexit ecclam. ecclia aūt vt dictum est: collectio fideliū ē. Causa aūt finalis ecclie duplex est. Una in presenti. s. sanctificatio eius. ⁊ hec tangit ab aplo cū ait. Ut illam sanctificaret. gl. iustā bone vite. Secūda est finis vltim⁹ q̄ expectat in alia vita: ad quē perducenda est ecclia qn introducet in thalamū sponsi: que est adeptio supne beatitudinis. Et hanc cām tangit aplus in ꝟbis superioꝛib⁹ vbi ait. Ut exhiberet ipse sibi eā gloriosam. glo. in aia ⁊ in corpore rutilātē geminata stola decoratā. Causa vero formalis est vnitas corporis mistici cum xpo. Et hanc tangit aplus cū ait. Erunt duo in carne vna. sacramentū hoc magnū est in xpo ⁊ in ecclia, qz vt ait glo. Coniugalis copula signū est spūalis vnitat xpi ⁊ ecclesie. Et ita patet q̄ plene beatissimus aplus in auctoritate predicta quadruplicē causaz ecclesie describat. Et hoc tantū a nobis dictum sit vt qđ nois ⁊ qđ rei ipsi⁹ ecclie. Ex q̄b⁹ aptē cōfutat hereticoꝛ stultricia q̄ cōgregationes suas ecclesias vocant: cū magis synagoga sathane dicēde sint. fm illō Eccli. xxi. Struppa collecta synagoga peccantium.

Capitulum. ij. de varia acceptione huj⁹ nois ecclia. Cap'm. II

Vonia varijs

Ecclesia varie accipitur

q ⁊ diuersis modis nomē ecclie tam in sacra scriptura q̄ apō sacros canones legim⁹ accipi Ut manifestius fiat sub qua significatione de ecclia sum⁹ locuturi oportunū nobis visuz est in hoc pncipio varietatē acceptōnis illi⁹ premittere. Pro quo sciēduz q ecclie nomē aliqn capit p domo materiali diuinis laudib⁹ ⁊ oratioi dedicata illo genere locutiōis quo cōtinens nomen solet accipere cōtentū. sicut vas argenteū vel aureū vel de alio metallo in quo xpi sanguis cōtinet noiat calix sanguinis xpi Et dom⁹ in q̄bus scholares ad audiendā doctrinā ⁊ doctoꝛes ad docēdū cōueniūt: schole nominant. Sic pari modo locus in quo fit cōgregatio ⁊ conuocatio fideliū ad aliq̄ diuina opera pſūmāda cōmunit ⁊ rōnabilit vocat ecclesia. qō triplici rōne cōuenire ostēdit. Primo qz in tali domo fit fidelium cōuocatio ad audiēdā fidei doctrinā. Un pro hac causa cōstitutus ē beatissimo petro locus. s. catbedra in antiochia. Unde de eo cantat illud ps. xvi. Exaltent eū in ecclia plebis: ⁊ in cathedra seniox laudent eum. Et de xpo dr Luc. xviij. Et erat quotidie docēs in tēplo. Secūdo loc⁹ ille rōnabilit dr ecclia: qz ibi fit cōgregatio ⁊ conuentio fideliū ad oādū ⁊ bn̄dicendū deū: atq̄ ad impetrādū diuinitat auxiliū. Un Judith. vi. Cōuocat⁹ ois pplus p totā noctē intra ecclesiā oraverūt petētes auxiliū a deo. Et. i. ad Coꝛ. xi. dicit aplus. An ecclam dei cōtemnit. glo. i. domū oꝛonis. Tertio loc⁹ ille materialis merito ecclia dr: qz in ea fideles ꝟgregant ad offerenda sacrificia deo ⁊ suscipiēda diuina sacramēta q̄bus ipsa format ⁊ decoratur ecclia. Un Deutero. xij. dicit ita dns. Ad locum quē elegerit dns deus noster de cūctis tribub⁹ vestris vt ponat nomē suū ibi ⁊ habiter in eo venietis ⁊ offeret in loco illo bolocausta ⁊ victimas vestras decimas ⁊ pmitias manuum vestrarū ⁊ vota atq̄ donaria. Et idem in. c. xvi.

Secūdo nomē ecclie inuenit accipi p vniuersitate oim fideliū tam viatoꝛ q̄ cōprehēso

rum boiz.s.ꝛ angeloꝝ. De quo apls ad Eph̄.i. de xp̄o loq̄ns inq̄t. Ip̄m dedit caput sup oēm ecclam.glo.q̄ in celo ꝛq̄ in terra ē. Tertio accipiť p vniuersitate fideliū boim tantū. sicut ad Ephe.v.vbi apls ita loq̄tur. Christ⁹ caput ecclesie est ipse saluator corporis eius. Et.j. Xp̄s dilexit ecclesiā ꝛ tradidit semetipsum p ea. Planū est aūt q xp̄s nō est mortuus p angelis:sed p bomibus q̄bus in salutē nat⁹ est. Luce.ij. Nō manifeste innuit angelus q̄ ad pastores loquēs ait. Ecce euāgelizo vobis gaudiū magnū qō erit oīi populo: qz natus ē vobis bodie saluator q̄ est xp̄us dn̄s in ciuitate dauid.

Pō.xxi. Quarto legiť ecclesia assumi p vniuersitate oium fideliū viatoꝝ.sicut in pō. Erit apud te laus mea in ecclesia magna.glo. in toto orbe.non modo in africa vt aiunt donatiste. Et Aug.sup eodē. Ecclesia magna q̄d est fratres nunq̄d exigua pars orbis terrarū ecclesia magna est? An ecclesia magna totus orbis est?

Quinto accipiť ecclia p vniuersitate vni⁹ puincie aut vni⁹ familie. Sicut ad Ro. vlti. Salutat vos Gaius hospes meus ꝛ vniuersa ecclesia.glo. puincie vnde gaius erat. Itē.i. ad Coꝝ.i. Paulus ecclesie dei q̄ est corinthij id est oīm⁹ fratribus ecclesie corinthie. hoc modo distinguim⁹ ecclesiā romanā:ecclesiam toletanā:ecclesiā gallicanam:ꝛ germanicam

Sexto ecclesia accipiť p vniuersitate fideliuz babētiū fidē charitate formatā.sicut Sapiētie.iij. Filij sapiētie ecclesia iustoꝝ ꝛ natio eoꝝ obediētia ꝛ dilectio. Septimo aliq̄ per ecclesiā accipiūt predestinatoꝝ siue electoruz tātū vniuersitatē inducētes p se illō.i. Thi.ij. Nouit dn̄s q̄ sunt ei⁹. vbi glo.ita dicit. Quos prescinit futuros conformes fieri imagini filij sui.i. predestinauit:vocauit:iustificauit:ꝛ glorificauit. Seq̄tur numerus taliū est hortus cōclusus:fons signat⁹:pure⁹ aq̄ viue: paradisus cū pomoꝝ fructibus. Octauo ecclia accipiť p presidētibus tātū in ecclesia. sicut Matb. xviij.vbi dī. Si peccauerit in te frat tuus ꝛc. dic ecclesie.glo.crisostomi.id est bis q̄ presunt Hoc modo accipitur in.ca.si peccauerit.i.q.i. vbi glo.sup illud dic ecclesie:exponit.i. sacerdoti. Nono ecclesia accipiť p subditis tātū alicui⁹ plati.sicut Act.xij.vbi babeť. Oratio aūt fiebat ab ecclia sine intermissione ad deū p eo.s.petro q̄ ecclie plat⁹ erat. Item Act.xx. Paulus maioruḃ⁹ ecclesie epbesi inq̄t. Attendite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo posuit vos spūssanctus regere ecclesiā suam. Decimo sumitur ecclesia p maioruḃ⁹ ꝛ potioruḃ⁹ in ecclesia siue sint ecclīastici siue laici.sicut sumiť iij. Regū.x.vbi dī. Cōuertit rex faciē suā ꝛ benedixit oīi ecclie israel.vbi ecclesia nō p vniuerso israel accipiť:cū tot⁹ populus ibi p̄sens nō fuerit:sed vt ex p̄ncipio capituli colligiť p maioruḃ⁹ natu ꝛ p̄ncipib⁹ tribuū q̄ tunc ibi congregati erāt. Pari modo accipiť.i. Paralyp.xxix vbi dī. Locutus est Dauid rex ad oēm ecclīaz ibi tamē tātū primates tribuū cōuenerāt. Itē boc modo accipiť ecclesia ad Ephe.iij.vbi dī. Et innotescat p̄ncipib⁹ ꝛ potestatib⁹ celestibus p ecclesiā.glo.i. per apls in ecclia p̄dicātes. Undecimo ecclesia accipiť p plonis minoruḃ⁹ siue inferiorus grad⁹ in ecclesia. sicut ē illud Act.xv. Suscepti sūt ab ecclia ꝛ ab apostolis ꝛ a senioruḃ⁹. Et iterū in eodē. Placuit apls ꝛ senioruḃ⁹ cū oīi ecclesia eligere viros ex eis.vbi glo.interli.inq̄t. Pres apls ꝛ seniores. Duodecimo ecclesia accipiť p solis ecclesiasticis viris siue p solis clericis.sicut.lxiij.dist. ca.i.vbi dī. Si quis q̄s seculariū p̄ncipū vel potentū vel alteri⁹ dignitat̄ laicus aduersus cōmunē ac p plonantē atq̄ canonicā electionē ecclesiastici regiminis agere attentauerit anathema sit donec obediat ꝛ plentiat quicq̄d ecclesia de ordinatōe ac electōe p̄fati presulis se velle mōstrauerit. Decimotertio ecclia accipitur magis stricte nō p oīibus clericis sed p maiori parte clericoꝝ. p bat in.ca.aplica.lvi. dist.vbi dī.q. q̄ ab ecclia electus ē si altero dignior inuētus fuerit ꝛ canonice elect⁹ plecteť vbi glo.inq̄t. Hic accipiť ecclia p maiori parte eligentiū. Decimoq̄rto accipiť ecclia stricti⁹ p solis canonicis matricis ecclesie. ꝛ sic sumiť extra de ver.sig.c.cū clerici.vbi dī q cū q̄s prestat iuramētū fidelitat̄ alicui ecclesie:nō intelligiť totus clerus illi⁹ diocesis:ꝫ tātū epūs ꝛ canonici matricis ecclesie:q̄ vacāte sede sūt ecclesia boc modo dicta.sicut ex eodē.c.colligitur.

Decimoq̄nto ecclesia accipiť p forma alicuius sacramēti ecclesie. sicut ē illud Aug. in li. sentētiarū p̄speri.ꝛ babeť.i.q.i.in.c.extra.vbi dicit. Extra catholicā ecclesiā nō est loc⁹ veri sacrificij.glo.i.extra formā ecclie. Et boc modo etiā ponit sanct⁹ Tho. verbū ecclia in.iij. sentētiarū.di.xij. Decimosexto nomē ecclie aliq̄n sumiť p auctoritate.sicut in.c.quodcūq̄ xxiij.q.i.vbi dī. Si bocverbū.s.quodcūq̄ ligaueris tātū petro dictū ē nō boc fecit ecclesia. glo.archi.i.auctoritas ecclie. Nos ꝯo de hac tam varia acceptōne nominis ecclie sub ea sola rōne de ecclia in seq̄ntib⁹ agem⁹ qua ecclia collectio siue vniuersitas dicit fideliū:sicut in sequēti capitulo tangemus.

Capitulum.iij. sub qua significatiōe de ecclesia habendus sit sermo in cōsequentibus:vbi declaratur q̄ in ecclesia sint boni ꝛ mali simul permixti.

Cap. III
Ecclesia quō in hoc ope accipiet

Pm aūt de ecclesia

c

vniuersali ⁊ ꝑm cōditionem presentis status loq̄ ꝑpo fuerim⁹: q⁹ loq̄ de ea ⁊ eius mē bris ꝑm conditionē status futuri supgreditur intellectus nostri virtutē cū soli deo cognit⁹ sit numerus electo⁹ in supna felicitate locandus. Ecclesiā in ea significatōe impsentiarum accipim⁹ ꝑm quā ecclia catholico⁹ collectio siue fideliū vniuersitas describit. Ifideliū dico: siue sint ꝑdestinati siue nō: siue in charitate existant siue non: dū tm catholicā fidē tenēant integrā ⁊ pasto⁹is sui censura ab ecclesia nō sint pscisi. Hic aūt modus acceptiōis vniuersalis ecclesie ē cōueniēti⁹ q̄ mod⁹ ille sub quo q̄daz errātes dogmatizarūt: q̄ sctā ⁊ vniuersalis ecclesia dicēda sit tm vniuersitas predestinato⁹ siue charitatē habētiū. Cuius conueniētie ratio mltiplex assignari pōt. Prio q⁹ hic modus accipiēdi ecclesiā vniuersalē: vt. s. dicat collectionē siue vniuersitatē fideliū siue bono⁹ siue malo⁹: est magis ꝓformis sacre scripture ⁊ sctō⁹ patrū dict. in cuius clarissimus argumētū xps in euāgelio serām vniuersalē ecclesiā mult̄ legit cōparasse rebus q̄ mixturam malo⁹ cū bonis simul patiunt. de q̄b⁹ exēpla pauca, pferamus in mediū. ait em Matth. xiij. Simile ē regnū celo⁹ sagene misse in mari: et ex oī gne pisciū congregāti. Sup quo dicit brūs Greg. i homel. Scrā ecclesia cōparat sagene misse i mari ⁊ ex oi gne pisciū congregāti: q⁹ nūc bonos malosq̄ cōiter q̄si pmixtos pisces fidei sagena ꝓtinet. ꝑ littrus sctē ecclesie. i. finis indicat sagena q̄d trabat. Itē idē Greg. in alia homel. Boni soli nusq̄ sūt nisi i celo: ⁊ mali soli nusq̄ sūt nisi i inferno. hec aūt vita q̄ int celum ⁊ infernum sita ē: sic in medio subsistit ita vtrarūq̄ partiū ciues cōiter recipit. quos tm sctā ecclia ⁊ nūc indistincte suscipit ⁊ postmodū in egressione discernit. hec Greg. et habet xxiij. q. iij. c. hec aūt vita. Itē in eodē. c. euāgelij xps ecclesiā cōparat agro: in q̄ simul cū bono semie inuēta sūt orta zizania. ⁊ Matth. iij. Aree ea rōne ecclia legit cōparata. q⁹ quēadmodū in area simul cū granis palee pmiscent ita in vniuersali ecclia mali cū bonis simul cōtinent. vñ brūs Aug. ō fide ad petrū. c. iij. ita dic. Ifirmissime tene ⁊ nullatenus dubites areā dei eē ecclesiā catholicā ⁊ intra eā vsq⁹ in finē seculi frumēto paleas ꝓtineri: boc ē bonis malos sacramētoꝝ cōione miscerī ⁊ in oī ꝓfessione siue clericoꝝ siue monachoꝝ siue laicoꝝ eē bonos simul ⁊ malos. hec Aug. Preterea hac de causa ecclia sctā ⁊ vlis a xpo legit cōparata decē ꝯginib⁹ q̄rū q̄nq̄ erāt fatue ⁊ q̄nq̄ prudētes. Matth. xxv. sup q̄ ait brūs Greg. Presens ecclia regnū celoꝝ dī. ⁊ q⁹ ex vtroq̄ sexu multiplicit colligit sctā ecclia decē ꝯginibus silis denūciat. in q̄ q⁹ mali cū bonis ⁊ reprobi cū electi sūt admixti recteꝯginibus prudētib⁹ ⁊ fatuis simillis phibet. hec Greg. Hac insup rōne figurata dī ecclia q̄ archā noe: in q̄ immitia cū mitibus ⁊ mūda cū imūdis aialia locata simul fuisse legunt. vbi glo sup Gen. c. vij. ita int. Omnia cūcta aialiū gña includunt in archa significat q⁹ ex oibus gētibus ⁊ natiōibus congregat ecclia. sic in disco petri mūda ⁊ imunda sūt aialia: sic i ecclie sacramētis versant boni ⁊ mali. Et sub illo verbo emisit colūbā post coruū. ita subiūgit. Archa ꝓtinet coruū ⁊ colūbam: ita ecclesia bonos ⁊ malos. Secūda rō ꝓueniētie ē q⁹ huic modo acceptōis nomis ecclesie magis ꝓuenit rō vlis ⁊ catholice discretionis: qm̄ ambitu vniuersalitat̄ sue plures q̄ ceteri modi ꝓtinet: imo oēs alij modi acceptōis nois ecclie sunt tanq̄ partes eius. sic cm̄ apō ciuilitatē secularē intra ambitū tot⁹ reipubli. vna multitudo pars alterius ē. sic multitudo domestica pars mltitudinis ciuilis. vt. i. Politicoꝝ deducit. ⁊ ciuilis multitudo pars multitudinis regni: cui⁹ ambitu oia ꝛcludunt. Ita apud rēpu. religionis xpiane sub hac amplitudine nois ecclie ꝑm quā dic vniuersitatē oim q̄ in catholica fide ⁊ sacramētoꝝ societate cōueniūt cōprehēdūt oēs modi alij ꝑm quos particularius nomē ecclie accipit. ⁊ ita huic modo acceptōis ecclie nomē ⁊ rō vlis ⁊ catholice discretōis plenius ꝓuenit. Tertia rō cōueniētie ē q̄m ex hoc amplio⁹ ⁊ exēplio⁹ manifestat essentia ppli dei: q̄m in gloriā ipsius dei cedit ꝑm illud Prouerb. xiij. In multitudine populi dignitas regis: ⁊ in paucitate plebis ignominia ꝓncipis. dī aūt Baruch. iij. O isrl q̄ magna ē domus dñi ⁊ ingēs locus possessionis eius. De hac aūt amplissima multitudine populi dei ita dns abrahe loq̄tur Gen. xiij. Ifaciam semē tuū sic puluerē terre. ⁊. j. c. xv. dicit Suspice celū ⁊ nūera stellas celi si pores: ⁊ dixit ei. Sic erit semē tuū. glo. i. ppls xpian⁹: cuius pat futur⁹ es i fide. vbi semē abrahe cōparatur nūc arene maris, ꝓp carnales ⁊ aridos ⁊ a bonis opib⁹ infecūdos. nūc aūt stellis celi ꝓp eos q̄ velut stelle ꝓturibus fulgēt. vt dic glo. Hec aūt xpiani ppli amplitudo esse nota nō posset si sctā ⁊ vlis ecclia vniuersitas tm ꝑdestinatoꝝ aut collectio tm i charitate existētiū cēseret. cult⁹ nāq̄ xpiane religionis ⁊ ip⁹ catholice fidei sacrm in q̄ catholica societas ꝓuenit plus bz noticie ⁊ experiētie apud nos

Parte. ij.

q̄ scr̄ptura p̄destinatōis ⁊ etiaz q̄ status charitatis. Nō ei nob ita datū ē cognoscere aliquē esse p̄destinatū aut charitate xp̄o ꝓiunctū sic nobis ꝓcessuz ē cognoscere si q̄s sit de religiōe xp̄iana. vñ Augu. li. de bap. ⁊ habet de ꝓse. di. iiij. ca. Est vnitas ecclie que late ptz in sacrox videlicet societate ⁊ cōmunione q̄ amplectit cū granis etiā paleas. vbi glo. inq̄t. Est vnitas q̄ late pz: ꝫ ecclesie vnitas q̄ est i fidei charitate nō ita late paret: ꝫ hec amplectit solos bonos ꝫ fm vnitatē sacramentox etiā malos hec glo. Quarta rō qm̄ p hoc cognoscit vnus quisq; si ad ecclesiā pertineat an nō: in quo nō parū ꝓfectōis accrescit fidelibus posse hr̄e noticiā apō se vnūquēq; si ad ecclesiā xp̄i pertineat. Scit em̄ vnusq̄sq; ⁊ cognoscit veracit si fidē habeat an nō. qō de p̄destinatiōe aut charitat̄ statu minime ꝓcessuz est cognoscere. dic em̄ Aug. Nihil ē boi certius fide sua q̄ credit qō lōgissimuz est a sensu. Jtē Aug. in li. de tri. ⁊ ponit a magro in. iij. sentē. di. xxiij. Fidē inq̄t suā videt q̄sq; in corde suo si credit vel nō ee si nō credit. nō sicut corpa q̄ videmus oculis coꝛporeis vel p ipsox imagines. nec sic aiam quā cōiicimus ex motib⁹ coꝛpis. nō sic videt fides in corde in quo ē ab eo cuius ē: ꝫ eā tenem⁹ certissima sciētia. hec ille. et sctūs Tho. in. iij. suo sup eodē passu magri. Dicit aliud esse de charitate ⁊ de fide: qm̄ habēs fidē scire pōt se hr̄e illam: qō nō ꝓtingit de charitate q̄ ex re notū ⁊ plpicuū fit vnicuiq; si ipe ad ecclesiā vniuersalem ptineat qō ad p̄grandē dignitatē ⁊ grām singularē habēdū ē a fidelib⁹. Quinta rō cōueniētie ē: qm̄ p modū p̄dictū acceptōis nois ecclesie pax ⁊ ꝓcordia maioꝛ seruat̄ i pplo dei. Si em̄ soli p̄destinati ⁊ in xp̄i charitate existētes ad ecclesiā ptinere dicerēt: cū ignotū esset q̄ tales foꝛet. nō dubiū q̄n inf fideles mixta scismata ⁊ scissure plurime oꝛirent: sic experiētia cognouim⁹ eo tpe q̄ dogma ꝫ pestiferū a q̄busdā bereticis dogmatizatū ē. q̄re dns ait discipul nō esse eradicādā zizaniā: ꝫ usq; ad messis tp̄s cū tritico p̄mittēdā. Mat. xiij. Et aug. sup ps̄ cxix. tractās illō. Cū bis q̄ oderūt. dic sic. Qui sūt q̄ oderūt pacē? Qui ꝓciderūt vnitatē. Si em̄ pacē ñ odisset i vnitate pmānsisset. Et. j. catholica voꝛ dic. Nō ē dimittēda vnitas: nō ē p̄scidēda eccla dei. iudicabit de⁹ bō is ⁊ mal postea. Si nūc mali a bonis separi nō possunt ferēdi sūt ad tp̄s. Mali i area nobiscū ee p̄nt in boꝛreo esse nō p̄nt. Et forte q̄ hodie mali apparēt cras boni erūt. ⁊ q̄ hodie de bonitate superbiūt cras mali iuenient. hec ille. ⁊ Aug. in li. de bap. ⁊ habet in. c. quāt⁹. xxiij. q. iij. ita dic Quāt⁹ arrogātie tumoꝛ ē: q̄ta būilitat̄ ⁊ leuitatis oblīuio: ⁊ arrogantie q̄ta iactatio vt q̄s se posse facere credat: qō nec apli cōcesserit dns: vt zizaniā videlz a frumēto puret se posse discernere. Sexta rō est qm̄ ex h̄ p̄cipat⁹ ecclesie magi firmat in mētib⁹ fideliū ⁊ roboꝛat plane si soli p̄destinati ad ecclesiā dei cēserēt ptinere credētib⁹ homib⁹ p̄cipatū ecclie tm̄ bis q̄ de ecclia sūt ꝓuenire: nulla haberet apō fideles certitudo plationis: nisi sup h̄ reuelatio fieret singularis: q̄ incertitudo aut dubietas nullo modo habēda est circa p̄cipatū ⁊ potestatē ecclie: q̄ veluti clarissima ciuitas sup mōtem posita refulget vniuersis. Mat. v. Ad qō optime facere videt illud Hiero. qō habet xxiij. q. i. c. oib⁹. vbi sic dr. Omnib⁹ ꝓsideraī puto me nō temere dicere alios ita esse in domo dei vt ipi etiā sint dom⁹ dei: que dom⁹ etiā claues accepit atq; potestatē soluēdi ⁊ ligandi. h̄ ibi. Sane si ecclia in solis p̄destinat̄ ꝓsisteret: eadē incertitudine vacillaret pōtificiū clauiū ecclesie: q̄ apō nos infirma ē certitudo p̄destinatox. meritoꝛ q̄ vniuersitas fideliuz sine alia limitatōe aut determiatōe nomē ⁊ rōnē obtinuit vsus ecclie: lz etiā alijs modis vt dictū ē: min⁹ tm̄ vniuersaliē ecclia accipit. Ex hoc etiā manifestissimuz reddit q̄ rōnabilit dānat⁹ sit errox dicētiū. q̄ sctā ⁊ vniuersalis ecclia sit tātum p̄destinatox siue electox vniuersitas.

Capitulum. iiij. in quo ponunt obiectiones aliqe contra illud qō dictum est q̄ in sctā et vli ecclesia boni contineantur simul ⁊ mali.

Eap. IIII

Jdebit foꝛtasse

Argumētum mū cui⁹ et sequ tium solutōes bētur ca. v.

v sis aliq̄b⁹ q̄ sctā ⁊ vsus ecclia nō sit dicēda q̄ bonos simul ⁊ malos ꝓtineat ꝫ q̄ bonos tm̄: qō multiplicit argui tur. Pmo ex illo qō de ecclia sctā ⁊ vniuersali habet Lanf. iiij. Doꝛt⁹ ꝓclus⁹: fons signat⁹: puteus aḡrū viuētiū: qō ꝏbū Aug. li. v. cōtra donatistas dic. Nō audeo intelligere nisi i sctis ⁊ iustis: nō in auaris: nō in fraudulētis raptoꝛib⁹ ⁊ ebriosis. q̄ videt q̄ sctā ⁊ vsus ecclesia solos iustos ⁊ sctos ꝓtineat. Secūdo idē arguitur ex illo Lanf. in eodē. c. qō spōs⁹ ad spōsā loquit. i. xp̄s ad ecclesiā. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō ē in te. Planū ē aūt q̄ si sctā ⁊ vsus ecclesia tota pulchra ⁊ sine macula ē: q̄ nō habebit turpes ⁊ deformes moꝛib⁹ ⁊ pctoꝛ sordib⁹ maculatos admixtos cū bonis q̄ decore ꝏrtutū speciosi refulgēt. Tertio idē arguit ex illo apli ad Eph̄. v. Xp̄s dilexit ecclesiam ⁊ tradidit semetip̄m p ea vt illā sctificaret. seq̄t vt exhiberet eā nō habentē maculā neq; rugā nec aliq̄d hmōi. Haberet aūt maculā ⁊ rugā si malos simul cū bonis admixtos hēret. Quarto oñdit ex illo: q̄ vt inq̄t Aug. Arcba dñi q̄ ec

Secundum

Tertium

Quartum

lesiā significabat de lignis set binq̄ sūt impu
tribilia ⁊ albe spine similia facta est. vñ videt
q̄ etiā eccl̄ia in solis sctis cōsistat ⁊ nō in oib⁹
Quintum fidelibus generalit̄. Quinto arguit̄ ex eo qđ
in symbolo patres scti dixerūt q̄ ecclesia sctā
sit. si aūt ecclesia sctā est: ⁊ sanctitas teste Dio
nysio. xij. c. de diuinis nomibus. sit ab oīni im
mūdicia libera ⁊ perfecta ⁊ oīno imaculata
mūdicia: nō videt q̄ ecclesia sctā veracit̄ dici
possit: que malos tot pctōr maculis deturpa
Sextum tos ꝓtineat. Sexto arguitur ex illo Hiero. in
cōmētario suo sup epistolā pauli ad Eph̄. qui
tractās illud. Ecclesia subiecta ē xp̄o: dic̄. Ec
clesia xp̄i gloriosa ē nō habēs maculā neq̄ ru
gam: nec qđ isti⁹ modi. q̄ ergo pctōr ē ⁊ aliqua
sorde maculat⁹ de ecclesia xp̄i nō pōt appella
ri nec xp̄o subiect⁹ dici. de pe. dist. i. §. ecclesia.
Septimum Septio arguit̄ auctoritate bti Aug. in li. iiij.
cōtra donatistas qui de malis loq̄ns q̄ seculo
finis ⁊ nō fact̄ renūciār: inq̄t. Nec isti ecclesie
deuoti sūt q̄ vident esse int⁹: ⁊ ꝓtra xp̄m viuūt
id est ꝓtra naturā xp̄i faciūt nec oīno ad illā
ecclesiā ptinere iudicādi sunt quā sibi ipe mū
dat lauacro aque vite in finbo vt exhibeat sibi
Octauum gloriosā nō habētē maculā aut rugā aut aliq̄d
huiusmodi. Ultimo arguit̄ ex illo apli. ij. ad
Cor. vi. Que cōuētio lucis ad tenebras. Luz
autē mali tenebre esse dicant: boni finbo lux. sm
illō ad Eph̄. v. Erat⁹ aliq̄n tenebre: nūc aūt lux
i dño. q̄ videt q̄ boni ⁊ mali simul nō sūt cēsen
di nec i vnitate sctē ⁊ vtis eccl̄ie cōphēdēdi.

Capitulum. v. in quo assignata differentia qua fideles iusti in ecclesia ⁊ fideles peccatores esse dicant: respondetur ad obiectiones factas.

Capitulū v

Via de hac re

opitulāte deo pleni⁹ locuturi
q sum⁹ in seq̄ntib⁹: cū de ecclesia
sub noie ⁊ rone corporis ⁊ ei⁹
mēbris agem⁹: breuit̄ nūc ad ista rndentes di
cim⁹ q̄ mod⁹ cōueniētissim⁹ accipiēdi nomen
ecclesie ē sicut dictū ē q̄ sctā ⁊ vniuersalis ec
clesia dr̄; collectio siue vniuersitas gñalit̄ oīm
fideliū: qđ tā ex euāgelica doctrina q̄ rōe mul
tiplici in supiori. c. mōstratū est. Dicit etiā Ra
ban⁹ de instituc̄ clericor. ca. i. Ecclesia dei ca
tholica. i. vniuersalis q̄ p totū mūdū dilatata
diffundit̄ xp̄i nois nobilitate glorificat̄. Dis
em̄ homo qui recte fidei existit particeps ⁊ sa
cro baptismate regnat: a xp̄o xp̄ian⁹ vocat̄: et
dei p̄is ac ecclesie mr̄is ē nosc̄it̄ fili⁹. Eccl̄ia
grecū ē q̄ in latinū vertit̄ vocatio siue cōuēt⁹:
Differētie bonor⁊ ⁊ malor⁊ existētiū in ecclesia. eo q̄ oēs ad se vocat. hec ille. Et tm̄ p amplio
ri intelligētia dictor⁊ ⁊ p solutōe argumētor⁊
factor⁊ notādū q̄ dz in sctā ⁊ vniuersali eccle
sia boni ⁊ mali fideles simul pmixti ꝓtineri di
cant̄. different̄ tm̄ bi ⁊ illi: qm̄ cū ecclesia colle
ctio siue vniuersitas sit fideliū in vn⁹ veri dei
cultu: vn⁹ fidei pfessione cōuenientiū: tamē
quis verius ⁊ pfectius ad ecclesiā sanctā tāq̄
ei⁹ fili⁹ aut mēbrū iudicat̄ ptinere: q̄ tomagis
⁊ pfecti⁹ vnitate ⁊ cōione sctē ecclesie dei par
ticipat. Hec autez vnitas maxime fidei spei ⁊
charitat̄ integritate pficit̄. vt ait Aug. ⁊ colli
gitur ex. c. nuptiarū. xxvij. q. i. Hinc ē q̄ boni ⁊
iusti fideles q̄ nō soluz in vnitate fidei ß in sup
in vnitate dilectiōis ⁊ charitat̄ que ē vinculū
pfectionis. ad Colo. iij. vniunt̄ ecclesie multo
differēti⁹ ⁊ nobili⁹ ad ecclesiā iudicant̄ ptine
re q̄ fideles pctōres: q̄ in vnitate fidei tm̄ ⁊ cō
munione q̄dā exteriori sacramētor⁊ ceteris sā
ctis fidelib⁹ cōicant: q̄ vero differēter bi ⁊ illi
ad ecclesiā ptineāt: licet satis apte colligat̄ ex
parabola illa euāgelica apō Matb. vbi xp̄s
ad areā dñicā bonos tanq̄ granū: malos vero
tanq̄ paleas ptinere declarat: aliis tm̄ vis sic
demōstrare curabim⁹. Prio q̄dē cū fides sine Pria differentia
operib⁹ mortua sit. Jaco. ij. Ut fides aūt q̄ est
apud deū viua sit ⁊ q̄ preciū babz est fides q̄ p
dilectionē operat̄. ad Gala. v. Profecto q̄ in
ecclesia ꝓtinent̄ p vnitatē fidei charitate for
mate ad ipam ecclesiā ptinēt tanq̄ lapides vi
ui ⁊ mēbra viuificata dei spū ex qb⁹ ipsa edifi
cij spūalis corpis ecclesie statura ꝓsurgit. Un
Hiero. ⁊ habet̄ in. c. oīnib⁹ ꝓsideraū. xxiij. q. i.
dicit sic. Omnibus consideratis puto me nō
temere dicere' alios ita esse in domo domini
vt ipi sint etiā eadē domus dñi que dicit̄ edifi
cari sup petrā que vnica columba appellat̄ ⁊c
Fideles vero iniusti ⁊ pctōres cū vita gr̄e p̄ua
ti sint ⁊ a spū dei sint alienati: in cōparatōe iu
storum tanq̄ arida ⁊ mortua mēbra: siue tanq̄
humores mali in ecclesia sctā dei a sanctis do
ctor⁹ iudicant̄ contineri. vñ Aug. li. de bap.
⁊ habet̄ in ca. est vnitas. de conse dist. iij. Est
vnitas ecclesie que late patet in sacramētor⁊
videlz societate ⁊ in cōione que complectitur
cū granis ⁊ paleas ⁊c. sic ergo sunt in ecclesia
homines mali vt in corpore humano humores
mali qui interdū exeunt de corpore. hec Aug.
Secūdo hec differētia colligit̄ ex eo: quia cū Secunda
fides charitate formata nō patiat̄ secū macu
lam aliquā damnabilis erroris aut criminis:
q̄ vniuersa delicta operit charitas. Prouer. x.
Fides vero informis secū patiat̄ maculas aut
sordes multor⁊ pctor⁊. Hinc est q̄ in illis q̄ p
fidem charitate formatā ad ecclesiā pertinēt
sancta ecclesia dicitur formosa: decora: specio
sa: ⁊ immaculata. In illis vero qui p vnitatez
tantū fidei in ecclesia esse perhibent: ipsa ec

ecl̃sia in cõparatiõe ad primos magis fusca et maculata pronunciat. vñ btūs Aug. tractãs illd̃ Cant. i. Nigra sũ sic tabernacula cedar ⁊ speciosa sũ vt pelles salomõis dic̃ sic. Vtrũq; se esse dixit ꝓpt̃ vnitatẽ tẽporalẽ intra vna rethia pisciũ bonor̃ ⁊ malor̃. Tabernacula em̃ cedar ad ismaelẽ ꝑtinẽt: q̃ nõ erat beres cũ filio libere. hec ille. Et. iij. de doctria xp̃iana ita dic̃. Nõ em̃ ait fusca fui vt tabernacula cedar ⁊ speciosa vt pelles salomonis. ⁊ Bernar. sup Cant. ad id̃ ꝓpositũ ita inq̃t. Quãq; spõsã dixerim pfectã ꝑ ex pte: nõ ex pte tabernaculor̃ cedar. formosa tñ siue i illa portiõe sui q̃ iã btã regnat: siue etiã i illustribus viris quor̃ i hac nocte sua sapiẽtia ⁊ ꝓtutib⁹ tãq; celũ suis fideribus adornat. ⁊ Aug. exponẽs illd̃ ps. xviij. Dñe dilexi decorẽ dom⁹ tue: dic̃. Domus dei ecclesia ẽ. adhuc bz malos: ꝑ decor dom⁹ dei i sãctis ⁊ ecõuerso. Ecclia em̃ rõe malor̃ noiat spelũca latronũ. vñ Orige. ⁊ habet in. ca. ⁊ hoc dixim⁹. xvi. q. vij. Nũc aũt arbitror: tẽplũ dei ex lapidibus viuis ꝓstructũ ecclesiã xp̃i. Sũt aũt multi i ea nõ sic cõdecet spũalit viuẽtes ꝑ fm carnẽ militãtes: q̃ domũ oronis ex lapidib⁹ viuis ꝓstructã faciũt spelũcã eẽ latronũ actib⁹ suis. Tertio ex ꝑ differẽtia ꝓdicta colligit: quũ vnitas fidei sit vnitas impfecta: vnitas ꝙ q̃ ẽ ꝑ fidẽ charitate formatã sit cõpleta: charitasq; ipa ꝓncipiũ ⁊ radix sit meriti dicẽte apl̃o i. ad Cor. xiij. Si habuero oẽm fidẽ ita vt mõtes trãsferã ⁊ c̃. charitatẽ aũt nõ habuero nihil mihi ꝓdest. Illi q̃ in ecclia ꝓtinent ꝑ fidẽ solã informẽ ꝺ ecclia i cõparatiõe iustor̃ q̃si nũero solo eẽ dicũt. q̃ ꝙ ꝑ vnitatẽ fidei: q̃ ꝑ dilectionem operant: in ecclia sũt nũero ⁊ merito ad ecclesiã ꝑtinere iudicant. vñ Aug. sup Joh. tractans illd̃. Vnus ex vobis ⁊ c̃. dic̃ vn⁹ ex vobis nũero nõ merito: vn⁹ specie nõ ꝓtute: cõmixtione corꝑali nõ vinculo spũali. carnis adiũctõe nõ cordis: soci⁹ vnitate. ⁊ glo. mgr̃i sup ps. xxv. de malis loq̃ns ita dic̃. Et si de nob̃ sũt corꝑe nõ mẽte: nũero nõ merito: noie nõ numie. Quibus notat dicẽdũ est ad rõnes factas i oppositũ. Ad ꝓmã in q̃ dr̃ q̃ ecclia sctã ẽ bor⁹ ꝯcludens ⁊ c̃. Ñndet q̃ scꝑtura sctã loq̃t ibi ꝺ ecclia q̃ ad illos q̃ nũero ⁊ merito sũt de ecclia: cuius modi sũt iusti ⁊ scti. in istis plane sctã ecclia ẽ bortus: q̃ cũcti gñis arbor̃ ꝓtutibus redolẽs Cõclusus. i. clausi⁹ discipline custodia ꝯbostiles incursus demonũ. Fons ẽ q̃ in illis diuine gr̃e aq̃s repleta ẽ. Fons signat⁹ dr̃ q̃ perẽnis putei⁹ aq̃rũ viuẽtiũ ꝓpt̃ sctarũ exuberãtiã doctrinarũ. iuxt illd̃ ps. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatẽ dei. Licz g̃ mat ecclia ꝑ modo in sctis sit, vt in, c, q̃rit. de ꝓse. di. iij. Nihilominꝰ alij q̃ integritatẽ catholice fidei habẽt q̃ de se sctã ⁊ imaculata ẽ ad ecclias vniuersalẽ ꝑtinere aliquo modo: licz nõ ita ꝓncipaliter nõ negãt iuxta ea q̃ determiata sũt in supioribus. Ad secũdã rõnẽ que sumit ex illo Tota pulchra es amica mea. Ñndet sic ad supiorẽ rõnẽ q̃ loq̃t de his qui nũero ⁊ merito sunt de ecclia sine macula mortalis crimis. vt ait glo. Ad tertiã dicẽdũ q̃ dictũ apli nõ intelligit vniuersaliter ꝺ ecclia ꝑm ꝑsentẽ statũ. Nã vt dic̃ Aug. li. de pfectõe iusticie. Tũc ecclia erit sine macula ⁊ ruga aut aliq̃ hmõi q̃n erit gloriosa. nõ em̃ modo in tãtis periculis: in tanta scãdalis: i tãta pmixtiõe boim pessimor̃: ⁊ in tãtis opꝓbriis impior̃ dicẽdũ est eã eẽ gloriosaz. ⁊ i li. ij. retractatiõnũ idẽ Aug. ad ꝓpositũ nostrũ ita loq̃t. Vbicũq; sũt in libris cõmemorauit ecclesiã nõ habentẽ maculã aut rugã: nõ sic accipiẽdum ẽ q̃si ea sic sit: ꝑ q̃ ꝓparat vt sic sit q̃n apparebit gl̃iosa Nũc aũt ꝓpt̃ quasdã ignorãtias ⁊ infirmitates mẽbror̃ suor̃: habz vñ quotidie tota dicat dimitte nob̃ debita nr̃a. hec Aug. Dicit̃ tñ iuxt ea q̃ dicta sũt i solutiõe rõnũ ꝓcedẽtiũ q̃ ecclia est sine macula crimis ⁊ ruga duplicitat̃ i bis q̃ in ecclia sũt nũero ⁊ merito. Ad q̃rtã dicendũ q̃ ecclesia fuit figurata p archã dñi quo ad eos q̃ sũt de ecclia nũero ⁊ merito sic dictũ est Ad q̃ntã parit̃ dicẽdũ q̃ ecclia vlis sctã ẽ in oribus q̃ de ecclesia sũt nũero ⁊ merito: cuiusmodi sũt oẽs sci i q̃bus splẽdor sanctitat̃ ecclesie resulget. de quo in ps. cxlix. dicit ꝓpha. Laus ei⁹ i ecclia sctor̃. Sup q̃ Aug. ita loq̃t. Hec est ecclesia sctor̃ ecclesia frumẽtor̃ toto terrarũ orbe diffusor̃ p agrũ dñi semiata. Ad sextã dicẽdũ q̃ illd̃ dictũ Hiero. q̃ sorde maculatus de ecclesia xp̃i nõ pot̃ appellari. intelligendũ ẽ nũero ⁊ merito: nõ ꝓbibet aũt q̃n numero appellari pot̃ sic iam sepe expositũ est. Ad septimã ꝺ parit̃ ñndendũ ẽ eodẽ modo exponẽdo dictũ Aug. sic dictũ Hiero. exposuimus. Ad vltimã rõnẽ q̃ sumit̃ ex apl̃o dicẽdũ q̃ ex ea parte q̃ fideles pctores sunt tenebre: ⁊ iusti lux: nõ possũt ptinere ad vnã ⁊ eãdẽ societatem: ꝑ ex ea parte q̃ in vna integritate fidei q̃ lux ẽ aiarũ fidelitũ ꝙueniũt optime possũt ptinere ad vnã ⁊ eãdẽ scrãm cõmunitatem vnitatis ecclesie: ⁊ ita est in ꝓposito.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad sextum

Ad septimũ

Ad octauũ

Tertia

Joh. vi.

Ad argumẽtum ꝓmũ q̃rti capituli

Capitulum. vi. probans q̃ ecclesia est vna Et de multiplici vnitate eius.

Ost cõsideratio

Capitulũ VI Ecclesia est vna

p nem' ei⁹ q̃d noie ⁊ re ꝑ ecclias importat: ⁊ explicata rõe sub q̃ de ecclesia locuturi sum⁹. restat de ꝓditiõib⁹ ⁊ ꝓpertibus eius agẽdus ⁊ potissime de illis quas

sancti patres in symbolo fidei attribuūt ei dicentes. Credo vnā sanctā ecclesiā catholicā ⁊ apostolicā: vbi q̄ttuor de eccl̄ia sancti patres tradunt docēt ⁊ predicāt. Primo q̄ vna sit: et hoc cōtra tria genera hoim. s. cōtra quenticulas hereticor: cōtra scismaticos ⁊ ptra excōicatos ecclesie vincula p̄remnētes. Secūdo q̄ sit sancta ptra falsi nominis xp̄ianos. Tertio q̄ sit catholica. i. vniuersalis ptra singulares ⁊ ptinaces in ꝓprio sensu recedētes a cōi doctrina fidei ⁊ sanctor̄ patruz. cuiusmodi sunt hereticī oēs. Quarto q̄ sit aplica: ptra p̄sumptores nouitatū ⁊ introductores nouellarum sectarū ⁊ peregrinor̄ dogmatū: dicam⁹ de singulis. Q̄ autē ecclesia vna sit veritaſ magr̄ ꝑ spūsctū Lanf. iiij. attestaſ dicēs. Una ē colūba mea: vna est pfecta mea. Circa q̄ notādū q̄ vnitas ecclesie colligiſ ex multis. Prio ex vnitate p̄ncipis seu capiſ quo regiſ ⁊ gubernatur: q̄ vn⁹ est. s. xp̄s dns deus noster: quē pater dedit caput sup oēm ecclesiā q̄ est corpus eius. ad Ephes. i. Secūdo ecclesia dr̄ vna ex vnitate fidei q̄ illustraſ ⁊ in q̄ fundaſ. Est em̄ fides diuinū lumē quoddā ⁊ admirabile in q̄ vocati sumus ⁊ xp̄iane religionis fundamētū vt dicit Crisostom⁹. Omes em̄ xp̄iani idē credunt corde ⁊ ore ꝓfitenſ. i. ad Cor. i. Idipsuz dicatis oēs ⁊ nō sint in vobis scismata. ꝓpter hanc fidei cōitatē inquit Aug. sup Joh. Oēs vnū sum⁹. iuxta illud apli. Oēs vnū vos estis in xp̄o ihesu. glo. i. in fide xp̄i. Hac rone beatus Hieron⁹. vtiſ scribēs ad euandrū epm. vt habetur in. c. legim⁹. xciij. di. Nec altera romane vrbis eccl̄ia altera toti⁹ orbis existimāda est ⁊ gallie ⁊ brittānie. Nā ⁊ africa ⁊ persis ⁊ oriēs ⁊ india: ⁊ oēs barbare nationes vnū xp̄m adorāt vnā obseruāt regulā veritaſ. Tertio ecclesia vna dr̄ ex vnitate sacrāmēti baptismi quo sanctificaſ: q̄ō est idē apud oēs ⁊ q̄ttū ad materiā de qua Joh. iij. Nisi q̄s renat⁹ fuerit ex aq̄ ⁊c. ⁊ q̄ttū ad formā. de quo Mathē. vlti. Baptizātes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ spūsctī. Et q̄ttū ad effectuz vltimū. Marc. vlti. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit saluus erit. Siue quo ad efficaciā collati muneris q̄ō equale est a quocunq; detur. vt ait Aug. in. ca. sicut in bonos. de cōse. di. iiij. Per hanc aūt vnitatē baptismi q̄ ianua sacrāmētor̄ est: intelligiſ vnitas aliorum sacrāmētor̄. de q̄ habeſ in ca. est vnitas ecclesie. de ꝓse. di. iiij. De istis aūt talib⁹ vnitatibus in ecclesia similiſ loq̄tur apls ad Eph̄. iiij. dicēs. Unus dns vna fides vnū baptisma vbi glo. in q̄t. Unus dns debetis seruare vnitatē: q̄r vobis ē vn⁹ dns nō tres. ꝑ quor̄ diuersis volūtatibus vos oport̄et discordare: ⁊ ita iubem⁹ credere ⁊ eodē modo operari. Itē glo. sup illud Lanf. v. Una ē colūba mea dic. sicut vna ē q̄dis multe ⁊ diuerse pſone tñ fides vna est in eis. vnū baptisma vnus de⁹: vnū opus.

Joh. xvij. Bal. iij.

Quarto ecclesia dr̄ vna ab vnitate spei: qua ad bona celestia erigiſ ⁊ eleuatur in vnā expectationē beatitudinis. de q̄ apls ad Eph̄. iiij. Vocati estis i vnā spem vocatōis vestre. glo. i. ad vnā rē separatā q̄ est effect⁹ vocatōis. Qui to eccl̄ia ē vna vnitate charitaſ q̄ cōnectiſ et viuificaſ. de q̄ inq̄t apls ad Phi. ij. Eādē charitatē habētes vnanimes idipm sentientes. de hac aūt vnitate quā charitas facit dr̄ Act. iiij vbi de ꝓmitiua eccl̄ia habeſ. q̄ multitudinis credentiū erat aia vna ⁊ cor vnū in dño. q̄r vt ait glo. copula charitaſ inuicē iūgebanſ. Itē glo. sup illud. i. ad Cor. x. Un⁹ panis ⁊ vnū corpus eccl̄ia dr̄. q̄r sic vn⁹ panis ex multis granis: ⁊ vnū corp⁹ ex multis mēbris cōponiſ. sic eccl̄ia xp̄i ex mltis fidelib⁹ charitate copulāte cōnectitur. Hinc dic̄ Aug. in li. de bap. ⁊ habeſ in ca. multe. i. q. i. Q̄ charitas ꝓprium donū est vnitatis catholice ⁊ pacis. Sexto eccl̄ia dr̄ vna vnitate spūs viuificanſ. vn⁹ em̄ ⁊ idē spūs: sc̄z sctūs tanq̄ vltima ⁊ p̄ncipalis pfectio corpis mistici q̄si aia in corpe ē in oib⁹ mēbris eccl̄ie diuidēs singulos vt vult. diuisiones em̄ grarū sūt. idē aūt spūs in q̄t apls. i. Cor. xij. Ad quā vnitatē idē aplus ad Eph̄. iiij. ita exhortat dicens. Sollicite ſuate vnitatē spūs. glo. i. vnitatē eccl̄iasticā quā facit spūsctūs: vt vnū corpus sitis ope spūsancti. Itē in eodē aplus ad ꝓpositū ita loq̄t. Unū corp⁹ ⁊ vn⁹ spūs. glo. vnū corp⁹ eē debeſ: q̄r vn⁹ spūs habitat in vob quo vnū corp⁹ efficimur. Sicut em̄ vnū corp⁹ bois ex multis cōstat mēbris ⁊ vegetat oīa mēbra vna aia: faciēs i oculo vt videat: in aure vt audiat: ⁊ sic i ceteris. ita spūsctūs mēbra corpis xp̄i q̄ō ē eccl̄ia ꝓtinet ⁊ vegetat. Septio ecclesia dr̄ vna vnitate vltimi finis. q̄ est ipa beatitudo ad quā ordinaſ. Un⁹ ⁊ idē denari⁹ ꝑ quē doctores scti btitudinē intelligūt oib⁹ fidelibus ꝑ mercede labor̄ legiſ assignat⁹. Mathē. xx. vbi dr̄ q̄ cum venissent q̄ circa horā vndecimā venerūt acceperūt ⁊ ipi singulos denarios glo. dic̄ q̄r ad eādē eternitatē cuz bis q̄ ab initio mūdi vocati sūt. ⁊ Aug. sup illō ps. lxxxv. Oēs gētes: dicit. Multe gētes ⁊ vna gēs. q̄re vna gēs: q̄r vna expectatio. postremo: q̄re nō vna gēs si vna patria hierlm ē. Octauo eccl̄ia ē vna vnitate vni⁹ pfidēſ rectoris ⁊ gubernatoris visibiliſ ꝓuersanſ cum ea. de q̄ dr̄ Jobeſ. i. Cōgregabunſ filij iude ⁊ filij israel paritſ ⁊ ponent sibi caput vnū. Et dns dicit Joh. x. ffiat vnū ouile ⁊ vn⁹ pastor. Hic aūt vn⁹ pfidēs pa-

stor rector⁹ ⁊ gubernator⁹ in tota vniuersali ecclesia vicē xpi gerēs ūm⁹ pōtifex ē: sic in seqn tib⁹ oñdēt. Vñ brūs Cypr̄ianus tractās illud Mathh. xvi. Tu es petrus ⁊ sup hāc petrā edificabo eccl̄iam meā. de hac vnitate ita loq̄tur Super vnū edificat eccl̄iā: ⁊ q̄uis oīm̄ apostolis post resurrectionē suā parē .i. similē potestatē tribuat cū diceret. Sicut misit me pat̄ ⁊ ego mitto vos. accipite spm̄sctm̄: tn̄ vt vnitatem manifestaret vnitat̄ eiusdē originē ab vno incipientē sua auctoritate disposuit: ⁊ infra. Exoritū ab vnitate p̄ficisci vt eccl̄ia xpi vna mōstret. hz̄ hoc in. c. loq̄tur. xxiij. q. i.

Capitulū. vij. in quo ponuntur obiectiones contra ea que dicta sunt de vnitate ecclesie.

Capitulū VII

Veritas eorum q̄ de vnitate ecclesie iam dicta sunt illustrior fiat mouebuntur cōtra ea alię obiectiones. Cōtra ergo iam dicta arguit̄ multiplicit̄

Argumētū p̄mū Et p̄mo ex illo ps̄. lxvi. Jn ecclesijs bñdicite dño. Jtē ex illo Apoc̄. i. vbi Jo. scribere dī septem ecclesijs: in q̄bus locis nō vna ꝫ plures designant̄ eccl̄ie

Secūdum Secūdo sic. cōiter distinguitur eccl̄ia p̄sens ab eccl̄ia p̄mitiua. Ecclesia em̄ sumpta ex circūcisione ⁊ ex p̄putio siue ex iudeis ⁊ ex gētilibus sūt distincti ppli. Vñ glo. Lanf. iuxta illū Est fons bonor̄. dic̄ hic Fons bonor̄ q: de p̄mitiua eccl̄ia p̄cessit i mūdū doctrina celestis q̄ plures ecclesias .i. bonos p̄crearet.

Tertium Tertio eccl̄ia est vna cōstituta ex angelis ⁊ boibus. Vñ Aug. sup ps̄. xxxvi Oīm̄ cōnumerat̄ fidelibus ab initio vsq; ad finē: adūctis etiā legionib⁹ ⁊ exercitibus angelor̄ vt fiat vna illa ciuitas sub vno rege vna quedā p̄uincia sub vno imperatore: ꝫ boib⁹ ⁊ angelis nō est cōis fides nec spes. ergo vnitas fidei aut spei nō p̄tinet ad vnitatē eccl̄ie.

Quartum Quarto sic. fides spes ⁊ charitas cū sint accidētia diuersa numero sunt in diuersis. ergo oēs boies fideles non possunt p̄tinere ad vnā eccl̄iam: cū nō videant̄ habere eādē fidē spem ⁊ charitatē. Si vero dicat̄ q⁹ fides ex p̄te subiecti nō est vna: q: diuersificat̄ p̄m q̄ est diuersoū: sed ex parte ei⁹ q̄ credit̄ est vna.

Confirmatio Contra q: multa sunt q̄ p̄ponunt̄ nobis ad credēdū cum duodecim sint articuli fidei int̄ quos magna ē differētia. sicut p̄z manifeste.

Quintum Quinto sic. eadē est eccl̄ia a p̄mo iusto abel vsq; ad vltimū nasciturū: sed non videt̄ eadē fides antiquor̄ patrū ⁊ modernor̄: cū cōfessio q̄ est act⁹ fidei nō sit vna ⁊ eadē apud omnes. Nam illi credebāt futura sicut incarnationem filij dei: passionē: resurrectionē: ascensionē. ⁊ similia q̄ nos credim⁹ p̄terita. ergo videt̄ q⁹ veritas fidei nō includit̄ in vnitate ecclesie.

Sextum Sexto. ois excōicat⁹ est extra vnitatē eccl̄ie: cū sit ab eccl̄ia ⁊ cōsortio fidelium euidēter separatus. xi. q. iij. ca. Canonica. Et Mathh. xviij. Si eccl̄iā nō audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publican⁹: sed stat excōicatū habere fidē spem ⁊ charitatē ⁊ inhabitātē spm̄sctm̄. ergo ista nō vident̄ facere ad vnitatē eccl̄ie. ꝓsequntia p̄z. minor etiā nota est de eo q̄ iniuste excōicatur.

Septimum Septimo multi p̄tinent ad vnitatē eccl̄ie in q̄b⁹ nec charitas ē nec spūssctūs inhabitat huiusmodi sūt pctōres fideles. Vñ sup̄ p̄mitta ostēsuz ē q⁹ eccl̄ia vniuersalis oēs gñaliter cōprehendat fideles. Vñ Mathh. xiij. habet̄. q⁹ tritico adūcta sint zizania. ⁊ sicut dic̄ Aug. Ecclesia ager ē in q̄ radicāt̄ triticū .i. boni. ⁊ zizania id est mali simul: tn̄ in fine seculi separabunt̄. ergo seq̄tur q⁹ p̄dicta nō req̄rant̄ ad vnitatē ecclesie.

Octauum Octauo arguit̄ sic. stat aliquē oia hr̄ illa. s. fidē spem charitatez ⁊ inhabitantē spm̄ sctm̄. ⁊ tn̄ nō p̄tinere ad vnitatē eccl̄ie. ergo p̄dicta nō stant in veritate. añs p̄z de multis cathecuminis q̄ habēt fidē formatā: ⁊ tn̄ nō videtur esse mēbra eccl̄ie. cū Aug. dicat de baptis. paruu. ⁊ habet̄ de cōse. di. iij. in. c. ad hoc. Ad hoc baptism⁹ valet vt baptizati xpo incorporent̄. Et idē Aug. ad Bonifacium scribit ⁊ dicit q⁹ in baptismo q̄s efficit̄ mēbrū xpi.

Nonum Nono arguit̄ sic. Sicut dictū est a p̄mo iusto abel vsq; ad vltimū nasciturū est vna ⁊ eadē eccl̄ia: sed ante aduētū xpi baptism⁹ cū nō esset nō poterat dici p̄tinere ad vnitatē eccl̄ie. ergo nec nūc vnitas eccl̄ie ē arguēda ex vnitate baptismi.

Decimum Decimo. nō est vn⁹ baptism⁹ ꝫ tria. s. baptism⁹ aque: penitentie: ⁊ baptism⁹ sanguinis. sic habetur in glo. ad Heb. vi. ⁊ magr̄ sentētiarū ponit. in. iij. di. iij. q̄ vnitas eccl̄ie nō bñ sumit̄ ex vnitate baptismi.

Undecimum Undecimo Aug. li. de bap. tangit alia vnitatē eccl̄ie. de q̄ in. c. est vnitas de p̄se. di. iij. vbi sic dicit. Est vnitas eccl̄ie q̄ late p̄z in sacramētor̄ videl⁹ societate ⁊ cōmunione q̄ cōplectit̄ cū granis palleas. q̄ videt̄ q⁹ nō sufficiēter dictū sit de vnitate eccl̄ie.

Duodecimum Duodecimo. eccl̄ia ē collectio fideliū vt sup̄ habitū ē in. c. eccl̄ia. de p̄se. di. i. Sed nō sūt semp ijdē fideles. q̄ nō est semp eadē eccl̄ia.

Decimūtertium Tertiodecimo sic. si vnitas fidei facit eccl̄iam vnā. q̄ quicūq; bñt fidē eādē: ad vnā ⁊ eandē eccl̄iam vident̄ nobiscū p̄tinere: ꝫ demones ⁊ dānati bñt vnā ⁊ eādē fidē nobiscū. q̄ videt̄ q⁹ p̄tineāt nobiscū ad eādē eccl̄iaz: q̄d tn̄ est falsū. ꝓsequntia videt̄ manifesta. minor ꝓbat̄ p illud Jacob. ij. Demones credūt ⁊ p̄tremiscūt. Et glo. sup illud Ro. i. Ex fide ⁊ i fidē: dicit, fides informis de

Decimũ quartũ

monũ. Quartodecio. ecclia semp fuit vna: ⁊ tñ in ea nõ semp fuit vn⁹ pastor aut rector q̃ visibiliť cũ ea ꝓuersareť. g̃ ex parte vni⁹ supmi p̃sidentꝭ ⁊ rectoris nõ ẽ vnitas ecclie accipiẽda

Decimũ quintũ

Quitodecio. papa mortuo ecclia nõ min⁹ est vna q̃ eo viuẽte. g̃ vnitas talis supremi presidentis siue summi pontificis non arguit vnitatem ecclesie. ꝙsequẽtia videť nota.

Capitulũ octauũ in quo respondetur ad obiectiones positas.

Cap. VIII Ad primum

D primum re

spondetur ⁊ primo q̃rũ ad illud ps̃. In ecclesijs benedicite dñm. q̃ ibi ꝓpheta loq̃tur de ecclia put dicit multitudinẽ aliquã fidelium alicuius certe ꝓuincie aut loci: ⁊ sic nõ dubiũ q̃n ecclie multe sint: nihilomin⁹ tñ oẽs tales particulares ecclie vna sunt vniuersalis ecclesia ⁊ vn⁹ thalam⁹ xp̃i. sicut dicit ter. in. c. q̃uis di. xxi. ⁊ in. c. legim⁹. distin. xciij. ⁊ btũs Augl. tractãs illud ps̃. cvi. Posuit sicut oues familias. dicit sic. Multe familie multe ecclie: vna ecclia vna plebs: vna familia vna ouis ẽ. Ad auctoritatẽ vero q̃ ex Apocal. inducit rñdeť q̃ sicut tam ex ter. q̃ ex glo. ptz btũs Joh. loq̃batur ꝓncipaliť ecclesijs particularib⁹ in asia q̃bus ꝓpositus erat q̃ plures erãt. Est tñ verũ vt in eadẽ glo. dr̃ q̃ per illas septẽ ecclias asie vniuersalis ecclia designabať q̃ ideo p septenariũ numerũ describiť. Tum qr̃ septenarius vniuersitatẽ significat. Tuz qr̃ septiformi spũ illustrať.

Ad secundũ

Ad secundũ dicẽdũ q̃ vna ⁊ eadẽ ecclia dicit fuisse a ꝓncipio sicut infra diceť: cũ vna ⁊ eadẽ fides fuerit patrũ veteris testamenti ⁊ patrũ noui testamẽti. tempora tñ vt ait Augl. mutata sunt. distinctio aũt ⁊ differẽtia q̃ importari videť in dictis sanctoꝝ inť primitiuã ⁊ ꝓsentẽ ecclĩam accipiẽda est ex parte ppli nõ ex parte fidei. Unde Augl. tractãs illud ps̃. xlvij. Jfundať exultatiõe vniuerse terre mons syon latera aq̃lonis ciuitas regis magni. dicit sic. Duo montes vn⁹ ex circũcisione alius ex ꝓputio. ex iudeis vn⁹ alter ex gentibus nõ iam aduersi ⁊ si diuersi: qr̃ ex diuerso iã vniti in angulo nõ diuerso. ipse est inquit pax nostra q̃ fecit vtraq̃ vnũ ipse angularis lapis quẽ reprobauerũt edificãtes factus est caput ãguli duos iũxit i se. mõs ac mõtes vna dom⁹ ac due dom⁹. due ꝓpť ex diuerso vẽientes: vna ꝓpť lapidẽ ãgularẽ i quo sibi ambe copulãť.

Ephe. ij.

Ad tertium

Ad tertiũ rñdetur dupliciter. Primo q̃ hic nõ loq̃mur de ecclia put cõprehendit militãtes ⁊ triũphãtes: sed put dicit vniuersitatẽ fideliũ fm statum vie qui in hac nostra peregrinatione militãt q̃bus oñib⁹ fides cõmunis ẽ. Secũdo rñdetur q̃ licz angeli nõ habeãt fidẽ cõmunẽ cũ homib⁹ fidelibus: habent tñ q̃ fidei succedit. s. visionẽ. idẽ est em̃ q̃ illi vident i patria ⁊ q̃ fideles credũt in via. ⁊ ideo ecclesia vt cõprehẽdit militãtes ⁊ cõprehẽsores potest dici vna cognitiõe. licz hinc ⁊ inde sit diuersus cognitõis modus: qr̃ hic ꝓ speculũ ⁊ in enigmate vt dicit apl̃s. i. ad Cor. xiij. Jbi aũt facie ad faciẽ.

Ad quartum

Ad quartum rñdeť ⁊ dicit quo ad antecedẽs: q̃ licz ꝓfate virtutes distinguãtur in diuersis fm numerũ cõueniũt tñ specie ⁊ in obiecto vno fm numerũ fm q̃ oñes fideles idẽ credũt sperant ⁊ amãt. Pro quo notãdum q̃ vt dicit sctũs Tho. in. iij. q̃ sicut in corpore naturali vires diffuse per oia mẽbra differunt numero fm essentiã: sed cõueniũt in radice vna fm numerum ⁊ ꝓter hoc habẽt formã vltimã vnã numero: ita etiã oia mẽbra corpis mistici habẽt ꝓ vltimo cõplemẽto spm̃sctm̃ q̃ est vn⁹ numero in oñib⁹. Et ipe ỹtutes fides spes charitas q̃nis differãt i diuersis fz essentiam: cõueniunt tñ in vna radice fm numerũ. Radix aũt operatiõis ꝓprie est ipm obiectum ex quo specie trahit: ⁊ ideo in q̃tũ est idem numero creditũ speratũ ⁊ amatũ ab oñibus: fm hoc vniunť omniũ fides spes ⁊ charitas i vna radice fm numerũ: nõ solũ prima q̃ est spũssanctus sed etiã ꝓtima q̃ est ꝓpriũ obiectũ. Et ad cõfirmationẽ cũ dr̃ q̃ multa sunt q̃ nobis proponunť ad credendũ. Rñdeť q̃ cũ obiectum formale fidei sit veritas ꝓma cui inherẽdo credimus q̃cunq̃ sub fide cõtinenť: ⁊ ista sit vna ⁊ immutabilis ⁊ habitus capiat vnitatẽ vel multitudinẽ ex obiecto. dicim⁹ q̃ fides ẽ vna ex parte ei⁹ q̃ credit: qr̃ idẽ est q̃ ab oñibus credit ⁊ si sint diuersa credibilia q̃ cõmuniter oñes credũt tñ oia reducunť ad vnũ: qr̃ ad primam veritatẽ sub cui⁹ ratione cadũt sub fide. Temporalia etiã nõ ptinent ad obiectũ fidei nisi in ordine ad aliquod eternũ q̃ est veritas ꝓma q̃ est obiectũ fidei.

Ad cõfirmatiõez

Ad quintum

Ad q̃ntuz dicendo negať assumptũ illud videlicz q̃ nõ sit eadẽ fides antiquoꝝ ⁊ nostra. ⁊ ad ꝓbationẽ rñdeť q̃ ista differẽtia ꝓteriti ⁊ futuri nõ cõtingit ex aliq̃ diuersitate rei credite sed ex diuersa habitudine credentiuz ad vnã rem creditã.

Ad sextum

Ad sextũ respõdeť q̃ si aliq̃s iniuste excõmunicatus est in nullo ledit per talẽ excõicatõis sententiã. Unde Augl. ⁊ habeť in. c. illud. xi. q. iij. Illud plane nõ temere dixerim q̃ si q̃s fidelium fuerit anathematizatus iniuste ei potius oberit q̃ facit q̃ ei qui hãc patit iniuriã. Spiritus em̃ sanct⁹ habitans in sctis p quẽ quisq̃ ligať aut soluit immeritã nulli ingerit penam

Dicit enim sctus Tho.in.iiij. q si homo q iniuste excoicat? e bac iniuria humiliter sustinet: humilitatis meritu recompensat hui? excoicatois damnu. Et hoc ponit btus Aug. in de vera religione ita dicens. Sepe diuina puidentia sinit etia bonos viros p nonnullas turbulentas carnaliu hoim seditiones expelli de congregatione xpiana: qua ptumelia vel iniuria sua cu patientissime pro pace ecclie tulerint: nec vllas nouitates vel scismatis vel hereseis moliti fuerint: z fide qua in ecclesia catholica predicari sciunt vsq ad morte muniant z testimonio defendant, hos coronat pius pater in occulto videns: hec Aug. Ubi notadu p pleniori intellectu huius roonis q excoicat? no dr ita extra vnitate ecclie posit? q fide qua ecclie corpori erat vnit? sit puatus: sed q a cosortio fideliu z sacrameto? participatone sit prescisus. Excomunicatio enim vt aiunt doctores dr separatio a cosortio fideliu: maxime quo ad fructu q habet ex participatone sacrameto? z quo ad oia ecclesie suffragia. Quomodo aut excoicatus talib? suffragijs puet z quomodo no. declarat sctus Tho.in.iiij.dist.xviij. ita dicens. Suffragia alicui? valent alteri sm qo ei cotinuant. pot aute actio vnius alteri continuari duplicit. Uno modo ex vi charitatis: q oes fideles conectit vt sint vnu i deo. sicut dr in ps Particeps ego sum oim timetiu te. z hanc cotinuatione excoicatio non intercipit. q iuste qs excoicari non pot: nisi p culpa mortali per qua tam a charitate diuisus est: etia si no excoicetur. Iniusta aut excoicatio charitate alicui auferre no pot: cu sit de maximis bonis q non possunt alicui inuito auferri. Alio modo pot actio vni? alteri cotinuari p intentione suffragia facientis que in aliqe fertur p quo fiunt Et hanc cotinuatione excoicatio intercipit: q ecclia p excoicatois sententia separat excomunicatos ab vniuersitate fideliu p qb? suffragia facit. vnde suffragia ecclie ei no prosut que p tota ecclia fiunt nec ex psona ecclie ozo p eis inter mebra ecclie fieri potest: quis alia psona puata possit ad eius couersione alicuod suffragiu p intetione dirigere. hec sctus Thomas.

Ad septimu Ad septimu dicendu q licz peccatores fideles no habeat oia illa qbus ecclesia vna esse dr. pertinet nihilomin? ad vnitate ecclie aliquo modo: in ctu sez in vna fide cum alijs fidelib? couetiat. Est tn verum q q charitatem no habent p qua corpus ecclie viuificari dicit: tales tanq mebra mortua iudicant. nec sunt pprie mebra corporis xpi: sicut in superioribus partim dictu est z infra plenius ostendemus.

Ad octauu Ad octauu rndet z dr ad antecedens negado illud. distim? enim tales ptinere metalit etsi no corporalit per visibile sacramentum ad vnitate ecclie. siue q merito ptineat ad ecclesiam z si no numero. Et ad pbationem respodet vt dicit sctus Tho.in.iiij.di.iiij. q in corporari xpo cotingit duplicit scilz merito z numero. Merito quide pot alios de ecclia effici qo e christo incorporari etia ante baptismum actu susceptum sed no ante baptismu ppositu vel in baptismum post tempus gre reuelate. Un Ambrosius de valetino q catbecuminus mortuus fuit dicit. Quez regeneraturus era amisi: verutame ille graz qua poposcit no amisit. vnde talis corde regeneratus est: lz no corpe. vt dicit sctus Tho.in.iij.parte. Fide quide incorporat quis xpo. Sm illud ad Ephe.iij. Habitare xpm per fide in cordib? vestris. Numero vero non potest alios effici de ecclia nisi p baptismu. Unde ante baptismu null? admittitur ad perceptione sacramti eucharistie z alio? sacrameto? ecclie. z sic patz q tales catbecumini fidez spem z charitate habetes ad ecclia ptineant animo: etsi no visibili sacramento. merito z si no nuero. Ad nonu rndet Ad nonu negado cosequentia: q licz baptism? no semp fuerit a principio ecclie: no sequit q postq institut? est vnitas illi? no arguat suo modo vnitatem ecclie. Pro quo sciendu q nunq boies potuerut saluari etia ante xpi aduetu: nisi fierent mebra xpi. q vt dr Act.iiij. Non est aliud nome datu boib? in quo oporteat nos saluos fieri. sed ante aduentu xpi etia boies p fidem xpo incorporabant per fide futuri aduetus cuius fidei signaculum erat circuncisio. vt dicit apls Rom.iiij. Anteq enim circucisio institueretur sola fides. vt dicit Gregl. cum sacrificiorum oblatonibus qbus sua fide antiq patres pfitebant sufficiebat vt boies xpo incorporarentur. Post aduentu z etia xpi homies p fide xpo incorporant. Sm illud Ephe.iij. Habitare xpm per fide in cordib? vestris. Sed alio signo manifestat fides rei psentis q demostrabatur qn erat futura: sicut alijs verbis signat psens preteritu z futuru. z ideo licz ipm sacramentuz baptismi no semp fuerit: fides tn cui? baptism? sacramtu est semp fuit z necessaria fuit. Ad decimu dicendu q ppie loquedo Ad decimu vt ait sctus Tho.in.iiij. Non est nisi vnu baptisma qo in aqua celebrat sub debita verborum forma. Alia aut baptismata dicunt p ordine ad illud sm pportione ad eunde effectu: que tn agunt quodamodo in ftute baptismi aque: q: baptism? sanguinis z baptism? penitentie no valet ad regenerationem nisi ei q habet baptismu aque in pposito. Tunc enim vt ait

Aug. Prodest baptismus sanguinis vel flaminis cū baptismū fluminis nō contēpt⁹ religionis sed articulus necessitat⁊ excludit. de cō se. di. iij. ca. baptismi. Vel rn̄det⁊ secūdario q⁹ baptisma d⁊ vnū: q⁊ nō est iterabile. sicut nec originale pctm̄ contra qđ tanq̄ medicina est institutuz: qđ est cōtra hereticos nouatianos dicētes. Quotiens homo peccat baptismum debere repeti. vel dicit⁊ vnū baptisma. i. equale a quocūq; det⁊. vt exponit gl. Ad. xi. rn̄det⁊ q⁹ vnitas illa de qua Aug in auctoritate ꝓpposita loquit⁊ importat⁊ p vnitatē baptismi q̄ est fundamentū ⁊ principiū alioꝝ sacramentoꝝ sicut dictum est in. c. supiori. Ad. xij. rn̄detur negando ꝓntiam. q⁹ q⁹ em̄ boies qui sunt quasi materia ecclesie fluant cōtinue ⁊ refluant: quibusdā decedētib⁹ alijs nouiter nascētib⁹ nihilominus quia vna est fides in omnibus: ecclesia semp d⁊ manere vna. sicut d⁊ de corpore aialis q⁹ ꝛz in eo ptes materiales fluāt ⁊ refluāt idē tn̄ manere d⁊ quo ad formā q̄ eadē sp manet. ꝓmo de gn̄atione. Ita videt⁊ dicendū in ꝓpposito. Manet quidē semp eadem fides: manēt eadem sacramēta q̄bus format⁊ eccl̄ia manet eadē lex: et eadē regula veritatis: pmanet eadē habitudo ⁊ ad vnū caput ecclesie et ad vnū finē vltimū: quare optime btūs Aug. sup̄ ps. lxxxv. tractās ꝑsum illum. Miserere mei domine qm̄ ad te clamaui tota die. dicit. Sub descendētibus ⁊ succedentibus mēbris vnus homo vsq; ad finē seculi extendit⁊. Ad xij. dicenduz q⁹ in demonibus nō est fides ea que ponit⁊ donū spūssancti siue habitus diuinitus infusus qui inclinat hoiem ad credēdū aliquē effectū boni: sed dicit⁊ fides que nascit⁊ ex ꝓspicacitate naturalis intellectus eoꝝ ⁊ ex miracul⁹ que vident supra naturā. Pro quo notandū vt notat sc̄us Tho. ij. ij. q. v. artic. ij. q⁹ intellectus credētis assentit rei credite. nō quia ipam videat vel fm se vel p resolutionē ad ꝓma ꝓncipia p sevisa: sed ꝓpter imperium volūtatis. Ma⁊ autē voluntas moueat intellectum ad assentiendū potest⁊ cōtingere ex duobus modis. Uno modo ex ordine voluntatis ad bonum et sic credere est actus laudabilis. Alio modo q⁊ intellect⁹ cōuincit⁊ ad hoc q⁹ iudicet esse credendū his que dicunt⁊ ꝛz nō conuincat⁊ p evidentiā rei: sicut si aliquis ꝓpheta ꝓnūciaret in ꝑmone dei aliquod futurū ⁊ adhiberet signū mortuū suscitādo. ex hoc signo conuinceret⁊ intellectus vidētis vt cognosceret manifeste hoc dici a deo qui nō mentitur. ꝛz illud futurū quod predicit⁊ in se euidēs non esset vnde rō fidei nō tolleret⁊. Dicendū est q̄ q⁹ in fidelib⁹ xp̄i laudat⁊ fides fm ꝓmū modū et fm hoc non est in demonibus sed solū sc̄o modo. Uident em̄ multa manifesta indicia ex quibus percipiūt doctrinā ecclesie esse a deo: q̄uis ipsi res ipsas quas ecclesia docet nō videant. puta: deū esse trinū ⁊ vnum vel aliud hmōi. Et ita patet q⁹ fides que vnitatem ecclesie efficit non est in demonibus: ⁊ ita ratio nō procedit. Ad decimūquartū respondet⁊ negando ꝓntiam. licet enim ecclesia nō semper fuerit in tali dispositione ꝓstituta quo ad vnū tanq̄ rectorem ⁊ gubernatorem: ducē ⁊ pastorē vice ⁊ loco Jesu xp̄i dn̄i nostri visibiliter cōuersantem: tn̄ ipsa ecclesia habebat ordinē ꝓpter causas infra assignādas cū de vno supremo pōtifice in ecclesia a nobis habēd⁹ est sermo: nō seq̄tur q⁹ nūc talis ordo in eccl̄ia nō sit multa em̄ per tempoꝝ successionem instituta sunt in ecclesia que nō fuerūt a principio. que licet tēpore quo instituta nō fuerūt nō importarent necessitatem: instituta tn̄ de necessitate veniūt obseruanda. dicūt em̄ doctores tractantes illud Lan. vlt. Soror nostra parvula est ⁊ vbera nō habet: q⁹ ecclesia que hic soror dicit⁊ in principio sui stat⁹ ante aduentū plenitudinis gratie in quo grā et veritas p Jesum xp̄m facta Joh. i. Nō modo puula fuit populi paucitate: sed etiā donis gratiarū. Un̄ Hugo de sancto victore. Oportuit inquit vt fm ꝓcessionē tēpoꝝ spūaliū gratiarū signa magis ac magis darent⁊. plane post incarnationē filij dei copiosior facta ē splēdore doctrine: illustrior pulchritudine ordinis: locupletior sacroꝝ efficacia salutari: excellentior nobilitate regimis q⁊ sub spe nobiliori ordinatōis politice ac diuiniori forma principatus. Ad decimūquintū tn̄ respōdet⁊ q⁹ ratō nō procedit: tuz q⁊ si papa moriat⁊ sedes tamen nō moritur. Secūdo quia ordo talis ad vnū caput ⁊ gubernatorem semper manet in ecclesia in habitu ⁊ potestas ad eligendū aliquē in sede ipsa apostolica. est etiam actualis ordo in ecclesia ad eos qui vice summi pōtificis illo tēpore in ecclesia quo ad aliqua fungūtur: cuiusmodi est sacrū collegiū dn̄oꝝ Cardinaliū. Et hic conuincit⁊ temeritas quorūdā scismaticoꝝ ⁊ iimicoꝝ eccl̄ie q̄ dicere presumpserūt vnitatē ecclesie non bre ordinē ad vnitatem vnius summi pōti. xp̄i vicarij. qđ q⁹ falsum sit audiam⁹ Cypriānū in epla ad Magnū in q̄ntē. Dns insinuās nobis vnitatem de diuina auctoritate venientez ponit et dicit. Ego ⁊ pat⁊ vnū sum⁹. ad quā vnitatē redigēs eccl̄iā suā denuo ait. Et erit vn⁹ grex ⁊ vn⁹ pastor. Ite in epla ad Rogatianū. hmōi semiatores ⁊ itroductores scismatū in eccl̄ia idē gl̄iosissim⁹ Cypan⁹ pcutit ita dicēs, q̄ sūt

Ad vndecimum

Ad duodecimū

Ad decimūtertiū

Ad decimū quartum

Ad decimū quintum

initia hereticoꝝ ⁊ ortus atq; conatus scismaticoꝝ male cogitantiū vt sibi placeāt: vt prepositū supbo tumore contēnāt: sic de ecclesia egredīt: sic altare ꝓphanū foris collocāt: sic cōtra pacē xp̄i ⁊ ordinationē atq; vnitatem dei rebellāt. Et btūs Hiero. pater eccl̄ie religiosissimus Damaso papa scribēs vt habetur in ca. qm̄ vetus oriens. xxiij. q. i. ita inter alia sic dicit. Cum successore piscatoris ⁊ discipulo xp̄i loquor. Ego nullum premiū nisi xp̄m sequēs beatitudini tue. i. cathedre Petri cōiungne cōsocior sup illā petrā eccl̄iam fundatam scio q̄cunq; extra hanc domum agnus comederit ꝓphanus est. si q̄s in Noe arcba nō fuerit peribit regnante diluuio. ⁊. j. non noui vitalē: miletū respuo: ignoro paulinū. q̄cunq; tecum non colligit spargit: hoc est: q̄ xp̄i non est antip̄i ē. bec Hiero. Ceruz de hmōi errore cōfutando in sequētibus a nobis copiosior erit sermo. per ea etiā q̄ dicta sunt excludīt impietas scismaticoꝝ qui tunicā dn̄i incōsutilē scidere nituntr. cōtra quos inqt btūs Cyprian⁹ ⁊ habet in ca. alienus. xxiij. q. i. alienus es. ꝓphanus es: eius hostis es. habere non pōt deum patrem: qui vniversalis eccl̄ie non tenet vnitatem.

Capim IX

Ecclesia est sctā

Capitulum. ix. in quo ostenditur ꝙ ecclesia sctā sit.

Stenso ꝙ ecclesia vna sit: supest iam vt ꝙ sancta sit ostendamus. Describitur aūt sctā a sanctis patrib⁹ in cōcilio Niceno: ad differentiā cōgregationis malignantiū: que non sctā est sed impia. de qua ps̄. xxv. Odiui eccl̄iam malignantiuz. De ecclesia vero xp̄i dicit psal. penul. Laus eius in ecclesia sanctoꝝ. vbi glo. Aug. Eccelia sctoꝝ ecclesia catholica est. eccl̄ia sanctoꝝ nō est dicenda ecclesia hereticoꝝ. Sctā aūt dicit ecclesia: q: spū sācto sanctificata: quā sanctitatē ꝓfudit ei spūssctūs. vt ait Albert⁹ magn⁹ in sacramentis virtutibus ⁊ donis q̄ dat ad sanctitat̄ pfectionē. Verū q: sanctū plures habet intentiones cōsiderandū est q̄bus modis ecclesia xp̄i sancta sit ⁊ dicat. Pro quo notandū ꝙ sanctū idē est qđ mundū. ⁊ huic significationi cōpetit nomē agios in greco qđ interpretat quasi sine terra. quō btūs Dionysius diffiniens sanctitatē. xij. ca. de di. no. sic dicit. Sanctitas est ab oi immūdicia libera ⁊ perfecta ⁊ oīno immaculata. In hac significatione ecclesia sancta est q: munda a fedita te ⁊ corruptione peccati. Plane cum xp̄s ei⁹ sponsus speciosus sit pre filijs hoim ⁊ sanct⁹ sanctoꝝ: sic sanctā habet sponsam. qui ait. Leuitici. ix. Sācti estote q: ego sanctus. sum. vñ Cantico. iiij. ad ecclesiaz sic loquit̄. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Et apl̄us. i. ad Eph. iij. dicit. Templū dei sanctū est qđ estis vos. Secūdo sanctū idē ē qđ firmū vnde apud antiquos sancta dicebant̄ que legibus erāt munita. vnde etiā sanctū dicit qđ lege firmatū est. hac rōne ecclesia xp̄i sancta ē Tum ꝓmo qm̄ a deo eterna p̄destinatōne ⁊ lege diuina ordinata paulo apl̄o attestante qui ad Eph̄. i. ita loquit̄. Elegit nos. glo. predestinando: ante mūdi ꝯstitutionē vt essem⁹ sancti ⁊ immaculati in ꝯspectu ei⁹ in charitate. glo. nō meritis nr̄is sed sua charitate. Tuz secūdo i hac significatōe eccl̄a dr̄ sctā ⁊ firmata vt violari nō possit: cū a fide ⁊ charitate que in xp̄o est nūq̄ defectura sit. Unde ps̄. lxxvij. dicit ꝓpheta. Edificauit sicut vnicornū sanctificium suum in terra quā fundauit in secula. vbi glo. Hiero. id est ipam eccl̄iam singulari ꝑtute firmauit vt immobilis in secula sempiterna consisterer. Et in ps̄. ciij. idem ꝓpha dño ita loq̄t̄. Fundasti terrā sup stabilitatē tuā nō inclinabitur in seculū seculi. Sup quo verbo beatus Aug. loquit̄. Terrā intelligo ecclesiā: que ē firmitas ei⁹ sup quā fundata est: nisi fundamentum de quo apl̄s ait. Fundamētū aliud nemo potest ponere p̄ter id qđ positū est qđ est xp̄s iesus. Ibi ergo firmati sum⁹ merito: q: ibi firmati nō inclinabunt̄ in seculū seculi. nihil em̄ firmi⁹ isto fundamēto. De qua ecclesie immobili firmitate ita xp̄s petro quē vniuerse ecclesie sue p̄ficere dispoſuerat pollicit⁹ est dicēs Matb. xvi. Tu es petrus ⁊ sup hanc petrā. i. sup hanc fidei cōfessionē. fundabo ecclesiam meā. ⁊ sequit̄. ⁊ porte inferi. i. petā: mine: blandimenta ⁊ hereses vt dicit glo. nō p̄ualebūt aduersus eā: glo. i. nō separabunt eam a fide ⁊ charitate mea. Cui⁹ impermurabilis firmitatis testis est beatissim⁹ Paul⁹ ad Roma. viij. dicens. Cert⁹ sum q nec mors separabit nos a charitate xp̄i. Tertio modo sanctū idem ē qđ sanguine tinctum vel respersum siue emundatū. nihil em̄ sanctū apud veteres dicebatur nisi qđ sanguine hostie esset respersuz. Antiq̄tus etiā boies qui purificari volebant̄ sanguine hostie tingebāt̄ inquit Isidorus. Unde ad Heb. ix. scribit apostolus. Omia pene ꝫm legem in sanguine mūdant̄ ⁊ sine sanguinis effusione nō fit remissio pcatoꝝ. Cui⁹ significationis gratia maxime dei ecclesia sancta appellanda venit: que xp̄i sanguine respersa purificationem peccatoꝝ suscepit ⁊ decorem induit sanctitatis. Unde. i. Petri. ij. dicitur. Gens sancta populus acquisitionis. glo. i. sanguine xp̄i respersa. Et ad Eph̄. v. ait apostol⁹. Xp̄us

dilexit ecclesiam ⁊ tradidit semetipm pro ea vt illam sanctificaret. ⁊ Apoca. i. inquit Joh. apostolus. dilexit nos et lauit nos a peccatis nris in sanguine suo. Quarto sanctū idem est q̄ diuinis obsequijs applicatuz: quēadmodū boues: loca: dies: vasa: ⁊ vestimenta que diuino cultui dedicātur sancta dicuntur. Unde de boibus habet Exo. xxx. Aaron ⁊ filios eius vngues: sanctificabisq; eos vt sacerdotio fungant mihi. ⁊ Esdre. ij. ca. xi. dicit. Esdras mini stris domus dñi. vos sancti estis domino ⁊ vasa sunt sancta. De loco dicit. ps̄. xcv. Adorate dñm in atrio sancto eius. De vasis dr̄ Exo. xxx. Archam testamenti cū vasis suis candelabrū ⁊ vtensilia: vniuersamq; supellectilem que ad cultū eoz pertinēt sanctificabis oia ⁊ erūt sancta sanctoz. De diebus sanctis scribit. ij. Esdr. x. Sanctus. n. est dies dñi. De vestimētis Exo. xxviij. dr̄. Facies Aaron fratri tuo vestimenta sancta ⁊ filijs eius. In hac significatiōe merito ecclesia dei ecclesia sācta dr̄ que vni⁹ veri dei famulatui ⁊ cultui tota dedicata est: imo in ea sola ver⁹ dei cultus ē: q̄ fide spe ⁊ charitate p̄ficit vt ait Aug. in. c. extra. i. q. i. Extra catholicam ecclesiā nō est loc⁹ veri sacrificij. Quinto sanctitas dr̄ religio siue obseruatio quedaz iustitie eoz que ad deum pertinent. Un Andronicus vt dicit sanct⁹ Tho. ita sanctitatem diffinit. Sanctitas est virt⁹ faciēs fideles seruare ea que ad deū iusta sunt. de q̄ Luc. i. Seruiamus dño in sanctitate: ⁊ iustitia coram ipso oibus diebus nostris. Hac rōne ecclesia sctā dicit: q: summa in ea munda ⁊ imaculata obseruat religio: sancta ē in votis: sctā in sacrificijs: sācta in ministerijs: sancta in cerimonijs sancta in singulis obseruationib⁹ que ad cultū ⁊ reuerentiā ptinēt sancte diuitat̄. Sexto ecclesia dei sancta dicit: q: omibus virtutib⁹ gratijs ac donis spūaliter fecūdata est ⁊ dotata. Unde. ps̄. lxiij. dicit. Replebimur in bonis domus tue. glo. cassiodori idest p̄sentis ecclesie: que diuersis munerū spūaliuz exuberat bonis. Que sunt illa bona. illa bona sunt sanctitas in se: ⁊ equitas ad p̄ximum. vnde seq̄tur sanctū est templum tuū mirabile in equitate. glo. i. ecclesie. ipsa enim dom⁹ ⁊ templū dei est sanctū in se: ⁊ mirabile in eq̄tate q̄tum ad p̄ximū. Septimo ecclesia dei sancta dicit: q: a optimis iustissimis ⁊ sacratissimis legib⁹ viuit regit ⁊ gubernat. de lege diuina. Ad Ro. vij. dicit Apl's. Lex sancta ⁊ mandatū sanctū Et in. ps̄. scribit Lex dñi imaculata cōuertēs aias testistimoniū dñi fidele sapientiā p̄stans paruulis. Leges vero publice que pro ecclesie regimine a sanctis patribus sancite sunt tanta pro earū sanctimonia veritate firmant. vt btūs Agap. papa oīb⁹ epis scribēs in ca. sic di. xxi. dicit. Sic oīs apostolice sedis sanctiones accipiēde sunt tanq̄ ipius diuina voce petri firmata. Un violatores sacroz canonū vt inq̄t sctūs Damasus papa in. ca. Violatores. xxv. q. i. grauit̄ a sanctis patrib⁹ iudicant̄ ⁊ a spūsctō: instinctu cui⁹ ac dono dictati sunt damnant̄: q̄m blasphemare spūsctm nō incōgrue vident̄. Octauo dr̄ ecclia dei sancta fm q̄ sctm dr̄ preditū sciētia iustoz. dicit em̄ Aristoteles. vt dicit Albert⁹ magn⁹ in lib. laudabiliū bonoz. Sanctitas est virt⁹ sciētie ea faciens q̄ ad deum sunt iusta. Sap. i. Dedit illis scientiā sanctoz. Sub hac significatōe potissime ecclia sancta est q̄ sola sciētiā sctōz habz ⁊ noticiā diuinitatis. Un de ecclia dicit dñs Zach. viij. hec dicit dñs exercituū. Reuersus sum ad syon ⁊ habitabo in medio hierl'm: ⁊ vocabitur hierl'm ciuitas veritatis ⁊ mons sanctificat⁹. quare vt ait beat⁹ Greg. in moralib⁹ ⁊ habet in ca. Quia. xxiij. q. i. Quia ex sola catholica ecclia veritas cōspicit̄ apud se esse locum dñs phibet de quo videat̄: in petra moyses ponit̄ vt dei facie contēplet̄: q: nisi quis fi dei soliditatē tenuerit diuinam p̄sentiā nō agnoscit. de q̄ soliditate dñs dixit. Sup hanc petrā edificabo ecclesiā meā. Nono ecclesia dei sancta dicit̄: q: sacramēta babz q̄b⁹ boies sanctificant̄. Dicit em̄ sacramētū a sacrādo siue sanctificādo: q: diuina ꝟtute in eis operāte instrumēta sūt emūdatōis ⁊ sanctificatōis aiarū. Un ad Eph. v. dr̄. Xp̄us dilexit ecclesiā sequit̄. vt illā sanctificaret mundās lauacro aque in verbo vite. ⁊ Aug. sup Joh. de ꝟtute sacramēti baptismi loquēs dicit. Que vis est aque vt corpus tangat ⁊ coz abluat? Decimo ecclia dr̄ sancta: q: sancta ⁊ gloriosa triūphāte ecclia que sursum in celestib⁹ est mater nra exemplata est. vn Apoc. xxi. beatissimus apls iohes inq̄t. Ego iohānes vidi ciuitatē sctām hierl'm nouā descēdentē de celo a deo paratā sicut sponsam ornatā viro suo: ⁊ audiui vocē de celo dicētē. Ecce tabernaculū dei cū hominibus ⁊ habitabit cū eis ⁊c. Ho verbū Bernardus ptractās li. iij. de cōsideratiōe. ca. xiij. Nō vile reputes hāc formā q̄ in terris ē babz formā in celo vidit hō qui dicebat. vidi ciuitatem sctām hierl'm ⁊c. Ex his aptissime cōfutatur error ⁊ blasphemia quorundā pseudo p̄phetarū qui ore suo polluto p̄tra sanctimoniā ecclesie diabolica audacia loq̄ntes dicere p̄sumpserunt ecclesiā non esse sanctā sed meretricē. contra quos sunt ea que induxim⁹ parū ante: ⁊ maxime illō Cāti. iij. Tota pulchra es

amica mea ⁊ macula non est in te.⁊ illa conti nua fidei professio quā vniuersalis ecclesia fa cit dicēs.Credo vnā sanctā ecclesiam ⁊c.

Capitulum.x.in quo ponunt obiectiones contra ea que dicta sunt de sanctitate ecclesie.

Capitulū X

Dampliorē in

telligentiā maiorem⁊ firmita tem veritatis eor que de eccle sanctimonia induxim⁹:mouebim⁹ aliq̄s obiec

Argumētū pmū ctiones in cōtrariū ꝓbādo q̄ eccl'ia nō sit san cta dicenda. Et ꝓmo arguit sic.Cantat in ec clesia in hymno angelico scz Gloria in excel sis deo.tu solus sanct⁹.Si ergo xp̄us solus est

Secūdum sanct⁹ cū eccl'ia nō sit xp̄s:eccl'ia non videt di cenda sancta. Secūdo.sanctitas vt dicit Di onysius.xij.c.de di.no.vt sup̄ dictus est. est ab oī immūdicia libera ⁊ perfecta ⁊ oīno im maculata immūdicia:sed eccl'ia in p̄senti sta tu nō est libera ab oī immūdicia illa peccati dicente brō Job.apl'o.i.Joh.i. Si dixerimus q̄m pctm̄ nō habem⁹ ipi nos seducim⁹ ⁊ veri

Tertium tas in nobis nō est.ergo eccl'ia ꝑ presenti sta tu nō est sancta dicenda. Tertio sic Math. vi. docet xp̄s oēs fideles orare ꝑ pctor suorū remissione:sic.Dimitte nob debita nostra ⁊c. quā oīonē ꝓtinue facit eccl'ia: qđ tm̄ vanū esse videret si eccl'ia nullū haberet pctm̄: maxime cū dicat Aug.in de bono pseuerātie.hoc loco pelagiani confodiunt heretici q̄ audent dice re boiez iustū in hac vita habere nullū oīno pctm̄:⁊ in talib⁹ boib⁹ esse iam in p̄senti tpe ecclesiā nō habentē maculā aut rugam. ⁊ po

Quartum nitur in glo.ordinaria. Quarto arguit sic.ad Rom.iij.dicit apl's.Est aūt de⁹ verax oīs bō mendax:ergo nō videt q̄ eccl'ia q̄ est collectio

Quintum omniū fideliū dicēda sit sancta. Quinto sic. ecclesie nō cōuenit ꝑ statu p̄sentis vite nō ha bere maculā aut rugā sed tm̄ ꝑ statu future vi te q̄n apparebit gloriosa:ergo nūc nō est dicē da sctā sed in futura vita.ꝓsequntia pz ⁊ ante cedēs ꝓbat auctate beati Aug.qui in fine pri mi libri enchiridion tractās verbū illud apl'i vt exhiberet sibi eccliam nō habentē maculā nec rugā ⁊c. ita dicit p hoc oīs prorsus hoim macule xp̄iani lauacri sanctitate tollunt quo mundat eccliam suā xp̄s vt exhibeat eam sibi nō in isto seculo:sed in futuro nō habentē ma culam neq̄ rugam aut aliquid huiusmodi. nā qui modo eam talē esse dicūt ⁊ tm̄ in illa sunt: q̄m ⁊ ipi fatent se habere peccata. Si verum dicunt ꝑfecto q̄m mundi nō sunt a peccatis: habet in eis ecclesia maculam.Si aūt falsum dicūt quia corde duplici loquuntur: habet in eis eccl'ia rugam.Si aūt dicunt se habere ista non ipsam:ergo se nō esse membra ei⁹ nec ad corpus ei⁹ pertinere fatentur vt etiā sua cōfes sione damnent. Sexto sic.in eccl'ia sunt bo Sextum ni ⁊ mali pmixti vt sup̄i⁹ monstratum est:⁊ mali in multo ampliori nūero q̄ boni.cū ergo denoiatio debeat fieri a maiori parte videt q̄ eccl'ia simplicit magis immūda q̄ sctā dicēda sit. Et ꝓfirmat ex.c. Et hoc dixim⁹.xvi.q.vij. Confirmat vbi dic Augē.⁊ ponit in glo.ꝓtinua. Math. xxi. Q carnalit viuentes domū oronis ex lapi dib⁹ viuis ꝓstructā faciūt spelunca esse latro num actib⁹ suis. Septimo arguit sic. In ec Septimum clesia ꝓtinent nō modo pctores sed etiā multi prescit: qui licz modo fidē habeāt xp̄i finalit tñ in fide vera ⁊ charitate dei nō pmanebunt ergo nō videt q̄ eccl'ia simplicit dicēda sit sā cta. Octauo sic.dicit sapiens Eccls.ix. Ne Octauum mo scit vtrū q̄s sit dign⁹ odio vel amore ⁊ mi nus de alio q̄ de se:ergo etiam nemo pōt scire q̄s sit sanctus aut immūdus.ergo videt q̄ nō ptineat ad articulū fidei credere q̄ eccl'ia que est congregatio fideliū sit sancta. Nono argui Nonum tur sic.Si fideles nō sūt cōfirmati in fide siue in gra dei in statu p̄sentis peregrinationis.ergo non videt q̄ eccl'ia que est fideliū collectio di cenda sit sancta:q: firmata siue ꝓfirmata De Decimum cimo arguit sic. Eccl'ia aliq̄n dicit fuisse feda ⁊ maculata:ergo nō semp videt dicēda fuisse sancta.ꝓsequētia videt manifesta.antecedēs pz.dicit em̄ brūs Hiero.⁊ habet de pe.di.i.§. Eccl'ia. Possibile aūt est vt q̄n eccl'ia que pri⁹ rugam habuit ⁊ maculā ⁊ immūdiciā postea restituta est:ita ⁊ pctōr currēs ad medicū ⁊c. Et idē brūs Hieron. sup̄ ps. xx.exponēs illud Audi filia ⁊ vide inclina aurē tuā ⁊ obliuisce re domū p̄ris tui.De eccl'ia dic sic.Obliuisce re domū p̄ris tui.i.dyabolū q̄ te pri⁹ genuerat qz tot⁹ mūdus in maligno posit⁹ erat.ideo in clina aurē tuā:q̄m cōcupiuit rex speciē tuam xp̄us iesus a quo regeris: qz nigra eras in do mo patris:nūc aut ascendēs post baptismū vel intus abluta vel gra fidei candida:qz ipse est dns a quo redempta es.⁊.j. Ante fedata ⁊ deformis erat eccl'ia sed postea pulchra ⁊ spe ciosa per lauacrū baptismi:qz iustus ꝑ impios mortuus est.i.xp̄s mundans eam p lauacrum sanguinis sui.vt ait apl's nō habentē maculā neq̄ rugā.⁊ Aug.ad idē ꝓpositū sup̄ eūdē ps. ita loquit. Assumpta est eccl'ia ex gne būano vt xp̄s caput esset eccl'ie.Et.j. Gaudeat spon sa amata a deo:q̄n amata:dū adhuc feda.oēs em̄ peccauerūt dicit apl's ⁊ egent gloria dei. Et iterum.Etem̄ p impios xp̄us mortuus est: amata est feda ne remaneret feda.nō em̄ vere feda amata ē:qz nō feditas amata est.ꝺ augu.

Capitulū. xi. in quo rñdetur ad obiecta facta.

Cap. XI

Atendū est fir/ f miter cū sanctis patrib⁹ quēad modū dictū est q̄ eccl̄ia xp̄i sancta sit. vñ Augu. sup illud psal. lxxxv. Custodi aiam meā qm̄ sctūs sum. ita dicit. Audeat dicere corpus xp̄i: audeat dicere vnus ille homo clamās a finibus terre cū capite suo dicens. Sāctus sum. accepit em̄ gratiā sanctitatis gr̄am baptismi ⁊ remissionem pctōr. ⁊. j. Oēs em̄ xp̄iani ⁊ oēs fideles ⁊ baptizati in xp̄o ipsum induerūt: sicut Aplus dicit. Quotquot in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. si membra facti sunt corporis eius ⁊ dicunt se sanctos non esse: capiti ipsi faciunt iniuriā cui⁹ mēbra facti sunt. Jaz dicēdū ē ad argumēta. Ad primū rñdetur q̄ xp̄s dicit solus sanctus sicut solus bonus: qz. s. ipse solus p̄m q̄ deus ex se ⁊ naturaliter bonus ⁊ sanct⁹ est: ⁊ p̄m q̄ hō in summo sanctitatis. quāobrē Daniel. ix. sanctus sctōr noiatur. Et in psal. de eo confitet̄ ꝓpheta dicens. Unxit te deus oleo leticie pre participibus tuis. p̄m quē modum ipse solus sanctus est. Et hoc est qđ ōr. i. Regl. ij. Quis sanctus vt est dñs: vel vt habz alia littera. Non est sanct⁹ preter te dñe: qz vt ait glo: nemo sit sanctus nisi de⁹. ⁊ si sint q̄ dicunt dij multi ⁊ dñi multi. nullus tñ eor natura/ liter est id qđ est deus: nam ipse est solus q̄ ait. Ego sum q̄ sum. p hoc ergo non negat q̄n participatione gratie eius fideles boni ⁊ iusti ⁊ sancti sint. vnde dñs ait. Leuit. xx. Sācti estote qm̄ ego sanct⁹ sum. Et Aug. tractans illud ps. lxxxv. Custodi aiam meā qm̄ sanct⁹ sum. ita fideles exhortat. dicat vnusquisq; fidelium sanctus sum: non est ista supbia elati sed cōfessio nō ingrati. si em̄ te dixeris ex te eē sanctū supbus es. rursus fidelis in xp̄o ⁊ mēbrū xp̄i si te dixeris non esse sanctū ingrat⁹ es

Ad primum

Ad secundum

Ad secundū argumentū rñdet̄ premittēdo duo notabilia. Primo notandū q̄ duplex ad p̄ns pōt distingui sanctitas. Uno modo q̄ dicat liberationē oīmodā ab oi immūdicia ⁊ corruptione culpe ⁊ pene. ⁊ ista est sanctitas p̄fie. de qua in ps. Bēa bec est oibus sctis ei⁹ Alio modo sanctitas dicit emūdationē nō a quocūq; pctō aut imperfectione: sed ab eis immūdicijs q̄ puritatis gr̄e ⁊ charitatis luci aduersant. cuiusmodi sūt culpa originalis ⁊ mortalis. de qua ōr Ad Ro. i. Oibus qui sunt rome dilectis dei vocatis sanctis. glo. scti erāt sanctificati p baptismū. Item. i. ad Corin. iij. Tēplū dei sctm̄ est qđ estis vos. vbi glo. dicit Sanctū est a tpe baptismi: qz in nemine babitat de⁹ quē non antea spūssanctus sanctificet ⁊ purget. Secūdo notandū q̄ sanctitas qua ecclesia in p̄nti vita sctā dr̄ nō dicit imunitatē ab omni pcō: corruptione ⁊ imperfectōne: ꝑ imunitatem ab his vicijs ⁊ peccatis cū quib⁹ charitas dei stare nō potest per quam de⁹ manet in nobis ⁊ nos in deo. i. Joh. iiij. cuiusmōi sunt pctā criminalia siue mortalia. Un glo. super illō Cāt. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō est in te. dicit: macka. s. criminalis culpe. ⁊ ita hz glo. decreti in. c. oibus cōsideratis. xxiij. q. i. sup verbo sine macula. Et iō venerabilis Beda super cātica tractās p̄fatum verbū Cant. iiij. Tota pulchra es ⁊c. ita dicit. Nec aūt dicta sunt nō q̄ in hac vita sanctorū quispiā vel a culpis oībus imunis vel perfect⁹ possit esse virtutib⁹: cū veraciter scriptum sit: qz nō est homo in terra iustus: qui faciat bonū ⁊ nō peccet: sed q̄ sancta ecclesia in q̄tum ecclesia xp̄i est ⁊ fide recta ⁊ mūda sit ope. Quibus notatis rñdet̄ ad rōnem ⁊ primo dr̄ q̄ mūdicia ꝑportata in diffinitione sanctitatis posita a beato Dionysio dicit mundiciā siue puritatē a pctō siue in intellectu siue in affectu qđ ꝓrietatē hz ad gr̄am: cuiusmodi est originale ⁊ mortale: nō aūt dicit emūdationem a pctō veniali. Un Aug. in diffinitōibus recte fidei dicit. Nullus sanctor̄ vel iustor̄ caret pctō: nec tñ ex hoc desinunt esse iusti vel sancti: cū affectu teneant sanctitatē. Secūdo ad minorem vbi ōr q̄ ecclesia in p̄senti statu nō est oīno libera ab imūdicia que diuine gr̄e ꝓriatur. ⁊ ad auctoritatē beati Job. dicētis. Si dixerim⁹ q̄ peccatū ⁊c. Rñr dupliciter. Uno mō de pctis venialib⁹ que in p̄senti vita nō p̄nt totaliter vitari. ōr em̄ puer. xxiij. Septies in die cadit iustus. Et Aug. dicit. ⁊ habet̄ in glo. Impossibile est quēlibet sanctū aliqn̄ nō cadere in minimis peccatis neq; iusti esse desistunt: qz citius opitulante deo resurgūt. Scōo rñdet̄ ad idē q̄ si bt̄us Job. loq̄tur de mortali: tūc nō ē sensus q̄ oēs fideles habeant pctm̄ mortale: ꝑ q̄ si dixerim⁹ ex elatōe. s. vt dicit glo. interlin. elati de aliqua iustitia: qz cū nemo sciat vtrum dign⁹ odio vel amore sit. vt ōr Eccl̄s. ix. Qui absq; reuelatione asserit se esse sine pctō mortali: incurrit peccatū iactantie supbie ⁊ falsitatis asserens qđ nescit. Et ideo dicit ⁊ veritas in nobis nō est. Jsta est expositio magri Nicolai de Lyra. Ad tertiū rñdet̄ q̄ p illā auctoritatem Matb. vi. licet vt dicit glo. quilz nim̄ instruat se peccare quottidie dū pro pctis quottidie iubet orare: nō tñ dat intelligi q̄ quottidie peccem⁹ oēs fideles pctō qđ sāctitati aduersat. Unde Piero. sup. ps. cxviij. exponēs il

Ad tertium

lud Beati imaculati in via: dicit. quomō ima culati: q; sine minutis pctis bō esse non pōt: sicut sctūs Jobes dicit. Si dixerimus ⁊c. Et ꝓpheta dicit. Qui ingredit sine macula ⁊c. ⁊ rndens ait. sine macula. hoc est sine mortali-

Ad quartum

bus criminib⁹. Ad q̄rtū dicendū q̄ nō vult apl'us dicere in illis verbis: q̄ ois bō mentia tur. vñ ipse ad se dicit. ij. ad Corin. xij. De⁹ scit q̄ nō mentior. sed vt colligit ex glo. dat intelligi in ꝟbis apl'i ⁊ ꝓphe dicentiū. Omis bō mendax. q̄ ois bō est mutabilis nature ⁊ voluntatis: ⁊ ideo pōt esse mendax in ꝓmissis. nō sic autē deus cū sit inuariabilis ⁊ impmutabilis. ⁊ ita vt dicit glo. Omis bō mendax ōr. q; q̄tum a seipso est labilis in essentia ⁊ p pctā defluens est. ⁊ ita argumentū sumptuz ex illa auctate nō militat ꝺ ꝓpositū. q̄m licet omis bō q̄tū est ex seipso labilis sit ⁊ defluxibilis p pctm: p gram tn pōt non defluere. Un ꝓphā ps. xciij. dicit. Si dicebā motus ē pes meus mia tua adiuuabat me. Et apl'us. i. ad Corinth. xv. Gratia dei sum id qd̄ sum ⁊ gra

Ad q̄ntum

eius in me vacua non fuit. Ad q̄ntū ptz rnsio ex his q̄ dicta sunt ad secundā obiectionē vbi distinctione facta de duplici mō sanctitatis: dictū est q̄ sanctitas importās oīmodā liberationē ⁊ imunitatē ab oī corruptione ⁊ vetustate culpe ⁊ pene ⁊ cuiuscūq; impfectionis ꝓtagione: nō est eccl'ie ꝑ statu pn̄tis vite sed future q̄n apparebit gl'iosa. ⁊ per ꝺns isto modo loquēdo non ꝓuenit eccl'ie ꝑ statu pn̄tis vite nō bē maculā aut rugā: vt sonant manifeste sctōꝝ auctates inducte. Sāctitas vero q̄ dicit imunitatē earū culparū ⁊ rugarū q̄ diuine gre aīaz illustranti repugnant bene cōuenit eccl'ie sicut diffuse monstratū est: ⁊ p ꝺns hoc modo imunitas cōpetit eccl'ie etiaz ꝑ statu vite pn̄tis non bē maculā neq; rugā

Ad sextum

aut aliq̄d hmōi. Ad sextū dicendū q̄ lz mali numero sint de eccl'ia non tn̄ merito. Ecclesia aūt tota est sctā in oībus q̄ de eccl'ia sūt numero ⁊ merito: cuiusmodi sunt oēs fideles q̄ dilectione charitatis in xp̄o radicati sunt. Ait em̄ btūs Hilarius lib. de trini. Sctūs es si fide es pfecte credulus si spe inconcussa firmus si charitate es perfecte radicatus. Un̄ licet multi fideles pctōres dicant eē in ecclesia: nihilominus q; isti non sunt ꝓpria mēbra corporis xp̄i nec pfecta vnitate que est p charitatem pertinent ad eccl'iam: non sequit q̄ eccl'ia simpliciter nō sit dicenda sctā. sancta q̄dem est vt prediximus in oībus q̄ ad eam pertinent numero ⁊ merito siue in oīb⁹ mēbris suis. Ad cōfirmationē aūt que sumpta

Ad ꝺfirmationē

est ex auctoritate Origenis dicēdū q̄ q̄q̄. ecclesia habeat malos pmixtos bonis: q; tn̄ mali nō sunt vere ⁊ ꝓprie mēbra corporis xp̄i q̄ est eccl'ia: nō est farendū simplr q̄ eccl'ia xp̄i sit feda aut nō sctā aut spelunca latronū: ꝫ bene ōr. a sanctis doctorib⁹ sicut supra induxim⁹ q̄ in aliquib⁹ qui nō sunt mēbra ei⁹ pfecte ⁊ ꝓprie infirmet aut patiat aliquā feditatez: ⁊ ex puersitate operū actuū maloꝝ fideliū aliquas detractabiles suscipiat denoīationes: vtputa: q̄ dicatur spelunca latronū sicut inductuz est ex Origene ⁊ alia hmōi. Ad septimū re

Ad septimum

spōdet negando ꝓnam: q; fideles p̄sciti aut habēt maculā peccati mortalis aut nō: ꝫ sunt in gr̄a. si det primū: dicēdū est de illis sicut de alijs fidelib⁹ peccatoꝝ parū ante iam diximus. si vero sine macla sunt peccati mortalis bn̄tes xp̄i gratiā: dicendū q̄ in illis etiā ecclesia sctā ōr: licet in futurū sint maculā aut ꝓtagionē habituri infidelitat⁹ ⁊ ipietatis rugā. iu diciū quippe de mēbris eccl'ie sumit⁹ fm̄ dispositionē pn̄tis tēpis ⁊ nō futuri. sicut bō ōr: q̄s nūc mund⁹ in mēbris que cras aut post imunda futura sunt. Ad octauū rndetur negan

Ad octauum

do ꝓnam: q̄m scire nō possum⁹ via humana q̄s de adultis in vita pn̄ti sanct⁹ sit sāctitate gre ⁊ inhabitatione spūssancti: nihilomin⁹ certissimi sum⁹ q̄ talis sanctitas sit in mēbris eccl'ie que illi⁹ vera ⁊ ꝓpria mēbra sunt in quib⁹ ipsa sctā dr̄. vtpote q̄ corp⁹ xp̄i ⁊ spōsa illi⁹ dilecta pulcra ⁊ sine macula esse describit. Cāt. iiij. Ad nonū dicendū q̄ eccl'esia ꝑ statu vi

Ad nonum

te pn̄tis nō ita in fide et charitate ōr firmata q̄ ei⁹ oia membra ita in gratia sint cōfirmata q̄ ampli⁹ peccare nō possint: ꝫ ea ratōne: quia semper erūt in eccl'esia aliqui boies fideles et sācti. Ad decimū ⁊ vltimū dicendū primo

Ad decimū

q̄ capiendo eccl'iam prout cōprehendit angelos ⁊ boies: eccl'esia semper sancta fuit: q; ange li boni in sanctitate in qua creati sunt imobiles pmanserūt. Si loq̄mur de eccl'esia sicut in superioribus locuti sumus: que. s. sumpta est ⁊ collecta ex hominib⁹ fidelib⁹. dicim⁹ etiam q̄ semp eccl'esia in aliquo vel in aliq̄bus sancta fuit: dicente beato Aug. sup. ps. cxxiij. olim ē eccl'esia ⁊ ex quo vocātur sācti est eccl'ia in terra. Ad auctoritates aūt inductas in cōtrū ōr q̄ Aug. ⁊ Hiero. nō loquuntur de eccl'ia vl'i q̄ ab Abel iusto ōr incepisse vsq̄ ad vltimū iustum sed de eccl'esia fm̄ q̄ dicit collectionē fideliuz ex populo gentilium venientiū: qui populus prius fuit fedus sordibus idolatrie. Un̄ Aug. super. ps. cij. subiungit. Nonne ista est que iacebat in ceno iniquitatū. nonne ista est que iacebat in fornicatōe idoloꝝ. Vel dicēdū ⁊ forte melius q̄ eccl'ia sumpta ex būano genere nō

est ita intelligēda pri⁹ fuisse feda q̄ postq̄ ecclesia cepit esse fuerit feda in omnib⁹ mēbris suis. qm̄ sicut infra videbit in ecclesia que ab Abel dr̄ incepisse semp fuerunt aliq̄ vel aliqs sanct⁹: ꝫ sic accipiendū est: q; oia membra ecclesie de gñe humano sumpta excepto saluatore nr̄o qui nō būano semine ꝫ de spū sancto ꝓceptus: fuerūt pri⁹ ⁊ si nō ꝓo eodē tēpore feda fuditate alicuius peccati saltē originalis. ⁊ hec vr̄ esse intelligentia Aug. vt apparet ex auctoritatib⁹ quas inducit ad ꝓbandū ecclesiam pri⁹ fuisse fedā: vt patet ex illa ad Ro. iij. Oēs peccauerūt. glo. ex vno peccatore oēs nascūtur peccatores ⁊ egent gloria dei. Et ex illa ad Ro. v. ꝓo impijs mortuus est.

Capitulū. xij. in quo ꝓbatur modus quorūdam loquendi de sanctitate ecclesie.

Cap. XII

Verunt quidā

f nouelli doctores Alemāni: q̄ docere ꝓesumpserūt q̄ eccl̄ia sancta dr̄ nō rone suppositorū cū in ipsa sint pmixti bonis multi mali: ꝫ rone forme quā dicunt esse idētitatez fidei. Imaginātur em̄ q̄ sicut ratione vnitatis fidei quam dicūt principiū formale ecclesie: semp permanet vna ⁊ invariata partib⁹ materialib⁹ ipsi⁹ ecclesie: cōtinue sibi invicē succedentib⁹ ⁊ variatis ꝑm merita ⁊ demerita. sic rone illi⁹ forme semp sancta permanet ⁊ imunis. ⁊ hec est idētitas: vt dicunt: fidei quo ad credita. ⁊ idētitas societatis vel cōionis quo ad sacramenta. fides em̄ quo ad credita ⁊ sacra mq̄nari nō potest. Et ita dicunt q̄ sicut eccl̄ia catholica manet semper vna ratione vnitatis fidei: ita semp est sancta ratione eiusdē fidei: que semp recta semp sana ⁊ sancta manet et imunis ab omni cōtagione erroris. de qua dicūt Apl̄m dixisse illud ad Epbe. v. Xp̄s dilexit ecclesiaz suam ⁊ tradidit semetipsum ꝓ ea vt illā sanctificaret ⁊c. Sed saluo semp meliori iudicio ꝫ a fidei puritate ⁊ sacr̄oz cōione ecclesia catholica sctā dicat. nihilomin⁹ ꝓfati doctores ecclesiam catholicā ex hac sola pte sanctā describētes nō plene loquūtur de sanctitate ecclesie: nec eo modo quo scriptura sancta loq̄tur ⁊ sancti patres ecclesie eaz sanctā in symbolo Niceno confessi sunt. Nam domin⁹ ait Leuit. xix. Sancti estote qm̄ ego sanct⁹ sum Manifestum est autem q̄ ad homines ipsos loquitur. Et. i. ad Corin. iij. inquit Apostol⁹. Teplū dei sctm̄ est quod estis vos. Item Cāt. iij. dicitur. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō est in te. glo. i. criminalis culpe. Item Cant. vi. Una est perfecta mea columba mea glo. quia omnibus virtutibus ⁊ charismatibus perficitur. ⁊ sic sanctitas ecclesie non refertur tm̄ ad fidem. Preterea hoc idem ostendit auctoritate sanctoz patrū supranoiatoz qui de sanctitate loquunt̄ non solū ꝓut dicit integritatem fidei absq̄ ruga perfidie: sed ꝓ ut dicit emūdationes a cōtagione mortalis peccati per habitum virtutū diuinitus infusum: que fideliū animas sanctificant ⁊ decorant. Unde Aug. sup psal. xliij. Decor dom⁹ dei in sanctis est. Leterum hoc ꝯdem ea rone apertū reddit: q; si integritas fidei informis sufficeret ad denominandā eccl̄iam sctām: ꝓ fecto quilibet peccator fidelis integritatē fidei babens posset vocari sanctus: qō falsum est dicente beato Aug. in lib. de gratia. ⁊ libero arbitrio. Sanctitas est perfectissima volūtas ⁊ serenissima puritas: ⁊ iterū. sanct⁹ es si sanctā habes affectionē. sanctitas em̄ in iustitia ⁊ operibus ꝓstat. Demū sancti doctores sicut supra tetigim⁹: dicūt eccl̄iam esse sctām in veris mēbris non in nō veris siue mortuis cuiusmodi sunt fideles pctōres q̄ etiā integritatē fidei obseruāt. Itē sancti dicūt q̄ ecclesia sctā est in granis nō in paleis ꝑ quas in area dn̄ica pctōres fideles designant̄. Ampli⁹ beatissimus Aug. doctor eccl̄ie ⁊ hereticoz malle⁹ dicit ꝯtrariū: qui vt supra meminim⁹ tam in libro retractationū q̄ in enchiridion: ⁊ in de bono perseuerātie dicit. q̄ eccl̄ia nō in isto seculo est oīno sine macula ⁊ sine ruga: ⁊ tamē si sanctitas ecclesie acciperet ex sola integritate fidei falsum esset: qō Aug. tantis irrefragabilibus testimonijs stabilire curauit.

Ultimo si sola fidei integritas ⁊ sinceritas sufficeret sanctā noiare eccl̄iam videret̄ aliq̄bus q̄ cōgregatio scismaticoz ⁊ excōicatoz cum fidem catholicā adbuc integerrimā custodire videant̄: sancta noianda veniret. qō absurdissimū est. Auctoritas autem pauli ad Epbe. v. Quā in sue false opinionis robur inducūt non pōt ꝑm lr̄am neq̄ ꝑm glo. sue imaginationi suffragari. plane qō int̄ Apl̄us. q̄ xp̄us dilexit eccl̄iā ⁊ tradidit semetipsum ꝓ illa vt illaz sanctificaret mundās eā lauacro aque in verbo vite ⁊c. non respicit sanctitatē fidei que semper sancta fuit. q; diuine veritati innitens ⁊ a diuine sapientie luce emanās: sed ad psonas fideles sacro baptismate ablutas: ⁊ sctārū vrtutū ornatibus decoratas que sunt membra eccl̄ie referr̄: vt clarissimuz est. Quare de sanctitate ecclesie tenendū ⁊ cōfitendū est non vt isti nouelli magri: sine auctoritate loquētes: docere ꝓesumpserūt. sed iuxta sanctoz doctoz sententiā quā in supioib⁹

capitulis plene annotauimus.

Capl's XIII

Capitulū. xiij. q ecclesia sit catholica dicenda.

Ecclia est catholica

cori. Hec glorie ꝓditio maxime splēdet in ipso ecclesie regno: qđ sapiētissime ac decētissime in oib⁹ ⁊ singulis ordinatissimū est. q̄ em̄ a deo sunt: ordinata sunt. ad Ro. xiij. De ordine aūt in eccl̄ia ꝓstituēdo ita p Esa. loq̄tur de⁹. Ego sternā per ordinē lapides tuos: ⁊ fundabo te in saphiris. Esay. liiij. Et Propha. ps̄. cxliij. Gloriā regni tui dicent ⁊ potentiā tuā loquē tur. glo. Dicent. s. q̄tum potenter ⁊ mirabiliť facis quicq̄d facis ⁊ disponis in regno. Et. j. etiā Propha subiūgit. Ut notā faciant filijs hoiz potētiā tuā: ⁊ gloriā magnificētie regni tui. glo. Post potentiā cōmēdat decorē regni Habet illud regnū decorem cui magnifico ni hil cōpareť. Cōmemorandū est etiā q̄ hui⁹ ordinis gr̄a regnū ecclesie in supiori. c. Castrorum acies ordinata appellatū est. q̄ta aūt necessitate ⁊ qua forma ordo in ecclesia seruand⁹ est habeť in. c. singula. ⁊ i. c. ad h. lxxxix. di. Quitū qđ regnū gloriosū efficit est. q̄ sit vinculo di lectionis ⁊ ꝓcordie in populis suis vnitū. plane omne regnū in se diuisum desolabiť: vt re stať veritas ipsa. Luc. xi. ⁊ vt ait Salusti⁹ Cō cordia minime res crescūt discordia marie di labūtur. Hec aūt ꝓditio gloriosi regni p̄cipue refulget in regno ecclesie: quod vnitū est vinculo multiplici. s. fidei: spei: ⁊ charitať: ac vnius spūs inhabitātis in totū corp⁹ eccl̄ie. de q̄ bus in superioribus circa. c. vi. ap̄lissime dictus est. ⁊ Iere. xxxij. dicit dñs. Dabo eis cor vnum ⁊ aiam vnā. vnde de primis regniculis huius regni pro statu gratie dr̄ Act. iiij. Multitudinis credentiū erat cor vnū ⁊ aia vna. Sextū qđ regnū reddit gloriosum est. si sit quietū pacem cū exteris habens: sicut de regno Salomonis in ei⁹ laudem dr̄: q̄ habebat pacē ex oi pte in circuitu. iij. Reg. iiij. Hac gl̄ia ⁊ regni ꝓditione claret regnū ecclesie: lz q̄nq̄ careat pace tp̄is: pace tm̄ semp gaudet pectoris puentura tādē ad pacē eternitatis. pax quidē multa diligētibus legē tuam inquit Propha. ps̄. cxviij. ⁊ propheta Esay. Sedebat popul⁹ me⁹ in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulēta Esa. xxxij. Septimū qđ regnū efficit gloriosum est. q̄ diuitijs ⁊ bonis sit copiosum. Hec aūt conditio glorie potissime reperiť in regno ecclesie: qđ copiosū in bonis spiritualib⁹ est: que vere diuitie sunt dicente Greg. Sole diuitie vere sunt q̄ nos virtutibus diuites efficiūt. Et Ber. eidē sententie alludēs dicit. Vere diuitie nō opes sunt ſ virtutes quas cōscientia portat vt in perpetuū dies fiat. Vñ de hac diuitiarū copia regni dicit Propheta. ps̄. cxij. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iusticia ei⁹ manet in seculum seculi. glo. hec est gloria ei⁹: he sunt diuitie ei⁹ Et ap̄ls ad Eph. i. Scōm diuitias gratie ei⁹ que supabūdauit in nobis. Octauū qđ regnū reddit gloriosum est si sit forte ⁊ insuperabile sit ab aduersarijs. Hec plane conditio gl̄ie est in regno eccl̄ie: cui dñs pollicet. Matth. xvi. Et porte inferi nō p̄eualebūt aduersus eam. Hinc dicit ps̄. xij. Regnū eius omnib⁹ dñabiť. Eccl̄ie quippe regnū oppugnari pōt quidem sed expugnari nō pōt: immo impugnationib⁹ crescit. hoc quippe eccl̄ie ꝓpriū est vt dic̄ beatus Hilari⁹ de tri. li. vij. q̄ dum psequit floret. dū opprimit crescit. dū contēnit ꝓficit. dū leditur vincit. dū arguit intelligit. tūc stat cum superari videt. Nonū qđ regnū gloriosū reddit est. si fit optimis legib⁹ ⁊ cōsuetudinib⁹ regulatū. q̄ vt inquit Augu. Quid aliud regna sunt sine iusticia nisi latrocinia quedam. Hec cōditio glorie regni maxime florет in eccl̄ie regno qđ sacratissimis legib⁹ ⁊ ornatissimis moribus viuit ⁊ gubernať. de q̄bus eleazarus. ij. Macha. vi. inq̄t. Prompto animo ac fortiter ꝓ grauissimis ⁊ sanctissimis legibus honesta morte pfungar. ⁊. c. se. Parati sumus mori magis q̄ patrias dei leges preuaricari. Ratio q̄ lex dñi immaculata. glo. i. irreprehēsibilis. cōuertens animas. i. sua districtōe corrigēs ⁊ ad xp̄i gr̄am mittēs. Et. j. Preceptū dñi lucidū illuminās oculos. i. interioris hois aspectū. dic̄ glo. De legū ꝺo ecclesiasticarū sanctimonia habeť di. x. vbi in. c. non licet: sancta synodus sexta ita inq̄t. Nō licet imperatori vel cuiq̄ pietatē custodienti aliquid cōtra diuina mādata presumere: nec quicq̄ qđ euāgelicis: ꝓphetic̄. aut apostolic̄ regulis obuiet agere. Decimū qđ regnū efficit gloriosus est. si regem habeat multū nobilē sapiētē potentē ac virtutib⁹ clarum. vñ Eccls. x. dr̄. Beata terra cui⁹ rex nobilis est. ⁊ Eccli. x. dr̄. Rex insipiēs perdet pplz suū. Plato etiā illas respublicas dic̄ esse btās si eas vel studiosi sapiētie regerēt: vel earū rectores sapiētie studuisse cōtigisset. ⁊ Seneca in quadā epla. Inter hoies antiq̄ores optim⁹ alioꝝ rector eligebatur. Idcoq̄ summa felicitas erat gentiū in q̄bus nō poterat esse potentior nisi melior. Hac gloria regni potissime relucet regnū eccl̄ie q̄ regem habz xp̄m: q̄ est rex magn⁹ sup oēs deos. ps̄. cūij. Qui est rex regū ⁊ dñs dominantiū. i. Tbi. vi. qui cū sit de⁹ sublimis infinite bonitatis. Ipse etiā est p quē ceteri reges regnant ⁊ legū cōditores iusta decernūt. Prouer. viij. quare sc̄tus dauid rex ita orat ad ip̄z. i. Paralip. xxix. Tuū est dñe regnū ⁊ tu es super omnes ꝓncipes tue diuitie sunt ⁊ tua gloria: tu dominaris omniū. Undecimū

In extrauagario

qđ regnū reddit gloriosum est. si sit multis no bilibus ciuibus ꝓncipibus ac baronibus po pulatū. Hac gloꝛie regni conditione maxime splendet regnū ecclesie cuius oēs veri regni cole illa nobilitate clarēt qua nulla apud deū maioꝛ est q̄ est clarū esse virtutibus. de quoꝝ preeminentia nobilitatis testis egregius est btūs Job. ita dicens. Fecit nos regnū ⁊ sacer dotes deo ⁊ patri suo. Apocal. i. Plane electi sunt reges vt dicit glo. qui carnē domant: spi ritū roboꝛant. Sacerdotes vero q̄ seipsos in ara coꝛdis deo placentē hostiā offerūt. vt ait Criso. Non oēs sacerdos scrūs est: sed oēs qui bene sedet sup cathedrā. di. xl. ca. Multi. Itē Apoc. v. inquit idē btūs Job. Fecisti nos deo nostro regnū. i. reges ⁊ sacerdotes. Ma gna ergo est nobilitas ⁊ gloꝛia regni eccl̄ie: in quo oēs veri regnicole reges sunt ⁊ sacerdo tes. Un̄ ps. lxxi. Adoꝛabunt eū oēs reges. glo. hic ostēdit ꝓpheta q̄ sit familia regis. Preter ea de hac maxima ⁊ clarissima nobilitate re gni eccl̄ie apud beatissimū petrum illustre ha bemus testimoniū: qui q̄busdā qui iam p fidē incoꝛpoꝛati erant regno xp̄i ita scribit. Vos estis gen⁹ electū: regale sacerdotiū: gens sctā populus acq̄sitionis. Vos estis gen⁹ electū: ● i. Petri. ij. q̄ per baptismū sancti estis facti filij dei ado ptiui: ⁊ p ꝓseqūs de genere ipsius dei. ſm illū Act. xvij. Genus aūt dei sum⁹. regale sacerdo tiū: dignitate. s. vnctionis ⁊ excellētia. Gens sancta. i. a peccatis mūdata. populus acq̄siti onis: q̄ pꝛecioso xp̄i sanguine redempt⁹. Am plius etiā in hac parte regnū eccl̄ie ostēditur nobilitate multa p̄clarū eo q̄ nō solū electos hoies cōprehendit sed etiā ipos angelos sanc tos q̄ ⁊ natura ⁊ sanctitatis nobilitate cla rissimi dinoscunt. vna cū ciuitas ⁊ vnum re gnū dei ex sanctis angelis ⁊ hoibus cōpactū ꝓsurgit. vt dicit Augu. i. de ciui. dei. ⁊ sup ps. cxxvi. Duodecimū qđ regnū gloriosū efficit est. si sit semp pmansurū siue durabile semp ac perpetuū. Hac gl̄ie cōditiōe regnū eccl̄ie sup oēia alia regna singulariť gaudet. Un̄ ꝓpha de eo loquēs ait. Regnū tuū regnū oīm secu loꝝ ⁊ c̄. ps. cxliij. vbi dicit glo. Hic ꝓpha laudat regnū de ꝓpetuitate ⁊ dñationis effectu. Daniel. ij. De hoc etiā regno Daniel scrūs ait. Suscita bit de⁹ celi regnū qđ in eternū nō dissipabiť. ⁊ Luc. i. dr. Regni ei⁹ nō erit finis. Licet ergo psens seculū cōsummādū veniat peregrina tioꝝ nostra finē sit habitura: regnū tn̄ eccl̄ie in sempiternū erit. pducet quippe siue transferet in celū. Unde apls. i. ad Coꝝ. xv. inquit. Deinde finis cū tradiderit regnū deo ⁊ patri. glo. i. cū perduxerit credētes ad cōtēplationē dei patris: vbi est finis omniū ⁊ requies sem piterna ⁊ gaudiū: tunc fulgebūt iusti ficut sol in regno patris eius. regnū fulgebit in regno cum regis venerit regnū qđ nunc oramus cū dicim⁹. Adueniat regnū tuū. hec glo. Et Am broſius sup Lucā de hoc regno sub noīe ciui tatis ita loquiť. Ecce ciuitas q̄ viuit in eter num q̄ mori nesciť. ipa em̄ ciuitas bierl'm nūc videť in terris sed rapieť supra belyam: bely as vnus fuit: transferet supra enoch cui⁹ mors non inueniť. ille em̄ raptus est ne malicia mu taret coꝛ eius. hec aūt diligiť a xp̄o quasi spon sa gloriosa sancta ⁊ immaculata sine ruga ⁊ q̄ro melius totū coꝛpus assumeť quasi vnus assumptus est. hec em̄ est spes eccl̄ie: rapietur pfecto assumeť transferet ad celū: ecce curru igneo raptus est belyas rapietur ecclesia. nō mihi credis crede vel paulo in quo xp̄s locut⁹ est. Rapiemur inquit in nubibus obuiā xp̄o in aera: ⁊ ita semper cū dño erim⁹. hec Amb. .Thessa.

Capitulū. xxxv. de rationibus propter quas ecclesia dicta est tabernaculum ⁊ templum dei.

Cap. Eccl̄esia tabern.

Mplius etiā ec⁹ clesia legitur nomie tabernacu a li descripta. Un̄ Apoc. xxi. Ecce tabernaculū dei cū hoibus ⁊ ha bitabit cū eis ⁊ ipsi populus eius erunt ⁊ ipe deus cum eis erit eoꝝ deus. Dicitur aūt eccle sia tabernaculū pro conditiōe status p̄sentis vite qui status est stat⁹ militie. Job. vij. Mi litia est vita hois sup terrā: ⁊ peregrinatiōis: q̄ dum viuim⁹ in hoc mortali coꝛpoꝛe peregri namur a dño. ij. ad Coꝝ. v. De quo tabernacu lo ps. xxv. sic dicit. Proteges eos in taberna culo tuo. Sup quo verbo btūs Aug. ita dicit Quid est tabernaculū nisi ecclesia hui⁹ tēpo ris. que tabernaculum ideo dr: q̄ adhuc in ter ra peregrinať. tabernaculū em̄ habitaculum est militū in expediťōne poſitoꝝ. Et sup illud ps. cxxxi. Donec inueniā locū dño tabernacu lum deo iacob: dicit sic. Quanq̄ aliq̄n dr ta bernaculū dei domus dei: ⁊ dom⁹ dei taberna culū dei: distinctius tamē accipiť tabernacu lum ecclesia ſm hoc tempus. domus aūt eccle sia celestis bierl'm quo ibimus. Tabernaculū em̄ tanq̄ militantiū ⁊ pugnantiū: tabernacu lum militū in ꝓcinctu in expeditione. vnde contubernales dicunť milites: quasi taber nacula eadem habentes. q̄diu ergo habem⁹ hostem cum quo pugnemus tabernaculū dei facim⁹: cum autē transierit tempus pugne ⁊ venerit pax illa que pꝛecellit omnē intellectū sicut dicit apls. Cum venerit illa patria iam dom⁹ erit: nullus aduersarius tentabit vt ta

bernaculū vocet: nō ꝓcedem⁹ ad pugnandū sed pmanebim⁹ ad laudandū. Quid em̄ dr de illa domo? Beati q̄ habitāt in domo tua dne in secula seculorum laudabunt te. Hec Augu. Ubi ꝓsiderandū q̄ dns precipiens sibi tabernaculū materiale fieri per quod hoc tabernaculū militū xp̄i designat iussit: vt colligit i li. Exod. in. c. xxvi. decez cortinas fieri ex quatuor ꝓciosis coloꝛib⁹: quarū vnaquecz. xxviij. cubitoꝛ in longitudine ⁊ quattuor esset in latitudine. ⁊ vt fertur bissum habebāt in stamine iacinctū purpurā ⁊ coccū bistinctū in subtegmine. Cortine sctōs ⁊ pfectos in ecclesia significāt: q̄ tanto liberi⁹ ꝓtemplationi creatoris iseruiūt q̄to ampli⁹ ab hui⁹ mundi amore se remouēt. Decē sunt vt eoꝛ pfectio notetur. denari⁹ em̄ numerus pfect⁹ est. Cortine q̄ttuoꝛ coloꝛib⁹ oꝛnātur: qꝛ sancti pfectōne virtutū iuxta doctrinā quattuoꝛ euangelioꝛ decoꝛantur bñtes ꝓ byssо retoꝛta mētis ⁊ coꝛpis cōtinentiā. ꝓ purpura regalē ꝓtra vicia potentiā. ꝓ iacincto erectā ad superna intētionē. ꝓ cocco bistincto pfectā dei ⁊ ꝓximi dilectionē. longitudo cortinarū. xxviij. cubitoꝛ lōganimem ecclesie significat patientiā ⁊ custodiam. bic em̄ numer⁹ septenario ꝑ quaternariū multiplicato: efficit. septenari⁹ requiez signi ficat ad quā ecclesia ꝑ fidē ⁊ custodiā quattuoꝛ euangelioꝛ ⁊ exercitiū principaliū virtutū patienter festinat. latitudo quattuoꝛ cubitoꝛū: amplitudinē dilectionis ad quā ꝑ quattuoꝛ euangelia ⁊ virtutes tēdit insinuat. Nō est aūt pretermittendū q̄ in illo tabernaculo antiquo erāt. s. Altare in quo sacrificiū offerebatur. Mensa ꝓpositionis super quā. xij. panes erant ꝓpositi. erat candelabꝛum in quo. vij. lucerne suppосite erāt ad lucēdū. vt bētur Exo. xxv. Altare bꝛ ecclesia. i. pura coꝛda aios deo cōsecratos in q̄bus sacrificiū deuotionis acceptissimuz incessanter deo offerꝛ. de quo. ps̄. l. Sacrificiū deo spūs ꝓtribulatus coꝛ ꝓtritū ⁊ humiliatū deus nō despicies. Mēsa. xij. panū doctrinā figurabat. xij. aplorum qui oibus intrantib⁹ tabernaculū ecclesie cibum administrant satietatis eterne. Candelabꝛū vero cū septē lucernis: vniuersitas est prelatoꝛ predicatoꝛ ⁊ doctoꝛ: qui cū splēdoꝛe sapiētie ignē ardoꝛis diuini habētes alīs lucent charitate ⁊ doctrina verbi ⁊ exempli. q̄bus dr Mat. v. Sic luceat lux vestra coꝛā hoibus vt videant opera vestra bona ⁊c. Unde de beato Johāne baptista dr Joh. v. q̄ erat lucerna ardēs ⁊ lucens. Ardens in quā: vt dicit glo. spū charitatis. Lucens: lumine veritatis. Ceterum ec

Templū clesia templum legitur appellata. vnde. i. ad Eoꝛ. iij. Templum dei estis vos ⁊ spūs dei in vobis habitat. Et. j. Templum dei sanctū est q̄d estis vos. Et hoc duplici rōne. Tum ꝓpter similitudinē edificij templi salomonis: in quo figuratū est templū dei q̄d est eccl̄ia. Fuerunt aūt in templo ꝓmo lapides: cementū: ligna cedrina: ⁊ aurū. Lapides fideles designant: q̄ sunt lapides viui electi perfecti vnde cōstruitur templum dn̄i. Cementū vero est charitas ipa: que vnit cōglutinat ac cōnectit xp̄i fideles adiuicē. de quo ps̄. xliij. dr. Adducēt regi virgines. i. pudice mentes fideliū in templuz regis. Sup quo btūs Augu. ita loquit. Templū regis ipa est ecclesia. Unde ꝓstituit templū? de hominib⁹ q̄ intrāt templū regis. Lapides vi ui q̄ sunt nisi fideles? Adducent in templū regis ⁊c. Et infra de cemēto sic loquit. In vnitate est templū regis nō est ruinosum: nō deciſum: nō diuisum. Junctura lapidū viuentium charitas est. hec Augu. Ligna aūt cedrina. i. odoꝛifera. sunt exempla sancte conuersatiōis quib⁹ ipa eccl̄ia in sanctis suis mirā dat suauitatē odoꝛis. Aurū est sapiētia diuina q̄ ipsa rutilat ⁊ splendet in animis iustoꝛ ⁊ ꝑcipue sanctoꝛ doctoꝛ. quibus dr ad Phil. ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo verbuz vite cōtinētes. Preterea q̄ septē annis edificatū est templū ⁊ octauo dedicatio ei⁹ instituta est: significat qꝛ ꝑ hoc totū temp⁹ q̄d septē diebus voluit structura eccl̄ie crescit. dedicatio vero octaui anni festiuitatē designat celestis patrie. Secūdo eccl̄ia dr templū dn̄i eo q̄ in ea cult⁹ diuinus peragit. in ea quippe oꝛatur ⁊ adoꝛat de⁹ verus. Unde ꝓpha. Introibo in domū tuā adoꝛabo ad templū sanctū tuum ⁊ confiteboꝛ nomini tuo. ps̄. v. Et iterum. Adoꝛabo ad templū sanctū tuū ⁊ confiteboꝛ nomini tuo. In hoc solo templo est verus dei cultus cū extra catholicā eccl̄iam nō sit loc⁹ veri sacrificij. vt dicit Aug. in ca. Extra. i. q. i. Et idē Aug. sup ps̄. cxxx. ita ad ꝓpositū dicit. Quisq̄ em̄ preter templū dei oꝛauerit non exaudietur ad illam pacē supernā bierlim: ⁊ si exaudiatur ad quedā tēpoꝛalia q̄ deus etiā paganis donauit. nam ⁊ ipsi demones exaudiri sūt vt irent in poꝛcos. exaudiri ad vitā eternā aliud est: nec cōcedit nisi ei q̄ in templo dei oꝛat. ille aūt in templo dei oꝛat qui oꝛat in pace: in vnitate coꝛporis xp̄i. hec Aug. Ubi insup confiderandū circa hoc venit q̄ sicut Damasce. dicit. iiij. li. quia ex duplici substantia cōpositi sum⁹: intellectuali scz ⁊ sensibili: duplicē adoratiōnē deo offerimus in hoc sancto tēplo suo scz spūalem q̄ consistit in interiori mentis deuotione. de qua aplus. i. ad Eoꝛ. xiij. Oꝛabo

spiritu orabo ⁊ mente. Et Job.iij. Veri adorantes adorabūt patres in spiritu ⁊ charitate. Et corpale adorationē: que ꝓsistit in corporis humiliatione. sicut est genuflexio: ⁊ alia hmōi signa corporalia q̄ interioris hois deuotōnis signa sunt ⁊ testimonia. Hic aūt duplex cultus quo in tēplo dei colit deus: figurat⁹ est in duobus altarib⁹ que fuerunt in templo materiali Salomonis. Unū fuit intra sanctuarium: qđ dicit altare incensi in quo adolebat timiama per quod designat suauitas deotōis ascēsus mentis ad deū per orationē ⁊ ardentissimam cupiditatē diuine visionis. de qua. ps̄. Holocausta medullata offerā tibi cū incenso arietū ps̄.lxv.glo. Holocausta.i. meipsum cū medulla intimi amoris. intus em̄ mihi charitas ē nō in superficie. Cum incenso.i. cū oratione. Arietū.i. cum apostolis q̄ sunt duces gregis ⁊ maxime orant deuotissime pro grege. Aliud altare legitur fuisse in tēplo in quo imolabant alia: quod erat in atrio. per quod significat sacrificiū bone actionis: sicut est maceratio ⁊ castigatio carnis: ieiunia: vigilie: genuflexiones: ⁊ alia sancta exercitia. de qb⁹ dr ad Ro.xij. Obsecro itaq; fratres per miaz dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē sanctā deo placentē. Corpa vestra. glo. nō tm̄ mentes sed etiam corpora licet caro repugnet. Offeratis hostiam in mortificatione carnaliū desideriorū. Viuentē per bona opera. Sanctā. s. in deo firmā. Deo placentē: vt bona intentōe faciatis.

Capitulū xxxvi. de rōibus ꝓpter quas ecclesia dicit Mulier Amica ⁊ Colūba Perfecta Soror ⁊ Filia.

Cap. XXXV Eccl'ia dr mulier

Reterea ecclesia

p Mulier legit notata. ⁊ hoc rōe duplici. Primo rōe aptitudinis ad fecūditatē. Prouer. vlt. Mulieres fortē quis inuenier. glo. interlin. i. ecclesiam filios dei generantē. Item alia glo. Mulier fortis sancta ecclesia est. Mulier: q; ex aq̄ et spūsācto deo filios spirituales gignit. Fortis q; cuncta aduersa vel ꝑspera seculi pro dei amore cōtemnit. De qua eccl'ia Joh. in Apoc. ca.xij. ita loq̄tur. Signū magnū apuit i celo: mulier amicta sole ⁊ luna sub pedib⁹ ei⁹ ⁊ in ca. ei⁹ corona stellarū.xij. ⁊ in vtero bñs ⁊ clamat pturiēs ⁊ cruciat vt pariat. Mulier. i. eccl'ia. Amicta sole. i. solis ꝓtectiōe munita siue a sole illuiata. vnde glo. Amicta sole induit xp̄m qui eam illuminauit. Luna sub pedibus eius q; p̄sentis vite prospera despicit ⁊ aduersa dei ꝓtectione munita equanimiter tolerat. In capite eius corona. xij. stellarum dicitur fuisse: q; primitiuā ecclesiā. xij. apostoli velut stelle iuxta glo. in huius mundi nocte lucētes adornauerunt: quia spiritusancto disponente nec plures nec pauciores sunt electi: q; duodenarius numerus pfect⁹ est. Hui⁹ perfectio arithmeticis ⁊ diuinis rōnibus cōprobat. In vtero habens ⁊ clamat parturiens ⁊ cruciat vt pariat: qđ eo dr iuxta glo. quia cupit alios generare. Secūda ratio quare sancta eccl'ia mulier nūcupata legit: est ꝓpter similitudinē formationis sue cū prima muliere. De formatiōe autē prime mulieris ita Gen̄.ij.c. scriptū legimus. Edificauit dñs deus costā quā tulerat de adā in mulierē. qđ verbū pertractans beatus Aug. sup ps̄. sic dicit. Quādo dormiuit in cruce xp̄s signū gestabat imo implebat qđ significatū erat in adam. quia cū dormiret adā costa illi detracta est ⁊ eua facta: ⁊ dñs cū dormiret in cruce lancea latus eius pcussum est ⁊ sacramēta fluxerunt vnde facta est eccl'ia. Et ad idē est glo. Gen̄.ij. ⁊ ad Eph̄.iiij. ⁊ beatus Amb. sup Luc̄.li.ij. Mater ergo viuentiū est eccl'ia: quā edificauit deus ipo summo angulari lapide xp̄o iesu in quo oīs structura cōpaginata crescit in templū. Veniat ergo de⁹ edificet mulierē illā adiutricē quidē ade hāc vero xp̄i: nō q; xp̄s adiumentū requirit: sed q; nos querim⁹ ⁊ desideram⁹ ad xp̄i gr̄am per ecclesiā pueníre: ⁊ nunc edificat: ⁊ nūc formak: ⁊ nūc mulier figurat: ⁊ nūc creat: ⁊ ideo nouo verbo vsa est scriptura q; supedificamur sup fundamentū apl'oz. xij. ⁊ ꝓphetarū ⁊ nūc domus spūalis consurgit in sacerdotium sanctū Veni dñe deus edifica mulierē istā: edifica ciuitatē: veniet ⁊ puer tuus: tibi em̄ credo dicēti. ipse edificabit ciuitatem mihi: ecce mulier omniū mater: ecce dom⁹ spūalis: ecce ciuitas que viuit in eternū q; mori nescit. ipa est ciuitas que nūc videt in terris sed rapiet in eternum supra helyam. Helyas em̄ vnus fuit sed transferet supra enoch cui⁹ mors nō inuenit. Unitas

Leterū eccl'ia legit amica dei notata: ⁊ hoc ꝓpter singularitatē affect⁹ quo ipam eccl'iam xp̄us cōplectit. vñ Cant.iiij. dr. Tota pulchra es amica mea. Item ibidē. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō est in te. De amoris vero magnitudine quo de⁹ ipam eccl'iam diligit dicit Zach. i. Zelatus sum hierlm zelo magno. Et apls ad Eph̄.v. inqt. Diligite vxores vestras sicut xp̄s dilexit eccl'iam ⁊ tradidit semetipm ꝓ ea vt illā sanctificaret. glo. iusticia bone vite. plane maiorē dilectionē hac nemo habz vt animā suā ponat quis ꝓ amicis suis. Job. xv. De hac magnitudine amoris xp̄i ad eccl'iam dicit Crisо. Charior est eccl'ia deo q̄ celū nō em̄ eccl'ia ꝓpter celū sed ꝓpter eccl'iam ce Amica

lum est. Et Bern. sup Cant. Denicq; nō ꝓpter animā vnā sed ꝓpter multas in vnā eccleſiā colligendas: in vnicā astringentes sponsam deus tam multa ⁊ fecit ⁊ pertulit ⁊ operatus est salutē in medio terre. Cha. illa est vna vni non adherens alteri sponso: quid ista nō audeat apud tam ambitioſuz amatorem? quid nō ab illo speret qui se quesiuit e celo: vocauit a finib⁹ terre nec modo quesiuit sed acq̄siuit: adde ⁊ de modo acq̄sitionis in sanguine acquisitoris. Columba

Itē eccl̄ia legit̄ noiata colūba Cant. v. Amica mea colūba mea. Item Cāti. vi. Una est columba mea. ⁊ hoc q; spūssancti donis ē singulariter illustrata. De cui⁹ columbe decore dr̄ in ps̄. lxvij. Penne colūbe deargentate ⁊ posteriora ei⁹ in pallore auri. Pēne eius sūt doctores eccl̄ie vt dicit glo. per quos exaltat eccl̄ia ⁊ supuolat ad alta quoꝝ predicatione in celū fertur gloria eccl̄ie. Dicuntur autē pēne eccl̄ie deargētate: q; est diuinis eloquijs erudita. per argentū em̄ diuinū eloquiū designat̄. ꝼm illud ps̄. xi. Eloquia dñi eloquia casta. i. sine corruptione aliqua: argentū igne examinatū. glo. Argento aūt cōparat̄ diuinū eloquiū: q; sicut inter omnia metalla nihil est qđ dulci⁹ tinniat argento: ita inter oīa eloquia sermo diuin⁹ dulci⁹ insonat menti. Posteriora hui⁹ columbe dici possunt vltima tēpora eccl̄ie: que erunt in resurrectōe cōmuni q̄ in specie auri splendebūt immo incōparabiliter supra aurū. ꝼm illud Matb. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. Verū licet in superioribus circa. c. vi. plura dixerim de vnitate eccl̄ie: nō est inutile aliqua in hoc loco de vnitate eccl̄ie addere: maxime q; debinc illa specialis capit̄ auctoritas: cū dr̄. Una ē columba mea. Est ergo notandū q; colūba. i. eccl̄esia dicit̄ vna multiplicit̄. Est em̄ vna tanq̄ vnū ouile sub vno pastore. Job. x. Fiat vnum ouile ⁊ vnus pastor. Et Osee. vij. Pastor erit vnus omniū eoꝝ. Itē est vna tanq̄ vna dom⁹ sub vno patrefamilias. Exo. xij. In vna domo comedet̄: nec efferetis de carnib⁹ ei⁹ foras. dr̄ de agno paschali qđ btūs Grego. de eccl̄ia exponit dicēs in c. Quia. xxiij. q. i. In vna nāq; domo comedit̄: q; in vna catholica eccl̄ia vera hostia redēptiōis imolat̄. Itē est vna tāq̄ vna ciuitas sub vno ꝓncipe. Esa. xix. Ciuitas solis vocabit̄ vna. Itē vna tanq̄ vnū regnuz sub vno rege. Ezech. xxxvij. Rex vn⁹ erit oib⁹ imperans. Itē vna tanq̄ vna nauis sub vno gubernatore siue rectore. qđ significatū ē Luce. v. vbi dr̄ q; xp̄s ascēdit in vnā nauim q̄ erat symonis. i. in eccl̄iam: cui⁹ cura ⁊ gubernatio commissa est symoni petro tanq̄ xp̄i vicario. Vnitas ecclesie.

Matb. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. Itē soli petro dictū est. duc in altum. Luc. v. ⁊ inducit Amb. in ca. nō turbat̄. xxiij. q. i. Item est vna tanq̄ vna vxor vni⁹ viri. ij. ad Cor. xi. Despondi em̄ vos vni viro virginē castā exhibere xp̄o. glo. Despondi vos annulo fidei. non multis: sed vni. nō adultero: sed viro legitimo scz xp̄o vero sponso. Preterea notandū q; columba. i. eccl̄ia dr̄ vna ꝓ nature ⁊ vite ꝓformitatē. ad Roma. xij. sicut in vno corpore multa membra habem⁹: ita multi vnū corp⁹ sumus. Secūdo per vnā spirituū siue animoꝝ vnitatem. vnde in preconiū ꝓmittue eccl̄ie dr̄ Act. iiij. Erat eis cor vnū ⁊ aīa vna in dño: a sensu scz ⁊ eadem volūtate nō dissonans fide socia amoris ac sententie vnanimitate perfecta. de qua gr̄e cōformitate paulus gentiū doctor ita corinthios exhortat̄ dicens. Sitis aūt pfecti in eodē sensu ⁊ in eadē scientia. glo. in eadem voluntate ⁊ eadē intelligentia: velut exponit Hilari⁹ in eadē sentētia. i. ad Cor. i. Et simili exhortatiōe idē apls ad Phil. vrens idē dicit Implete gaudiū meuz vt idē sapiatis. glo. nō diuersa. Eandē charitatem habentes. glo. ad oēs. Unanimes. glo. vni⁹ volūtatis. Idipsum sentientes. glo. vt mala cuiuscūq; sint omniū. Phil. ij. Tertio dr̄ vna ꝓpter vni⁹ hereditat̄ siue premij participationē. ps̄. Unam petij a dño hāc requirā vt inhabitē in domo dñi oib⁹ diebus vite mee. ps̄. lxxvi. ⁊ Luce. x. dr̄. Porro vnum est necessariū. glo. deo iugiter inherere

Ecclia est pfecta

Item eccl̄ia appellata est pfecta iuxta illud Cant. vi. Una est pfecta mea. hoc est: q; vt dicit glo. oīm⁹ virtutib⁹ pficit̄. Merito plane sancta vniuersalis eccl̄ia singulariter pfecta nominat̄ qm̄ ipsa pre oīm⁹ alijs incōparabiliter. pfectior est. vñ de ea dr̄ Prouer. vlti. Multe filie congregauerunt diuitias tu supgressa es vniuersas. ita vt btūs Bern. in sermone. lxix. sup Cant. dicat. Nec prerogatiuas oēs vnius catholice multitudinis ob quā oia fiunt vna ps̄ona de multitudine arrogabit sibi q̄talibz emineat sanctitate. Item eccl̄ia legit̄ nominata soror xp̄i. vnde Cant. v. Veni in hortum meum soror mea. Item. Aperi mihi soror mea. Nominat̄ autē sancta eccl̄ia soror xp̄i duplici de causa. Primo ꝓpter cōformitatē multā q̄ est inter xp̄m ⁊ eccl̄iaz. Est em̄ soror xp̄i in carne p cōformitatē in natura. de qua Cant. viij. dicit̄. Ubi eccl̄ia magno cū desiderio incarnationē filij dei postulās p quā soror sua cōformitate nature efficeret̄ ait. Quis mihi det te fratrē meū sugētē vbera matris mee. Est soror xp̄i in spū ꝓ participatōne gr̄e siue cōformitatem volūtatis. Matb. xij. Qui fecerit voluntatē Soror xp̄i

patris mei hic meus frater 7 sororꝛ mea est. Secundo dicit ecclia xpi sororꝛ eius p participationē vnius patrie celestis hereditatis. ad Romanos. viij. Si filij 7 heredes: heredes quidem dei: coheredes autē xpi. glo. in quo 7 cū quo beati erimus. Et. super illud. Vulneraſti cor meum sororꝛ mea. dicit glo. coheres. Filia dei

Ceterū etiā ecclia legit noiata filia. sm illd Cant. vij. Quā pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia pncipis. glo. i. dei. Et ps. xliij. dr. Audi filia 7 vide 7 inclina aurē tuā. Dicit autē ecclia filia dei p gram. s. adoptōis. sm illud Joh. i. Dedit illis potestatē filios dei fieri: his q̄ credūt in noie ei⁹. vbi glo. dic. Mirabilis ptās vt q̄ filij diaboli erant filij dei 7 fratres xpi per eum liberati dicantur.

Capitulum xxxvij. quare etiam dicatur sponsa: et de tempore desponsationis eius.

Cap. XXXVII Sponsa xpi

Amplius etiā ecclesia sponsa xpi legit appellata vnde Cant. iij. Veni de libano sponsa mea coronaberis. 7 Cantico. v. Veni in hortū meū sororꝛ mea sponsa mea. Dicit autē sponsa ipa ecclia: q: xpo indissolubili mutui amoris vinculo copulata. De quo amore mutuo ipa sponsa ita Cant. vij. loquitur. Ego dilecto meo: 7 ad me conuersio eius. Sup quo verbo Bern. in smone. lxix. sup Cāti. pulchre ita dicit. Quid sponsa nisi congregatio iustoꝛ. q̄d ipsa nisi gr̄atio q̄rentiū dm: q̄rentiū faciem sponsi. nō em̄ ille intrēdit huic: 7 nō ista illi. ppt̄ hoc vtrūq; ponit. 7 ego illi. 7 ille mihi. Ille mihi q: benignus 7 mirificoꝛ est. Ego illi: q: nō sum ingrata. Ille mihi gram ex gra. Ego illi gram p gra. Ille mee liberationi ego illius honoꝛi. Ille saluti mee: ego illius voluntati. Ille mihi 7 nō alteri: q: vna sum colūba eius. ego illi 7 nō alteri. nec em̄ audio vocē alioꝛ: nec em̄ acq̄esco dicētib⁹ mihi. ecce hic ē xps ecce illic est. hec Bern. Preterea hāc sanctam spōsaz apte ac pulchre btūs Joh. describit Apoc. xxi. ita dicēs. Vidi ciuitatē sanctā hierlm descēdentē de celo a deo paratā sicut spōsam ornatā viro suo. Et sequit. Audiui vocem magnā de throno dicētē. ecce tabernaculum dei cū hoib⁹ 7 habitabit cū eis. Hō ꝟbū tractans btūs Bern. sup Cant. sic ait. Ad q̄d credo vt sibi acq̄rat spōsam de hoibus: mira res. ad spōsam veniebat 7 absq; sponsa nō veniebat: querebat spōsam 7 spōsa cū ipso erat. An due erant: ab sit. vna em̄ ait colūba mea: sed sicut de diuersis ouiū gregibus vnū facere voluit vt sit vnū ouile 7 vnus pastoꝛ: ita cū haberet spōsam inherentē sibi a pncipio multitudinē angeloꝛ: placuit ei 7 de hoib⁹ cōuocare eccliam atq; vnire illi q̄ de celo est vt sit vna sponsa 7 vnus spōsus. De desponsatiōe vero eius dr̄ Osee. ij. Desponsabo te mihi in sempiternū 7 sponsabo te mihi in iustitia 7 iudicio: 7 mirificoꝛdia 7 miseratōnib⁹. 7 spōsabo te in fide. 7 scias q: ego dns. vbi dicit glo. Ter ponit sponsabo te. Primo em̄ desponsit eam sibi in abrahā: cui ait Gen. xvij. Tu custodies ergo pactū meū 7 semen tuū post te in generationib⁹ suis. hoc est pactū meū q̄d obseruabitis int̄ me 7 vos: 7 semē tuū post te: circūcidet̄ ex vobis oīe gen⁹ masculinū: 7 circūcidet̄ carnem preputij: vt sit signū federis int̄ me 7 vos glo. interli. in testimoniū scz vt ego dns vester deus 7 vos ppls me⁹ a gentib⁹ diuisus. Secūdo desponsata fuit sub moyse in mōte synai in datione legis. vñ glo. s. Osee. ij. ita subiungit. Secūdo desponsit eā in mōte synai dans ei p spōsalib⁹ legis iusticiā 7 iudiciū 7 mirificoꝛdiā Unde Exo. xix. dr̄. Descēdit de⁹ sup montē synai 7 vocauit moysen in cacumine ei⁹. Et. j. Locutusq; ē dns cūctos sm̄ones hos. Ego em̄ sum dns deus tuus q̄ eduxi te de terra egypti de domo seruitut̄: nō habebis deos alienos p̄ter me 7c̄. glo. i. alij dij nō erūt tibi preter me. Tertio vt dicē glo. loco supꝛadicto fuit desponsata in aduentu filij dei q̄d est in fide trinitat̄: in q̄ fide statim credētes sciūt q: ille est deus.

Capitulū. xxxviij. in quo ponit solutio cuiusdā difficultatis circa ea q̄ dicta sūt de tpe desponsationis ecclie.

Ca. XXXV

Ritur autem hic questio q̄ nō parū pulsare potest animos mīn⁹ doctos: q: cū ante abrahām ecclia fuerit semp deo vinculo dilectionis cōiuncta vt sup: cū de antiq̄tate ecclesie tetigim⁹. huiusq; amoris copula qua i vno spū aia deo pungit̄ ostituat spūale matrimoniū. Dicit nāq; Bern. sup Cant. Conformitas dilectōis maritat aiam verboꝛ: si pfecte diligit nupsit. Mirū est 7 q̄stione dignū quō dictum sit q̄ sub abrahām pmo ecclia deo sit desponsata. Desponsatio ecclie duplex

Pro cui⁹ difficultat̄ solutione notandū q̄ duplicit̄ loqui possumus de desponsatōne ecclesie. Uno modo vt importat simplicē copulam dilectōis cū deo. 7 sic dicendū videt̄ q̄ cū semp in ecclesia fuerint aliqui iusti deo semp electi q̄diu ecclia fuit: sponsa dei fuisse dicenda est. vnde Huge. sup Cant. dicit. Nō em̄ tu mihi ex aduētu saluatoꝛis sponsam dici aut ecclesiā putes: sed ab initio būani generis. Secundo loqui possum⁹ de desponsatōe put dicit cōsensum aut pactionē cōiugalē per verba de presenti: aut signa certa expressum. Ut autem

magister senten.in.iiij.di.xxvij.ponit:causa efficiēs matrimonij est cōsensus.nō q̄libet: ꝙ p verba aut certa signa expressus. Q̄ autē tale pactū fuerit inter sponsum xp̄m ⁊ sponsaz ecclesiā egregi⁹ testis ē sanct⁹ ppha Ezech.xvi. ca.ita di. Jurauī tibi ⁊ ingressus sum pactū tecum ait dñs de⁹ ⁊ facta es mihi.s. sponsa. Et isto modo accipiendo despōsationē: recte dictū est q̄ sub Abzabam in circuncisione eccl'ia deo primo despōsata fit: ibi em̄ legit expressa quedam pactio facta inter deū ⁊ populum fidelez:⁊ expresso signo sensibili popul⁹ fidelis ab infideli est primo separat⁹. Unde ait dñs ad Abzabam Gen.xvij. Statuā pactū meum inter me ⁊ te ⁊ inter semen tuū post te in generationib⁹ suis federe sempiterno: vt sim deus tuus ⁊ seminis tui post te. Et infra dicit dñs ad Abzabam. Et tu custodies ergo pactū meum ⁊ semen tuū post te in generationib⁹ suis. hoc est pactū meū quod obseruabitis iter me ⁊ vos ⁊ semen tuū post te. Circūcidetur ex vobis omne masculinū:⁊ circūcideris carnē preputij vt sit in signū federis iter me ⁊ vos. glo. interli.in testimoniū.s.q̄ ego sum vester deus ⁊ vos popul⁹ meus a gentibus diuisus. Preterea eadē rōne recte fcdo dr despōsata sub Moyse in datione legis.tunc em̄ popul⁹ fidelis expresso pacto se astrixit ad deo seruiendū parendūq̄ preceptis legis illius.vnde Exod. xxiij. Legente moyse volumen legis audiēte populo. Respōdit popul⁹. Oia que locut⁹ est dñs faciemus ⁊ erimus obedientes. Ille vero sumptū sanguinē respersit in populum:⁊ ait. Hic est sanguis federis q̄ pepigit dñs nobis cum sup cunctis sermonibus istis. Preterea eadē rōne merito ecclesia tertio dr despōsata in aduentu filij dei in carnē:in quo fidei lumē ampliꝰ refulsit. Cū in die Epiphanie in quo stella noui fideris Magos gentiū primitias ad xp̄z perduxisse legitur ⁊ sacri baptismatis institutio cōmemorat:per q̄ quis corpori xp̄i quod est ecclesia incorporatur sic cantat a fidelibus. Hodie celesti sponso iuncta est eccl'ia.

Nuptie ecclesie cum xp̄o

De nuptijs aūt hui⁹ sponse cū xp̄o dr Mat. xxij. Simile est regnū celoz homini regi q̄ fecit nuptias filio suo.vbi glo.iterlin. dic. Qui per incarnationis mysteriuz ecclesiā filio suo copulauit. Tunc em̄ vt dicit beat⁹ Grego.in homelia. Deus pater deo filio suo nuptias fecit:q̄n̄ hunc in vterovirginis humane nature coniunxit:q̄n̄ deum ante secula fieri voluit hominē in fine seculoz. Et.j. Uterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit.

Psal.xviij. Unde et ps̄. dicit. In sole posuit tabernaculum suum ⁊ ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Tanq̄ sponsus quippe de thalamo suo ꝓcessit:qz ad cōiungendā sibi eccl'iam incarnat⁹ deus de incorrupto vtero virginis exiuit.hec Grego. Preterea de huius sponse nuptijs Apoc.xix.loquit. Gaudeam⁹ ⁊ exultemus ⁊ demus gloriam ei: q̄n̄ venerūt nuptie agni ⁊ vxor ei⁹ preparauit se.glo. Nuptie.i.iūcta est eccl'ia xp̄o ⁊ cōueniēs fuit vt coniungeretur:qz ipa eccl'ia fecit se idoneā vt reciperet. Ubi cōsiderandū q̄ harū nuptiarū sponsalia cōtracta fuerūt in ppbetarū spōsione. pfectū matrimoniū fuit p verba de p̄senti mutua collocutione marie ⁊ angeli. vbi virgo gloriosa cōsensum p̄bens ait. Ecce ancilla dñi fiat mihi ſm verbū tuū. Luc.i. Matrimoniū vero cōsummatū fuit in carnis ⁊ verbi vnione. Unde Aug. sup titulū ps̄.xliij. dicit. Cōiunctio nuptialis:verbū ⁊ caro.hui⁹ cōiunctōnis thalamus:est virginis vterus. Fecundat cōiunx in xp̄i passione: qz de latere xp̄i fluxit sanguis ⁊ aqua:q̄bus significabant sacramēta p que fecundat eccl'ia. Solēnitas harū nuptiaruz inchoata fuit in ascēsione dñi. Un̄ ad Eph̄.iij. Ascendēs xp̄us in altū captiuā duxit captiuitatē:dedit dona hominibus. qz btus Aug.li.de symbo.ita ait. Exulta sponsa eccl'ia qz nisi in xp̄o ista fuissent tu formata non esses. vendit⁹ redemit te occisus dilexit te. ⁊ qz te plurimuz dilexit mori voluit. O magnū sacramētū huiuscōiugij. O q̄ magnū mysteriū hui⁹ sponsi ⁊ sponse ⁊ nō explicabil' huiusmodi digne humanis verbis.de sponso sponsa nascit:⁊ vt nascitur statim illi ꝓiungit. ⁊ tunc sponsa nubit q̄n̄ sponsus morit: ⁊ tunc ille sponse cōiungit q̄n̄ a mortalib⁹ separat:q̄n̄ ille sup celos exaltatur tūc ista in oīni terra fecūdat. hec Aug.

Capitulū. xxxix. de donarijs ⁊ muneribꝰ quibꝰ xp̄s spōsam suā eccl'iam decorauit singularit etiā pre ālis

Cap̄. XXXIX Eccl'ie donatōes

Um aūt aposto

lus de matrimonio primoz parentum ad Eph̄. v. loquēs subiunxerit. Sacramētū hoc magnū est in xp̄o ⁊ eccl'ia.aperte designauit matrimoniuz carnale figurā esse spūalis matrimonij xp̄i ⁊ eccl'ie.quare cū in carnali matrimonio solitū sit vt sponsus spōse dotes ⁊ munera donet ad ornatū sponse ⁊ solatiū matrimonij. ſm illud Gen.xxxiij. vbi sicben ait iacob ⁊ filijs eius. Augete dotē ⁊ munera postulate.non dubiū quin sublimis ac nobilissimus ille sponsus .s. xp̄s pro sua magnificentia in sponsalib⁹ istis largitus fuerit spōse sue amplissima donaria quibus illam subarrauit ac preciosissima in illius decorē contulerit ornamēta, sicut babek

Ezech.xvi.vbi dicit sponsus ipe ad ecclam. Juraui tibi ⁊ ingressus sum pactū tecū. Ecce pactio cōtracti matrimonij. Et facta es mihi sc̄z sponsa. Et sequit. Et laui te.s. aqua baptis mi.ad Eph.v. Mundans eā lauacro aque vi te. Mūdaui sanguinē ruū ex te: dū te a vitio rum sordib⁹ expiaui. Apoc.i. Dilexit nos ⁊ la uit nos in sanguine suo: ⁊ unxit te oleo.s.speci alis gre. Unxit te deus oleo letitie.ps.xliij.⁊ lxx.i.inq̄t. Qui aūt cōfirmat nos nobiscū est in xpo: ⁊ q̄ unxit nos deus. Vestiui te disco lorib⁹ illa sc̄z varietate virtutū.de qua apl̄us ad Col.iij.scribit dicēs. Induite vos sicut elec ti dei sancti dilecti viscera miricordie.beni gnitatē:hūilitatē:modestiā:patientiā ⁊ cetera q̄ sequunt. Et calciaui te iacincto.i.adornaui sanctos tuos scrā ⁊ celesti intētione:quā iacin ctus designat. Cinxi te byssо.i.continētie cin gulo. Et indui te subtilib⁹.i.ornamentis spiri tualib⁹ pluribus ⁊ multiplicib⁹. Sequuntur alia plurima in textu p que maxima munera gratiarū ⁊ ornamēta virtutū designant: q̄b⁹ xps sponsam suā ecclam magnificentissime do tauit. verū cū Prouer vlti.dicat. Byssus ⁊ purpura indumentū eius.s. spōse:nō tm̄ deco re virtutū qui p byssum accipit sed etiā prero gatiua priuilegiate ⁊ gloriose auctoritat̄ que per purpurā: qua vestis regia intelligit:spon sa ipa ecclia est a xpo magnificentissime subli mata. Habuit siquidē xps in sua psona priule gia quedā dignitate ⁊ auctoritate clarissima: que sponse sue ecclie ex hoibus assumpte suo modo cōmunia fecit:que etiā angelis ipis nō indulsit. Jpe em̄ est verus sacerdos: bon⁹ pa stor:dulcis mediator: equus iudex: singularis medicus:inexpugnabilis ostiarius: vnigeni tus fili⁹.sicut ipse solus oia hec habet: ita soli ecclie in suis sacerdotib⁹ ⁊ plātis illa dereli quit: vt nec ipis angelicis spiritib⁹ sint indul ta. Xps in pmis verus sacerdos fuit.Pm illud Tu es sacerdos in eternū fm ordinē melchise dech.ps.cix.qui pridie q̄ pateret accipiēs pa nem in manib⁹ suis:ipsumq̄ diuinitat̄ sue po testate in corpus suū cōuertēs discipulis suis tradidit dicēs. Accipite ⁊ manducate ex hoc oēs:hoc est corpus meū. Mar.xxvi.vbi reue ra vnus ⁊ idē fuit ⁊ cibās ⁊ cibus:⁊ munerās ⁊ mun⁹.offerens ⁊ oblatū.vt ait Hiero. ⁊ ba betur in ca. Nec moyses.de cōse.di.i. Et anti quor̄ versus ē. Rex sedet in cena turba cinct⁹ duodena. Se tenet in manib⁹ se cibat ipse ci bus.vbi idem fuit sacerdos ⁊ sacrificiū.extra de sum.tri.⁊ fide catho. Hanc admirandā cō secrandi potestatē angelis nō pcessit sed spō se sue ecclie donauit sacerdotib⁹:q̄bus in apo stolis ait. Hoc facite in meā cōmemoratione. Luce.xxij. Presbyteris nāq̄ solū datū est tam admirabile sacramētū cōficere ceteriscq̄ mini strare fidelib⁹.in ca. Perlectis.di.xxv. Ūn in ca. Cleros.di.xxi. Sacerdos dict⁹ est:q: conse crat ⁊ sanctificat.hoc tm̄ admirandū mysteri um sacerdos nō alia potestate adimpler: non alterius q̄ ipsius iesu xpi sermone peragit.vt Ambro.in li.de sacrament̄ dicit.⁊ habet in.c. Panis.de cōse.di.ij. Preterea secūdo xps est bonus pastor:q̄ nō solū doctrine pabulo ⁊ exē plo sanctitat̄ oues suas pauit sed p eis aiam suā posuit. Job.x. Pastoralē hāc curā banc re gis auctoritatē spōse sue ecclie prelat̄ cōmisit quos operis sui vicarios eidē contulit preesse pastores. Ūn bto petro xps tot⁹ dñici gregis curā cōmittēs ⁊ in eo suis succesсorib⁹ait. Pa sce agnos meos. Joh.vlti. Hāc pfecto pasto ralē dignitatē angelis nō donauit q̄ ab huma na cōuersatiōe semoti sunt. Ministri siq̄dem bene sunt dicēte apl̄o ad Heb.i. Oēs sunt ad ministratores spūs.nō autē pastores. Ceterū ipe xps dulcis optimusq̄ mediator: ē.ij. Thi.i. Unus mediator dei ⁊ hoim hō xps iesus: qui inter nos ⁊ deū pacē fecit:recōciliās ima sūmis vn̄ sequit. Qui dedit redēptionē semp̄ p mul tis.⁊ ad Rom̄.v.dicit apl̄s. Cum inimici esse mus deo recōciliati sum⁹ p mortē filij ei⁹. Hu ius officij dignitatē spōse sue sacerdotib⁹ xps indulsit:q̄ p penitētie sacim̄ p pciosuz altaris sacrificiū:perq̄ gratas deo pces ranq̄ medij arbitri inter deū ⁊ hoies ministeriū pagunt me diatoris:omi poteri deo q̄ offens⁹ fuerat pcō res recōciliādo. Ūn Leo papa vt habet de pe niten.di.i.c. Multiplex.hoc idē pbat dicēs. Mediator dei ⁊ hoim hō xps iesus banc ppo sitis ecclie tradidit potestatē: vt pfitēri⁹ pe nitentie satisfactionē darēt.⁊ eadē satisfactio ne purgatos ad cōmunionē sacramētor̄ p ia nuā recōciliatōis admitterent. Ūn ⁊ moyses Deut.v. inq̄t. Ego sequester ⁊ medi⁹ sum inter deū ⁊ vos. Angelis aūt hui⁹ officij auctoritas pcessa nō est:q: huiusmodi sacramētalis recō ciliatio non p angelos:sed p ora sacerdotū ex pletur. vn̄ illis nō dictū est sed hoib⁹ quor̄ re miserit̄ pcā remittunt eis. ⁊ Amb. vt habet de peni.di.i.c. Verbū.hoc idem pbat dicens. Hoc ius solis sacerdotib⁹ est pmissum.glo. su per illō.ij. Thi.i. Unus mediator est ⁊c.dicit. Boni angeli inter miseros mortales ⁊ beatā immortalitatē medij esse nō possunt. Ampli us est equus iudex:q̄ sedet sup thronos ⁊ iudi cat eq̄tatē. Joh.v. Pm̄e iudiciū dedit pat̄ fi lio. Hanc iudiciariā potestatē ipe xps sponse sue ecclie cōtulit in prelatis:qui tanq̄ vicarij

Xpi prerogatiue

Xpus fuit sacer dos verus

Pastor bonus

Mediator op mus.

Judex equus

ipsius ieſu xpi iudicij nomen obtinēt in eccle-
sia. vnde IIIath.xviij. Si peccauerit in te fra
ter tuus. sequit. Si te nō audierit dic ecclesie.
glo.i.bis qui presunt ecclesie. Cuius throni ci
uitas ⁊ principatus maxime resplendet in apo
stolica sede. Vñ petro ipe dñs ieſus xpus ait.
Tibi dabo claues regni celorū. vbi glo. dicit.
Vide quātā potestatē habet petra super quā
edificat ecclesia vt etiā iudicia eius maneāt
firma quasi deo iudicāte per eam. Nec nō est
data angelis: administratores quidē sunt: nō
iudices. qō ex illo loco euāgelij satis apte col-
ligitur. vbi dr. Potestatē dedit ei. i. filio iudi-
cū facere: qz filij hoīs est. Cū ergo angeli non
nobiscū cōmunicēt in būana natura manife-
stum est illis nō puenire respectu hoīm aucto
ritatē habere iudicij. Itē xpus dr medic⁹ sin
gularis: qz solo ꝟbo restaurat vniuersa. virt⁹
em ex illo exibat ⁊ sanabat oēs. Luc. vi. Hanc
medendi facultatē xps sponse sue ecclie mini
stris cōmunicauit q̄ per sacramentoꝝ exhibi-
tionē q̄ vasa medicinalia sunt in q̄bus diuina
virtus secreti⁹ salutē operat. vt dicit Augu.
languores ac morbos curat animarū. Hāc po
testatē angelis nō indulsit. qz vt ait Crisо. in
li. de laudib⁹ pauli. Hominib⁹ nō angelis p̄di
catio ⁊ administratio sacramentoꝝ cōmissa ē
Cui⁹ duplex rō a sctō Tho. in. iij. sentē. dist. v.
talis assignat. Primo qz angeli nō cōueniūt
sicut boies cū verbo incarnato a quo sacramē
ta fluxerunt in natura assumpta: nec etiā cū sa
cramentis in q̄bus est spūalis virtus in corpo
reis elementis sicut boies ex natura spūali ⁊
sensibili cōpositi sūt. Secūdo qz ad necessita-
tem baptismi ⁊ alioꝝ sacramētoꝝ prās eis cō
cessa nō valeret: cū nō sint in p̄optu hoīb⁹ vt
eoꝝ ministeriū facile haberet. Demū xps dr
inexpugnabilis ostiari⁹. Ipe siq̄dē ē q̄ aperit
⁊ nemo claudit: ⁊ claudit ⁊ nemo aperit. Apo
cal. iij. Hāc dignitatē p̄tulit ecclie sue pastori-
bus suis. q̄b⁹ ait. Quecūq; ligaueritis sup terrā
erūt ligata ⁊ in celis: ⁊ q̄cunq; soluerit sup ter
ram erūt soluta ⁊ in celis. vt IIIath.xvi. vñ
beatus petrus apls quia p̄ ceteris clauium
potestate donatus est: clauiculari⁹ regni celo
rum depingit ⁊ appellat. Vñ btūs Augu. in
quodā sermone aploꝝ petri ⁊ pauli ita dicit.
O inestimabilis ⁊ immēsa potestas hoiem in
terra positū tenere celū. Ecce nūc ad nutū pe
tri diuini regni claustra patescunt. Accepit
em a xpo claues regni celoꝝ vt solutis vincu
lis peccatoꝝ aperiret credētib⁹ regna celoꝝ.
Et.j. Ipse xps credentib⁹ factus est via. posu
it ad vicē suā in seculo celestis regni clauicu-
larū petrū: ne difficilem sibi ad celum quispi-

Medicus singu-
laris.

Ostiarius ine-
pugnabilis.

am existimaret accessum. hec Aug. Itē xps
est vnigenit⁹ dei filij⁹ ad quē vox patris into-
nuit. Hic ē filij⁹ me⁹ dilect⁹ in quo mihi bñ cō-
placui. IIIath.iij. Et.ps.cix. dicit. In splēdo-
rib⁹ sanctoꝝ ante luciferū. i. ante oēm creatu
rā genui te. glo. Ex occulta ⁊ secreta substātia
mea genui te ieffabiliter. Hāc aūt filijs eccle-
sie tribuit ptātem. Joh.i. Dedit eis ptātem fi
lios dei fieri bis qui credunt in noīe eius. glo.
Mirabilis ptās: vt qui filij diaboli erant filij
dei: ⁊ fratres xpi per eū liberati dicātur. de q̄
ad Gal.iiij. dicit apls. Misit deus filiū suum
vt adoptionē filioꝝ dei recipemus. vbi glo. di
cit. Unicū em filiū deus habet quē genuit de
substātia sua. nos aūt nō de suba sua genuit:
creatura em sumus quā nō genuit sed fecit. et
ideo vt fratres xpi fm modū nrm adoptionē
reciperem⁹ dicit: vt significaret nos boc ami
sisse in Adam ex quo mortales sum⁹. Hec glo.
Unde ideo vt dr. iij. senten. di. x. filij adoptiui
dicimur: qz cū nati fueram⁹ filij ire: per gratiā
facti sum⁹ filij dei. Hec plane ptās: hec gratia
data non est angelis vt. s. ex filijs ire in filios
possent redire dei. irrepabilis em fuit casus eo
rū. Hoc em vt inqt Damas. qō boīb⁹ est mors
angelis est casus. nec pro eis mortu⁹ est xpus
sed p boibus q̄bus natus est. Unde angel⁹ ad
pastores. Annūcio vobis gaudiū magnū. na-
tus est vobis saluator mūdi Luc. ij. Et hec de
bis q̄ ecclesia xpi sponsa ab ipso spōso suo xpo
susc epit in dotem: nos dixisse sufficiat.

filij dei vnigenit⁹

Capitulū. xl. Qz ecclia dicat cōiūx xpi ⁊ mr fideliū.

Capim. XL
Ecclesia est con-
iunx xpi.

Eterum eccle-

c sia pro amplitudine plis sue
cōiunx siue vxor xpi appellat.
Unde de ea ps. cxxvij. dicit.
Uxor tua sicut vitis abūdās
in lateribus dom⁹ tue. Sup q̄ versu dicit Aug.
Uxor tua xpo dr: ergo vxor ei⁹ ecclia cui⁹ nos-
ipsi filij. Ubi norandū q̄ p̄iunx ista xpi. s. eccle
sia p sua amplissima dignitate in multis cōiu
gibus memoria dignis in sacra scriptura figu
rata monstratur. Figurata quippe fuit primo
in Eua cōiuge primi parentis Ade. Unde ad
Ephe. v. docto: gentiū celestiū conscius secre
toꝝ apls Paulus post cōmemoratione con
iugij Ade ⁊ Eue subiungit. Sacramentū hoc
magnū ē: ego aūt dico in xpo ⁊ in ecclia. Pla-
ne sicut in Eua matre viuentiū omniū figura
ta est ecclesia: que omniū fideliū mater est. vñ
Aug. sup illud ps. cxxvij. Ecce hereditas dñi
filij ⁊c. dicit. Parit ecclesia filios cōiunx xpi:
in cuius figura Eua mater viuorū appellata
est. Secundo figurata est in coniuge Abrahe

Tū secdo ex illo Apli. i. ad Cor. xij. Vos est⁹ corp⁹ xpi ⁊ mēbra de mēbro. glo. i. de xpo capite ⁊ cū mēbro nro. Sz q̄ xps ꝑm q̄ rō capitis et respectu corpis ecclie ei attribuit ꝑm humanitatē dici nō possit mēbrū ecclesie sic ostēditur. Pro quo ꝓsiderandū cū sancto Tho. in. iij. sentē. q̄ in noie capitis i portat ꝓncipiū ⁊ origo alicuius rei. In noie aūt mēbri importat ꝓtialitas q̄ repugnat rōi ꝓme originis: qz in ꝓma origine sūt oia ꝑfecte q̄ inueniūtur in originatis. ⁊ iō nō pōt dici mēbrū quod nō recipit ab aliquo alio influentiā. qz aūt caput in naturali corpe nō solū influit alijs mēbris: sed etiā ab alijs accipit: vt nutrimentū ⁊ alia obsequia: nō tm̄ caput ꝗ etiā cōmēbrū dr. ꝗ xps ꝑm q̄ homo non recipit aliq̄d ab alijs mēbris ecclie: sed a solo deo. vñ nō pōt dici membrū ꝑm q̄ caput ecclie dr ipse ꝑm būanitatem. potest aūt dici membrū ꝑm būanitatem: ꝑm q̄ ipse est caput ecclesie ꝑm diuinitatē. sic em̄ ei⁹ būanitas cōparata ad diuinitatē est membrū ipsi⁹ diuinitat⁹ que est caput: qz ipsa diuinitas cui est vnita ipsa humanitas mouet ipsā būanitatē ⁊ sensificat eā sicut caput

membra. Et hoc modo xps est mēbrum corporis ecclie cuius caput est ipa diuinitas. et sic dicit apls id quod supra allegatū est.i. Lo rinthb.xij. Vos estis corpus 7 mēbrū de membro.i. de xpo capite. vnde appellat xps caput fm humanitatē esse mēbrū respectu diuinitatis. Preterea sctūs Thomas.in.iiij.sniarum. distin.xlix.notat circa hanc partē q nomē ecclesie dupliciter accipit. Unq em noiat tm modo corpus quod xpo cōiūgit sicut capiti. 7 sic ecclesia tm habet rōnem sponse: 7 hoc modo ne nō est ecclie mēbrū sed est caput influēs omnibus alijs mēbris. Alio modo accipit ecclesia fm q noiat caput 7 mēbra cōiuncta. 7 sic xps pōt dici membrū ecclie inchtum hz distinctum officiū ab omnibus alijs. s. influere alijs vitam quis nō multū ppie dicat membrum quia membrū importat partialitatē quandā in xpo aūt bonū spūale non est particularizatum sed est totaliter integrū. Unde ipe est totum ecclie bonū nec est aliqd maius ipe cum alijs q ipe solus. Sic aūt loquēdo de ecclesia nō ecclia nominat tantū sponsam ꝫ sponsum et sponsam put p cōiunctionē spūalem est ex eis vnū effectū. Unde brūs Aug. sup ps. xxx. ita ait. Unus dr xps caput 7 corpus suum. ipe dicit cū de cōiugio loquerer. Erūt duo in carne vna. igit iam nō duo sed caro vna fit. ergo tanq ex duobus vna quedā psona ex capite 7 corpe ex sponso 7 spōsa. Nam vnitatez psone hmōi mirā 7 excellentē cōmēdat. Esa. ppha Naz loquēs etiā in eo xps in ppheta ait. Sicut sponso alligauit mihi mitrā 7 sicut spōsaz ornauit me ornamēto. Se dixit sponsus: se dixit sponsam. quare se sponsum: q re se sponsaz nisi q erant duo in carne vna. h Aug. Unde hz ppter hanc variā acceptionē nois ecclesie christi? aliquo modo dicat mēbrū ecclie eo. s. mō quo supi? declarauim?. nullo tn mō potest dici mēbrū spōse. Ptz etiā ex dict rnsio ad obiecta.

Sermone primo

Ad primam

Ad pmū aūt qd obijcit q caput naturale nō tm dr caput ꝫ etiā mēbrū corpis. dicēdū est q nō est p oia file de capite naturali corpis materialis 7 de spūali sicut dictū est: q naturale nō solū influit alijs mēbris ꝫ etiā accipit ab eis: nō sic aūt christus q nihil accipit a corpe ecclie ꝫ a solo deo. Et inde est q p pie loquēdo christus nō pōt dici ppe mēbrū ecclie fm q caput ecclie dr ipse hz būanitatē

Ad secundam

Ad dictū apli. i. Lorinth. xij pz rnsio ex iaz dictis. Dictū est em q apls appellat ibi christum caput fm humanitatē esse mēbrū respectu diuinitatis. Vel dicendū vt dicit dns petr? de Tarātasia. q christ? est caput excellētia gratie 7 mēbrū cōformitate nature.

Capitulū. xlviij. Qr xps fm q homo fuit caput fidelū nō tm eox qui fuerūt post incarnationē sed etiā illox qui a principio incarnationē precesserunt.

Caꝑ. XLVIII. Christ? fuit caput ecclie

Fm autem ea superius dictis circa. ca. xxij. a pncipio būani generis ecclia esse ceperit 7 ecclie corp? nullo vnq tempe acepbalū fuisse credendū sit. iā restat ostendendū xpm semper a principio ex quo boies sancti esse ceperunt in terra caput ecclesie fuisse nō modo fm diuinitatē sed etiā humanitatem. Qm aūt xps fm diuinitatē caput fuerit ecclesie ante incarnationē nō hz dubitationē cū ipse de? principiū fundator 7 illustrator illi? sit. Oēs em qui a principio humani generis vsq in finē generātur virtute diuinitatis illustrātur 7 in vnū corp? ecclesie tanq viua mēbra cōpaginātur. Qm autem fm humanitatē xps caput etiā fuerit omniū fideliū qui incarnationē eius pcesserunt: pz multipliciter. Primo: q sup fidē būanitatis xpi fundata ē ecclesia. i. Lorin. iij. Fundamētū aliud nemo pōt ponere pter id qd positū ē: qd est xps Jesus glo. i. fides xpi que p dilectionē operat. Unde glo. sup. illud Col. i. Ipse est caput corpis ecclesie: q rit. Luz ecclesia ab Abel cepit: quō homo xps caput est eox qui āte fuerunt. 7 rndens dicit. bene: q ipse est pncipiū ecclesie fm diuinitatem. i. fundator ecclesie: q oēs iustos qui ab Abel vsq ad vltimū iustū gen erant virtute diuinitatis 7 mie sue dono illuminauit fm humanitatē. Poterit etiā dici pncipiū ecclesie: q sup fidē humanitatis ei? fundata est. hec glo. Cū ergo ecclesia fundata sit sup fidē būanitatis xpi: 7 eadē fides fuerit patrū ante incarnationē 7 post. ad Ephe. iiij. Unus deus vna fides. solū em xps vanatū est vt ait Aug. quod em a nobis creditur iam factū esse: id ab alijs futurū esse credebat: manifestū est xpm caput fuisse fideliū precedentiū incarnationē sicut sequentiū. Et cōfirmatur. Aut em dr caput ecclesie facta incarnatione ppter naturā assumptaz: in qua boibus facta? est cōformis in natura. Aut ppter fidē humanitatis ei?. Nō pmo: q hac rōne equaliter ifideliū hominū diceret caput sicut 7 fideliū instox qd esset incōuenēs. Si secūdo. s. ppter fidem qua credit de? 7 homo: ꝫ fides manet eadē in sanctis ante incarnationē 7 post. dic em Aug. li. de nuptijs 7 pcupi. Eadē fides mediatoris q nos saluat: saluos iustos faciebat antiquos pusillos cū magnis: q sicut credimus xpm in carne venisse: ita illi venturū. 7 sic nos mortuū: ita illi morituū: 7 sicut nos resurrexisse: ita 7 illi resurrecturū, 7 nos 7 illi ad iudiciū

viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ venturū. ergo videt q̄ xp̄us ſm q̄ homo caput ſit dicēdus p̄cedentium iu ſtorum ſicut ⁊ illoꝝ qui poſt incarnatiōnē fue runt. In teſtimoniū huius Ambr. xi. legitur q̄ qui p̄ibant ⁊ q̄ ſequebant clamabāt dicētes. Oſanna bn̄dictus qui venit in noīe domini Sup quo dicit venerabilis Beda. ⁊ habetur in gl. ⁊ qui p̄ibant ⁊ qui ſequebant clamabāt p̄ceſſit iudaicus ppls: ſecutus eſt gētilis. Et quia oēs qui fideles ſunt vel fuerūt in xp̄m crediderūt ⁊ credūt: ⁊ q̄ p̄eunt ⁊ q̄ ſequuntur Oſanna clamabāt qō ſalua latine ꝺr. ab ipſo em̄ oēs p̄ores etiā ſalutē queſierūt. Bn̄dictus qui venit in noīe dn̄i: qm̄ vna fides vna ſpes oīm illi expectabāt ⁊ venturū credebāt ⁊ nos veniſſe credimus: hec glo. Et dn̄s Greg. ſup Ezech. Et qui p̄ibant ⁊ q̄ ſeq̄bant clamabāt Oſanna bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i: q; oēs electi q̄ in iudea eſſe potuerūt ſiue qui nūc in eccl'ia ſunt in mediatorē dei ⁊ hoim crediderunt ⁊ credūt. g̃ manifeſtū eſt vnū ⁊ idē fuiſſe ⁊ eſſe caput p̄cedentiū ⁊ ſequētiū fidelium. ſ. xp̄m quē omnes ſaluatorē clamabāt. Itē hoc patet ex illo Apl'i. i. Thimo. iiij. de xp̄o ita loquēt. Qui ſaluator ē oīz hoiz ⁊ maxīe fideliū glo. quos ſaluat b⁊ in futuro ſm corpus ⁊ animam. Et dn̄s Job. euāgeliſta loquēs de xp̄o ita ait. Ipſe eſt ppiciatio p̄ peccatis noſtris: non noſtris aūt tm̄ ſed etiā p̄ totius mūdi. i. Jo. ij vbi glo. Aug. Non p̄ nr̄is tm̄ qui in carne viuimus ſed p̄ omni eccl'ia. Saluare aūt hoīes aut ppiciationē eſſe p̄ peccat̄ cōpetit xp̄o ꝺz q̄ eſt caput. g̃ relinquit̄ q̄ xp̄us etiā ſm q̄ hō caput fuerit oīm fideliū q̄ etiā eius incarnationē p̄ceſſerūt. Unde Aug. ſup p̄s. xxxvi. tractās illō. Junior fui etem̄ ſenui. Caput noſtrum xp̄s eſt: corpus capitis illius nos ſum⁹ nūquid ſoli nos ⁊ non etiā illi qui fuerūt ante nos oēs qui ab initio ſeculi fuerūt iuſti caput xp̄m habēt. illū em̄ venturū eſſe crediderunt quē nos veniſſe iam credimus: ⁊ in cuius fide ⁊ ipſi ſanati ſunt ⁊ nos: vt ipſe eſſet caput totius ciuitatis hierl'm cōnumerat̄ fidelib⁹ ab initio vſq; in finē. Leterū cū eccleſia vt dictū eſt dicat̄ vnū corpus ad ſimilitudinez corpis humani naturalis: in quo mēbra adinuicez p̄ neruos ⁊ iūcturas colligata dicunt̄ vnū per continuationē: neceſſario mēbra eccl'ie adinuicem cōtinuari dicēda ſunt ſm p̄us ⁊ poſterius in tpe a p̄ncipio eccl'ie vſq; in finē ſeculi. Hoc aūt nō eſt niſi p̄ fidem xp̄i que vt dictuz eſt: vna eſt in oībus ſanctis. ergo videt q̄ xp̄s a p̄ncipio eccleſie vſq; in finē ſeculi ſit dicendus caput eccleſie. Amplius p̄ ſimile oſtēdit hoc. In malis caput quedā mēbra ſecutuz eſt tpe ⁊ nibilomin⁹ ꝺr caput eoꝝ. multo fortiꝰ g̃ hoc erit in bonis mēbris que influxū ſenſus ⁊ motus ſuſcipiunt a capite. ſed ita eſt in malis q̄z mēbra q̄dā p̄ceſſerit caput tpe: dicūt nibilomin⁹ membra ei⁹ futuri capit̄. ſicut de antixp̄o dicit beat⁹ Iſid. li. de ſummo bono: q̄ anteq̄ veniat antixp̄s multa ei⁹ mēbra p̄eceſſerint ⁊ p̄uaricationis merito caput p̄priū p̄euenīūt. ergo multo fortius credendū eſt de mēbris eccleſie: q̄ z aliqua tpe p̄eceſſerint incarnationē xp̄i: nibilomin⁹ caput eoꝝ xp̄s dicendus ſit. Et his aūt que iam diffinita ſunt aperte cōfutat̄ error: dicentiū q̄ xp̄s in incarnatione incepit eſſe caput eccleſie: ⁊ q̄ ſolum poſt incarnationē icepint hoies xp̄o icorpari.

Capitulū. xlix. In quo ponūtur obiectiōes ꝓtra hoc qō dictū eſt q̄ xp̄s ſm q̄ homo fuerit caput fideliū qui incarnationem p̄eceſſerunt.

Bonia hec fi- Cap. XLIX

q dei veritas clarius eluceſcet ſi alique obiectiones que cō tra eam moueri ſolent in me diū deducātur: afferem⁹ illas in mediū quib⁹ tandē reſpōdebim⁹. Obij- Argu. primū
citur aūt primo ſic. Xp̄s ante incarnationem nō fuit homo: ergo nō eſt dicend⁹ ante incarnationē fuiſſe caput eccleſie ſm q̄ homo. ꝓna eſt manifeſta. q; cū tales cōditiones cōſequētes ſint ad eſſe rei q̄n nō erat būanitas nō vī q̄ potuerit dici xp̄s caput ſm humanitatem.

Scō ſic. Xp̄s ꝓprie ꝺr caput eccl'ie p ꝓformitatem nature quā habet cū eccleſie corpe: ſed ante incarnationē nō erat cōformis in natura cū eccleſia. ergo reſpectu fideliū q̄ incarnationē p̄eceſſerunt xp̄s nō pōt dici eccleſie caput ſm humanitatē. Si dicat̄ q̄ z xp̄s non eſſet in rerū natura ſm humanitatē erat tm̄ in fide patrū. Lōtra: xp̄s ſm q̄ eſt caput eccl'ie gratiā mēbris infūdit. ſi g̃ ad rationē capitis ſufficit q̄ xp̄s ſit in fide credentiū: vī q̄ equalis copia gr̃e fuerit in veteri teſtamēto ſicut ⁊ in nouo: qō eſt falſum. Tertio ſic. Sacra veteris legis comparāt̄ ad xp̄m ſicut vmbra ad corp⁹: vt ꝺr Colo. ij. ß p̄ēs veteris teſtamēti ſacramētis illis ſuo tpe ſeruiebant: ſm illud ad Heb. viij. Exēplari ⁊ vmbre deſeruiūt celeſtium. Nō ergo ptinebant ad corp⁹ xp̄i: ⁊ ita xp̄s nō ē caput eoꝝ. Quarto. Caput cū ſit p̄ncipium membroꝝ nō ſeq̄tur membra. ſed multi ſancti p̄eceſſerūt xp̄i incarnationez. ergo xp̄s ſm q̄ homo nō eſt caput illoꝝ. Quinto. Caput cum ſit p̄ncipiū alioꝝ mēbroꝝ naturaliter precedit mēbra: p̄⁹ em̄ egreditur ⁊ poſtea corpus. Unde dicit Solinus. Contra naturā eſt in pedes procedere naſcētes. Si ergo cor-

Secundū

Replica

Tertium

Quartum

Quintum

pus mysticum sit ad similitudinez corpis naturalis vt dictū est supra. sequit̄ q̄ primo sit caput: postea mēbra. g̃ respectu eor̄ q̄ p̄cesserūt xp̄i humanitatē xp̄s nō potest dici caput

Sextum fm q̄ homo. Item cōfirmando istam rōnē arguit̄ sexto sic. Caput dr q̄ influit membris sensum ⁊ motū sed xp̄s fm q̄ hō nō influebat eccl̄ie ante incarnationē: cū nōdū eēt homo: et q̄ nō ē nō pōt agere. ⁊ p q̄ns non poterat dici caput illius. p̄cessus est notus. Si dicat̄

Septimum q̄ ly nōduz esset in rerū natura erat tm̄ in fide patrū. Cōtra confirmando rōnem facta z arguit̄ septimo sic. Omnis p̄positio cui? subiectum est ens rōnis ⁊ p̄dicatū est ens nature ē falsa. sicut si dicat̄. Venus currit ⁊ spēs ābulat. sed xp̄s fm q̄ est in fide significat̄ vt res rōnis. Cum igit̄ esse caput vel influere dicat rē nature. videt̄ q̄ hec p̄positio sit falsa. Christus fm q̄ est in fide patrū est caput eccl̄ie vt

Octauus influit eccl̄ie mēbris. Octauo sic. Caput ē p̄ncipiū membroz suoz: sed xp̄us fm q̄ homo nō potest dici p̄ncipiū eccl̄ie a p̄ncipio sed solum fm diuinitatē: sicut colligi videt̄ ex glo. Luce. iij. sup illud. Iactū est v̄bum dñi. vbi dr q̄ eccl̄ia nō ab homie sed a v̄bo. g̃ xp̄s fm q̄

Nonum homo nō est dicēdus caput ecclesie ab initio. Nono sic. Dicit Aug. sup p̄s. cxlviij. verbū caro factū est vt fieret caput eccl̄ie. Verbum em̄ ipm̄ nō est caput eccl̄ie: sed vt eriā esset ca

Decimum put eccl̄ie carnem assumpsit: g̃ id quod p̄ius Decimo p̄ simile idem p̄bat̄ sic. Sup illud p̄me Tbi. i. Regi seculoz. dicit glo. sic. Homo assumptus a v̄bo ex eo tēpe rex est futuroz ex quo assumptus est a v̄bo. nam p̄teritoz secu

Undecimum lozum nō erat rex homo ille: q̄ nō erat: h̄ gl. Ergo pari rōne xp̄s fm q̄ homo nō est dicendus caput eccl̄ie fm tps p̄teritū: cū tunc non esset homo. Undecimo eccl̄ia fuisset etiaz si homo nō peccasset. nō autē tūc verbum dei humanā naturā assumpsisset. vnde glo. super illud. i. Tbi. i. Christus iesus venit in mūdum peccatores saluos facere: dicit glo. Aug. Nulla causa veniēdi xp̄o dño nisi peccatores saluos facere: tolle vulnera: tolle morbos. ⁊ nulla est causa medicine. Ecclesia aūt sine capite esse nō potest. ergo xp̄s nō est caput eccl̄ie

Confirmatio fm hūanā naturā. Et confirmat̄ q̄ vni? corpis vnū ē caput: sed xp̄s caput est eccl̄ie fm diuinitatē: g̃ nō fm humanitatē. g̃ ⁊c.

Cap̄. l. In quo rñdetur ad obiectōes iam posit̄as

Cap. L Responsio

Drōnes autem p̄dictas q̄b? p̄bat̄ q̄ xp̄s nō fuerit caput fm q̄ homo oiz fideliū a p̄ncipio nascētis eccl̄ie: facilis

responsio est. Dicimus em̄ q̄ corpus eccl̄ie nūq̄ fuit acephalū sed semper habuit xp̄m caput fm diuinitatē ⁊ humanitatē vt plene induximus: licet em̄ xp̄s fm humanitatem nō esset a p̄ncipio mundi: fides tñ de eius diuinitate ⁊ humanitate fm quā omnium mēbroz colligatio erat ad ipm̄ ⁊ inter se semp a p̄ncipio fuit Vnde Aug. ad optatū. Eadē est fides nostra ⁊ antiquoz: p̄inde cum omnes iusti siue ante incarnationē siue post: nec viverunt nec viuāt nisi ex fide incarnationis xp̄i. Profecto q̄d̄ scriptū est. s. Aug. iij. Non est aliud nomē sub celo in quo oporteat saluari nos. ex illo tpe valet ad saluandū gen? humanū: ex quo in Adā est vitiatū. hec Aug. Vnde licet xp̄s fm q̄ homo: rēpore multos sanctos secutus fuerit: nihilomin? omniū caput dicend? est. Cui? exemplū Aug. li. de catbezizandis rudib? ponit: q̄d̄ exemplū habet̄ Gene. xxxvi. de filijs Jude: in quoz natitate zarā p̄ oz eduxit manū i q̄ obstetrix ligauit coccinū dicens. Iste egredit̄ p̄ illo vero retrabente manum egressus est alter Et dicit Aug. q̄ sicut Zarā dum nascerēt̄ prior emisit manū postmodū caput secutū est de inde cetera mēbra: sz tñ caput dignitate ⁊ potestate precellit lz tpe seq̄retur: ita xp̄s mediator dei ⁊ hominū in patriarchis et p̄phetis p̄misit manū anteq̄ appareret in carne vinculis legis supbum populū constringentes siue cōpimentem. Tempore autem nascēdi secutū est caput toti eccl̄ie cui adheserunt omnes fideles. Relinq̄tur ergo q̄ fuit caput fidelium p̄sentiū ⁊ antiquoz. Ad primū obiectum in p̄trariū dicendū vt dicit Alexan. de alis in. iij. q̄ xp̄s nō dicitur caput eo q̄ est homo in re: sed eo q̄ est homo in fide in qua creditus est esse homo: ideo est caput. hoc em̄ modo similiter se habet ad antiquos ⁊ p̄sentes quia est eadem fides hoz ⁊ illoz: vt dictū est. Vel dicendū ⁊ breuius: vt dicit sanct? Tho. q̄ licet homo xp̄s ante incarnationē nō esset in rerū natura: erat tñ in fide patrum: ⁊ hoc sufficiebat ad rationē capitis: vt magis ex dicendis apparebit. Ad p̄bationem q̄n dicit q̄ cōditiones sequūtur esse rei: ⁊ ita esse caput cōsequitur esse humanitatis in xp̄o: respōdet̄ dupliciter. Primo q̄ sicut esse creditum filiū dei assumpturū humanitatem nō ponit filiuz dei esse hominē cum creditur: sed in aliquo tempore futurū esse: sic nec conditio qua dicit̄ caput. Unde nō est simile de capite corporis naturalis ⁊ de capite corporis mystici. Secūdo respōdetur q̄ ratio capitis dupliciter xp̄o fm humanitatem potest cōuenire. Uno modo p actionem suam in nos merendo nobis ⁊ satis-

Ad primum

faciendo p nobis. ⁊ hoc modo cōditio capitis sequit esse rei. Alio modo pōt cōuenire sibi rō capitis p actionē nostrā in illū inquātum credendo in eum iustificamur: ⁊ hoc modo cōditio capitis nō sequit esse rei in natura: sed eē rei in fide. ⁊ ita in ppōsito: sicut clarius ex dicendis habebit. Ad scōm quod obijcit de ꝓformitate nature ptz rnsio ex dictis. Iz enim xps ante incarnationē nō fuerit actu conformis nature cū hoibus: erat tn fides infallibil q p assumptionē hūanitatis talis erat futurus. Ad replicā aūt que fit q sequeretur ex solutiōe ista q equalis copia gre fuisset in veteri testamēto ⁊ in nouo negat ꝓsequētia: qa vt dicit scūs Tho. in q. de veritate. Luz ante incarnationē nō esset meritū xpi in actu ⁊ satisfactio. ideo nō erat tanta plenitudo gratie sicut est post. Preterea dicit scūs Tho. Tāta gre influētia nō fuit ante incarnationez q̄nta est modo: q: tunc nōdum remotū erat obstaculuz: nec sacramēta gre erant exhibita sicut mō sunt. Ad tertiū in quo obijcit q patres veteris testamēti deseruiebāt sacramētis legalibus. dicendū vt ait sanctus Tho. in ⁊tia parte q sancti patres nō insistebāt sacramētis legalibus tanq̄ q̄busdā rebus sed sicut ymaginibus ⁊ vmbris futuroz. Idem aūt est motus in ymaginē inq̄tum ymago ⁊ in rē: vt pz p pbm in lib. de memoria ⁊ reminiscetia. ⁊ iō antiq̄ patres seruādo legalia sacramēta ferebant in xpm p fidem ⁊ dilectionē eandē qua et nos in xpm ferimur: ⁊ ita pzes antiq̄ ptinebāt ad idē corp⁹ eccl'ie ad qō nos ptinem⁹: et ita respectu oim fideliū xps caput ē. Ad q̄rtum quod obijcit q caput nō sequit membra sed precedit. respondet q q̄uis xps nō fuerit incarnatus tempe patrū veteris testamenti erat tamē incarnatio ipa in dei ordinatione ⁊ in fide ipoz patrū: per quā fidē iustificabant: q: tpa mutata sunt ⁊ nō fides. vt dicit Aug. Ad q̄ntum quod inductū est p cōfirmatione pcedētis: q caput naturalr precedit mēbra. rndetur q nō est simile de capite corporis naturalis. ⁊ de capite corpis mystici in hac parte. qm caput corpis naturalis pcedit siue est ante alia mēbra exteriora. quod ꝺz propter coz quod est simplr primū mēbrū. Caput aūt corporis mystici nō pcedit tpe omnia mēbra sui corpis. Unde glo. Aug. super illud ps lxi. Quousq̄ irruitis in hominē: dicit sic. Ad caput ptinēt mēbra que ante caput pdierūt sed nunq̄d pdierūt aliqua ante caput? vtiq̄: q: caput dicit in ps. lxx. mater syō. vñ diceret mr syon nisi aliq̄ pcessissent de q̄b⁹ natus fuisset. pcedit tn mēbra sua dignitate ⁊ pfectōe virtutis. Unde Lok. i. dicit Aplus de eo. Ipse est caput corpis ecclesie qui est principiū: primogenit⁹ ex mortuis: vt sit ipse in oibus. glo. tam priorib⁹ q̄ sequētibus primatū tenēs. Et ad Ro. i. dicit idem Aplus. Qui predestinatus est filius dei in virtute fm spiritū sanctificationis. glo. i. sine meritis sola gratia preelectus vt esset caput nostrū. Lū aūt ratio capitis ex dignitate ⁊ nō tpis prioritate accipiat: apte datur intelligi rationes omēs que fiūt ex prioritate tēporis qua multa tpa preceserunt xpi incarnationem nō procedere. Ad sextū qō obijcit: q xps ante incarnationē fm q homo nō influebat mēbris: respōdet vt sanctus Tho. dicit in q. de veritate: q xps fm q homo mediator est inter deū ⁊ homines: vt dī Thi. i. Unde sicut de⁹ dicit nos iustificare dupliciter. s. p actionē suā inq̄tum est cā efficiēs nostre salutis. ⁊ p operationē nostrā inq̄tū est finis a nobis creditus ⁊ amat⁹: ita etiā xps fm q hō duplicit nos iustificare dr. Uno mō fm suā actionē inq̄tum nobis meruit ⁊ p nobis satisfecit: ⁊ q̄tum ad hoc nō poterat dici influere mēbris: ⁊ ita nec caput ante incarnationē Alio mō p operationē nostrā in ipm fm q dicimur per fidē ei⁹ iustificari: ⁊ p hunc modu⁊ poterat esse caput ecclesie ante incarnationē fm humanitatē: vtroq̄ aūt mō ē caput eccl'ie fm diuinitatē ante ⁊ post. Argumentum aūt nō pcedit: q: xpo cōuenit rō capitis nō solum p actionē suā ad quā requirebat existētia realis hūanitatis xpi vt ratio pbat: ß etiā p actionē nostrā in ipm: ad quā sufficit existentia fidei in cordib⁹ fideliū de futura incarnatōe ei⁹.

Ad septimū qō obijcit: q esse caput dicat rem nature ⁊c. rnr. negādo minorē qm vt sanctus Tho. dicit in q. de veritate: esse caput vl̄ influere p actionē nostrā in ipm xpm inq̄tū in eū credim⁹ nō est predicatū q sit res nature: ß q sit res rōnis. vnde ratio non pcedit. Ad octauum qō obijcitur: q xps nō possit dici pncipiū ecclesie fm q homo: respōdet. q assumptum est falsuz: qm vt supra habitū est ex glo. Colo. i. xps etiam fm q homo pncipium potest dici ecclesie inq̄tum in fide humanitatis eius fundata est. Ad glo. sup Luc. dicendū. q nō loquitur de homine xpo qui erat deus ⁊ homo: sed de alio homie qui erat tn homo sicut Johānes baptista. Ad nonū respōdetur q Augu. nō negat simpliciter xpm caput fuisse ecclesie ante incarnationem fm aliquas capitis cōditiones: cum in superioribus deductū sit ex dictis Aug. oppositū: sed negat eum caput fuisse ante incarnationem q̄tum ad prōprietatem siue conditionē conformitatis na-

Ad scōm
Ad replicam
Ad tertium
Ad quartum
Ad quintum
Ad sextum
Ad septimum
Ad octauū
Ad nonum

ture que est inter caput ⁊ mẽbra. ante quippe incarnationẽ inter verbũ ⁊ homies non erat hmõi cõformitas. Ad decimũ qõ obijcitur q̃ xp̃s nõ fuerit rex seculoꝝ ꝓteritoꝝ ꝑm q̃ bõ ⁊c. Dicendũ q̃ nõ est simile de rõne regis ⁊ rõne capitis: qz cũ rex dicaℓ a regẽdo nõ potest cõpetere ꝓãs regẽdi nõ exñti in rerũ natura Nõ aũt capitis cũ xp̃o attribuaℓ nõ soluz per actionẽ suam in nos sed etiã ꝑ actionẽ nostrã in ipm inq̃tuz in ipm credimus: sicut sepe dictum est: nõ solũ p̃ntiũ ⁊ futuroꝝ fideliũ xp̃us dr caput: sed etiã ꝓteritoꝝ qui in ipm credentes iustificabanℓ. Ad vndecimũ in quo arguiℓ q̃ ecclia fuisset ⁊ si nõ peccasset ⁊c. Dicẽdum cũ sancto Tho. in. q. de veritate q̃ suppo sita illa positione q̃ xp̃us non fuisset incarnatus si homo nõ peccasset: xp̃s ante peccatum fuisset caput ecclie ꝑm diuinã naturã solum: ℞ post ꝓcrim opz q̃ sit ecclie caput ꝑm hũanã nam natura humana sic vulnerata ⁊ ad sensibilia demersa est: vt ad inuisibilẽ ꝛbi gubernationẽ nõ sit sufficiẽter ydonea. vñ oportuit medicinã vulneri adhiberi ꝑ humanitatẽ xp̃i ꝑ quã xp̃s satisfecit. Oportuit ℊ q̃ visibilẽ naturã assumeret vt ꝑ visibilẽ gubernationẽ ad inuisibilia homo reuocareℓ. Et ad ꝓfirmationem rñdeℓ negãdo ꝓntiã: qz deus ⁊ hõ vn⁹ est xp̃s. Vnde ꝑ hoc q̃ xp̃s sit ecclie caput ꝑz humanitatẽ ⁊ ꝑm diuinitatẽ nõ sequiℓ q̃ ecclia habeat duo capita.

Ad decimũ

Ad vndecimum

Capitulum. li. In quo circa predicta confutatur vnus error nouellus.

Cap. LI
Error nouellorũ

Contra hoc quod

dictũ est iam q̃ xp̃s fuerit caput ecclesie a ꝓncipio ipsius ecclie ⁊ nõ a tpe sue incarnatõis: surrexit dieb⁹ nostris opinio: si opinio et nõ error dicẽda sit quoꝝũdam dicentiũ sicut in scripturis eorum legimus. Cum xp̃s ante incarnationẽ nõ fuerit caput ecclie: nec ꝑ ꝓñs ante incarnationẽ inceperit ecclia ꝑm suã formalẽ denoiationem: quã dicũt ecclìam suscipe ex xp̃i incarnatiõe ꝑ gr̃am vnionis vnde bz ipa ecclia q̃ quasi ꝑsonaliter vniaℓ cũ xp̃o. Quantum vero ad id quod est materiale in denoiatiõe ecclesie dicunt eam incepisse a tpe Ade vel Abel: quia ex tunc aiunt inceperũt iusti sub fide xp̃i viuere. ⁊ ad hoc talem inducũt rõnem. Eiusdem quippe nature debet esse caput ⁊ mẽbra. hoc patet vt manifestat Aug. in ꝑmone de ꝛbis dñi. sed ante xp̃i incarnationẽ ꝛbum nõ erat caput ecclie. vt vult Augustin⁹ sup ps. cxliij. Ait em̃: verbũ caro factum est vt fieret caput ecclie. verbũ em̃ ipm nõ est caput ecclesie: sed vt esset caput ecclie carnẽ assumpsit ⁊ corp⁹ xp̃i sit ecclia. vt ꝓz ꝑ Aug. vbi supra. igiℓ ipsa ecclia tũc incepit ꝑm suam formalẽ ⁊ actualẽ denoiationẽ q̃n xp̃us humanã naturã assumpsit. ⁊ tunc fideles inceperũt ei tanq̃ mẽbra incorpari vt fieret vnũ ex capite ⁊ mẽbris q̃ est ecclia. Hec in forma vnus illoꝝ. Opinio istoꝝ nostro iudicio sustineri nõ potest ⁊ decepti sunt ꝓfecto ex mala intelligẽtia dictorum beati Aug. Et in hoc etiã peccauerũt q̃ multa dicta Aug. que magis pie explanãda erãt q̃ extendẽda: sicut possent exempla plurima dari: ipsi induxerũt sicut iacent in assertionẽ opinionũ suarũ. conclusio em̃ eorum falsa est. fundamẽta que inducũt infirma. rõ qua ꝓclusionem roborare nituñ inualida. Conclusio quippe quo ad oms ptes falsa est: vt ꝓz ꝑmo ex auctoritatibus inductis circa. c. xxij. vbi ꝺ ecclie antiq̃tate dispuratũ est. Patet etiã ex illo Aug. sup ps. xxxvi. qui tractans illud. Junior fui etem̃ senui: ita de ecclia sub noie corporis loquiℓ. Dñs em̃ ipse in corpe suo quod ẽ ecclia: iunior fuit ꝑmis tpibus ⁊ ecce iam senuit nostris. ⁊ agnoscitis ⁊ intelligitis: qz in hoc positi estis. ⁊ ita creditis: qz caput nostrũ xp̃s est: corpus capitis illius nos sumus: nũquid soli nos ⁊ nõ etiã illi qui fuerũt ante nos oẽs qui ab initio seculi fuerũt iusti caput xp̃z habẽt. illũ em̃ esse venturũ crediderũt quem nos venisse iam credimus. ⁊ in eius fide ipi sanati sunt in cuius ⁊ nos: vt esset ⁊ ipe totiⁿ caput ciuitaℓ hierlm omnibus cõnumeratis fidelibus ab initio vsq̃ in finẽ. ⁊. j. Corpus aũt xp̃i quod est ecclia tanq̃ vn⁹ q̃dez homo ꝓmo iunior fuit. ⁊ ecce iam in fine seculi in senecta pingui est: hec Aug. Ex qua aug. clare habeℓ oppositũ cõclusionis illoꝝ. Preterea glo. sup illud apli ad Colo. i. Ipse est caput corpis ecclesie. querit sicut supra dictũ est. Cũ ecclesia ab abel inceperit. quomodo homo xp̃s caput est eoꝝ qui tũc fuerũt. rñdens di. bñ. Quia ipse est ꝓncipiũ ecclie ꝑm diuinitatẽ. i. fundator ecclie: qz oẽs iustos q̃ ab Abel vsq̃ ad vltimũ iustum generanℓ ꝛtute diuinitatis ⁊ mie sue dono illuminauit. ꝑm humanitatẽ põt etiam dici ꝓncipiũ ecclie: qz sup fidẽ humanitaℓ ei⁹ fundata est. hec glo. Preterea rõne ecclie corpus semp fuit a ꝓncipio humani generis: vt ꝺductum est ex dicto Aug. ⁊ nõ est dicenduz q̃ acephalum fuerit ante incarnationẽ. ergo necessario opz cõfiteri q̃ caput habuerit. ℞ non nisi xp̃m quẽ pater dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus eius. ad Colo. primo Pertranſimus plura alia ad hanc rem ptinẽtia: tum quia in superioribus multa induxim⁹

et infra in capitulis dicēdis p locoꝝ congruitate tangemus aliqua. Ceterum fundamēta pfate ppositionis falsa esse videnť: cum a cōmuni doctrina illuminatissimorum doctoꝝ aliena sint ⁊ separata. Primo quidem illud quod psupponūt ꝙ in denominatione ecclie materialis sit vnitas fidei sub qua iusti seruiunt deo: que aūt cū sit fides que p dilectionē operať: hac quippe iustus viuere ⁊ deo fuire ðr. Roma. pmo. falsum est quod dicūt. immo fides formata est id quod est formale ⁊ actuale in denoiatione ecclie: quod sic facile ostēditur. quia fides que p dilectionē operať est id quo quis simplr ⁊ actualiter in statu psentis vite xpi mēbrū ðr ⁊ corpis ecclie: ⁊ quo sublato nullus homo in hac vita presens membrū ðr xpi aut corpus eius: vt superius multis testimonijs ostensum est. Unde glo. super illud pme Corinth. xij. Vos estis corpus xpi: dicit. fidei vnitate xpi capitis. Et ad Roma. viij. c. Qui nō habet spm xpi nō est eius. s. membrum vt ait glo. Preterea quod dicūt ꝙ formale in denominatione ecclesie sit cōformitas nature que puenit ex incarnatione xpi falsum est. Tum pmo: quia talis nature cōformitas communis est bonis ⁊ malis pscitis ⁊ pdestinatis: omnes plane homines vnū sunt specie cū homine xpo. Tum secūdo: quia talis cō formitas nature nihil ponit formale in ecclia vñ ipsa magis in quibusdā ꝙ in alijs habeat denominari corpus xpi: ⁊ etiā nūc denominari ⁊ non ante. nisi velint aliquod nouū genus vnionis fingere quod nōdū antiqua patrū traditione cognouimus: quare illud quod dicit ꝙ p gratiam vnionis que ppria fuit xpo aliqd formale redūdet in ecclia vł vnde ipa dicať nouiť corpus xpi ⁊ nouiter xpo cōpaginata ⁊ nō ante fictū esse videť ⁊ cōtra sanā doctrinā patrum ecclie. Verū de hac vnione corpis ecclie cum xpo quā isti innuere videnť inferi? p satisfactione cōsciētie nostre aliquid dicemus. Nō aūt qua vtunť ad pbandum cōclusionē pfatam etiā nulli? roboris est: qm Aug. in aūcte illa nō intēdit ita filiū dei incarnatum esse vt nobis eēt caput: ꝙ velit ipm negare añ incarnationē caput fuisse corpis ecclie: cum ipe in multis locis oppositū doceat. ꝙ vult dicere iuxta eōem doctrinā clarissimoꝝ doctoꝝ theologorū: ꝙ ꝓbū caro factū est vt eēt nobis caput nō simpliciter: sed quantum ad pditionem actualis conformitatis vnius nature cum corpore suo quod est ecclesia. Principalius autem videť importari in rōne capitis pncipium et origo eius cuius est caput ꝙ conformitas vnius nature cum mēbris. Unde Apostol? dicit .i. Cor. xi. Caput xpi deꝰ. ⁊ ad Col. ij. Xps dr caput omis principatus ⁊ ptātis: etiā angelice ꝛz glo. ⁊ tñ deficit pformitas nature int eas. Ceterū diabol? etiā caput ðr oim iniquoꝝ hoim: licet cōformitate tm puerse volūtatis ⁊ nō nature iniqui incorporenť ipsi diabolo. Supsedemus a plurib? alijs: qꝝ circa. c. xlvij. sufficiēter demonstrauim? qualiter xpus sm ꝙ homo caput fuerit oim fideliū qui preceserūt incarnationē suā. ⁊ circa. c. l. in quo soluim? oēs rationes adductas in cōtrarium.

Capi. lij. In quo declarať quō soli xpo hōi deo conueniat esse caput ecclesie ⁊ quō nō soli sed alijs. Cap. LI

Erito venit quem rendū pro pleniori intelligētia materie pntis. An soli xpo hōi deo cōueniat esse caput ecclesie ⁊ arguiť multipliciter ꝙ nō. Primo sic. Ex illo. i. ad Cor. xi. Caput mulieris vir: caput viri xps: caput xpi deus. glo. diuina essentia vel trinitas caput xpi sm ꝙ bō: qꝝ diuinitas vtpote creatrix caput est nature assumpte. Si g̃ trinitas est caput xpi sm ꝙ homo: ⁊ xps sm hūanitatē caput ecclesie est: g̃ multo magis ipsa trinitas est caput ecclie: ⁊ ita patri ⁊ spūi sctō puenit caput esse ecclie ⁊ nō soli filio dei. ꝓna pz: ⁊ assumptū p oēs ptes suas notū est. Secūdo sic. Quicqd cōuenit filio dei p diuinitatē cōuenit patri ⁊ spūi sctō: ꝙ esse caput ecclie cōuenit xpo etiā sm diuinitatē: vt pz: g̃ ⁊ pri ⁊ spūi sancto. ꝓna videť nota. Tertio. Ratio capitis sumiť ab influētia qua mēbris influit sensū ⁊ motū: vt superi? tactū est. sed cū a spū sancto fluat ois gra: ab eo ois sensus ⁊ motus spūalis emanare dicend? est. g̃ ipsi spūi sancto cōuenit rō capitis. Quarto sic. Dr enim .i. Reg. xiij. Cum esses puul? in oculis tuis caput in tribub? Israel facť? es. ꝙ vna est ecclia in nouo ⁊ veteri testō: vt supra sepe cōmemoratū est. ergo alij ꝙ xpo cōuenit esse caput ecclesie. Quinto sic. Xps ex eo ꝙ preest ecclesie no solū ðr caput sed etiā pastor: Joh. x. ⁊ fūdamentū ecclesie. i. Cor. iij. Sed nō solum sibi retinuit xps nomen pastoris: sm illud. i. Petri. v. Cū apparuerit princeps pastoꝝ pcipietis imarcessibilem eterne glorie coronā. Nec etiam nomen fundamēti sm illud Apoc. xxi. Murus ciuitatis habens fundamenta. xij. p que vt dicit glo. xij. apli intelligūtur. ergo videť ꝙ etiam nec nomen capitis sibi soli retinuerit. Sexto cōfirmatur sic. Dictū est Petro a xpo. Tu vocaberis cephas. Joh. i. sed cephas dicitur caput sm vnaz interpretationē Unde cephas em̃ grece idem est qꝺ caput la

Argu. primū

Scōm

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum

Septimum

tine.g̃ Petrus fuit caput ecclie. Septimo sic. Ex hoc xp̃s dr caput ecclie q̃ gr̃am influit mẽbris sui corpis qđ est eccl'ia. & etiã alijs pti ner gr̃am alijs p̃bere. fm illud ad Ephe. iiijto. Omnis fmo malus ex ore vestro non pcedat sed si q̃s bonus est ab edificatiõe fidei vt det gr̃am audiẽtibus: ergo vidẽt q̃ alijs q̃ xp̃o cõ

In oppositum

ueniat caput esse ecclie etiã in rõne influẽtie

In oppositum arguit sic ex supius dictis q̃ solus xp̃s hz hec duo que cõcurrũt ad plenam rõnem capitis respectu ecclie q̃ sunt influentia spũalis sensus & motus in totum corp⁹ ecclesie: & nature cformitas cũ eo. ergo soli ipsi competit rõ capitis & corpis ecclie. p̃ntia cuius assumpto est manifesta. Itez arguitur ex illo Apli. ad Ephe. i. Ip̃m dedit pater caput sup oẽm eccl'iam que est corpus eius. Pro declaratione p̃ntis qõnis sunt duo notãda. Primo

Notabile primũ

q̃ caput dr dupl'r. cõiter & pprie. Secũdus q̃ cõiter accipit: aut dicit solã excellentiam pfectionis: & hoc modo omne quod est pfectissimus siue nobilissimum in quacũq; natura dr caput: sicut leo in aialibus. Aut solã rationes p̃ncipij. & hoc modo oĩe p̃ncipiũ vie dicit caput vie: sicut fons est caput fluminũ: fm autẽ rõnem p̃ncipij tota trinitas dr caput xp̃i fm q̃ homo. vnde in auctoritate inducta. prime ad Corinth̃. xi. cũ dr. Caput xp̃i deus. ly deus nõ supponit solã psonã patris sed totã trinitatem a qua in humanitatẽ xp̃i sicut a perfectiore omnia bona deriuant & cui humanitas xp̃i subijcit. Dicit ẽt tota trinitas hoc modo caput ecclie: qm̃ ab ipa omnis spũalis influẽtia in eccl'iam descẽdit cũ opa diuinitatis ad extra sint indiuisa. vt ait Aug. Scdo accipit caput pprie: put. s. cũ rõne p̃ncipij dicit conformitatẽ nature cũ eo cuius dr esse caput. et fm hanc rõnem deus p̃ caput xp̃i dr etiã fm diuinitatẽ. habet em̃ respectu illius & rationẽ p̃ncipij & cuz eo vnitatẽ nature: fm illud p̃s. Filius meus es tu ego hodie genui te. Capiẽdo aũt hoc modo caput soli xp̃o ꝓuenit caput esse ecclie: qui solus naturã humanã assumẽs in simil'itudinẽ hoĩm factus habitu inuẽtus est vt homo: ad Ephe. iij. Per hanc vero cõformitatẽ nature hz pfectionẽ homogeneã cum mẽbris & sic quasi p̃ncipiũ vniuocuz & regula cõformis & vnius generis. vt dicit scũs Tho. in. iij.

Scdz notabile

Ulterius dicendũ cuz eodem sancto Tho. in. iij. pte. q. viij. ar. v. q̃ caput in alia mẽbra influit dupl'r. Uno modo quodã intrinseco influxu put motus seu vis motiua & sensitiua a capite deriuat ad alia mẽbra. Alio modo fm exteriorem quãdã gubernationẽ put scz fm visum & alios sensus qui in capite radicãt dirigit homo in exterioribus actibus. iterior aũt influxus gr̃e nõ est ab alio nisi a solo xp̃o cui⁹ humanitas ex hoc q̃ est diuinitati cõiuncta hz virtutẽ iustificãdi. Sed influxus in mẽbra ecclie q̃tum ad exteriorẽ gubernationez põt alijs cõuenire. & fm hoc aliq̃ alij p̃nt dici capita ecclie. fm illud Amos. vi. Optimates capita pp'lor. distinguunt tñ a xp̃o. Primo quidem q̃tuz ad hoc q̃ xp̃s est caput oĩm qui ad eccl'iam ptinẽt fm oẽz locũ & tp̃s & statũ. alij aũt hoies dicũt capita fm q̃dã spãlia loca sic epi suarũ eccl'iarũ. vel etiã fm determinatuz tp̃s: sicut caput totius ecclie est papa tpe sui põtificatus. & fm determinatũ statũ put scz sunt in statu viatoris. Scdo est dr̃ia in hoc: q̃ xp̃s est caput ecclie ꝓpria vnitate & auctoritate. Alij vero dicunt capita inq̃tũ vicẽ gerũt xp̃i. fm illud. ij. Corinth̃. v. Nã ego qđ donaui si q̃d donaui ꝓpter vos in psona xp̃i. glo. hoc feci in psona xp̃i ac si ipe xp̃s ꝓdonaret. et. ij. Corinth̃. v. Pro xp̃o legatiõe fungimur tã q̃ deo exhortãte p nos. His habit̃ patet rñsio ad argumẽta in ꝓiuz. Ad tria ꝓma rñr iuxta distinctionẽ positã in ꝓmo notabili ꝓcedẽdo q̃ alijs cõueniat psonis q̃ psone xp̃i: imo toti ipsi trinitati ꝓuenit eẽ caput ecclie: vt declarauimus parũ añ: fm q̃ rõ capit̃ sumit̃ a solo rõne p̃ncipij. si vo accipiat̃ a rõne p̃ncipij cuz cformitate nature q̃ est acceptio magis ppria sic soli xp̃o cõuenit caput eẽ ecclie. & sic argumẽta nõ pcedũt. Ad alia etiã tria argumẽta suq̃ntia vna ptz rñsio: qm̃ auctes inducte intelligunt fm q̃ rõ capit̃ attẽdit fm exteriorẽ gubernationẽ. put rex dr caput regni: qm̃ alijs a xp̃o ꝓuenit caput eẽ. differũt tñ a xp̃o si cut iam dictũ est. Ad vltimã rõnẽ rñdet q̃ in dicto illo apli nõ intelligit hõ dare gratiã audiẽtibus gr̃am interi⁹ influẽdo & exterius psuadẽdo ad ea q̃ sunt gr̃e. & iõ argumẽtuz nõ pcedit. In spãli vo quo cõpetat sũmo põtifici caput esse vlis ecclie in. ij. li. bui⁹ operis opitulante deo declarabimus.

Ad tria prima

Ad alia tria

Ad septimũ

Cap̃. liij. In quo declarat q̃ nõ tm̃ q̃tum ad alias sed etiã q̃tũ ad corpa xp̃s caput sit fidelium.

Stenso quali: Cap. LIII

o ter xp̃us caput sit fideliuz quo ad animas q̃bus influit sensuz fidei & motũ charitatis: querẽdum nobis est quomodo etiaz caput dicẽdus sit fideliũ quo ad corpa. & videtur aliq̃bus rõnibus q̃ non. Primo sic. Ebrijstus deus est caput ecclie in quantum influit spũalem sensum et motũ gratie in eccl'iam. sed hmõi spũalis sensus & motus capax nõ est

Argu. primũ

corpus hois: g̃ deus nō videt esse caput hoiz
Secundū p̃m corpa sed tm̃ p̃m animas: Secundo sic
Capitis ad mẽbra 7 ecouerso opz esse pportionem quandã sed corpa aliox hoim nō cōtinuanť ad corpus xp̃i. g̃ ipe nō est caput hominū
Tertium q̃tum ad corpora sed tm̃ quãtum ad animas.
Tertio sic. Scōm corpa cōicamus cū bruť si ergo xp̃s esset caput hoim q̃tum ad corpa.
Quartum sequereť q etiã caput esset brutox animaliuz quod est incōueniẽs. Quarto sic. Christus corpus suū ab alijs hoīb⁹ traxit. vt p3 Mat. p̃mo 7 Luce. iij. vbi describit series gñatiōis iesu xp̃i p̃m carnẽ. sed caput est primum inter
In oppositum cetera mẽbra: vt dictū est. g̃ xp̃s nō est caput fideliū q̃tum ad corpa. In oppositū arguit ex illo apli ad Phil. iij. Reformabit corp⁹ humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. Scōo ex illo. i. ad Corinth. vi. Nescit qm̃ corpa vestra mẽbra sunt xp̃i. vbi glo. Aug. sic inquit. Attende q mẽbra nostra dicit eē mẽbra xp̃i: qm̃ xp̃s caput nostrū est eo q factꝰ est
Responsio. q. pprer nos. corpus aũt eius ecclia ẽ. Si ergo xp̃us animã humanã tm̃modo recipet mẽbra eius nō essent nisi anime nostre: q; ꝺo 7 corp⁹ suscepit q quod etiaz caput est nobis: quia ex anima 7 corpe cōstamus pfecto illius mẽbra sunt corpa nostra: q; enim corpus accepit et corpoz caput est: hec glo. Rūdendo dicimus q xp̃s ẽ caput ecclie siue fideliū q̃tū ad aias 7 q̃tū ad corpa sed p̃ncipaliter animarū 7 secūdario corpoz. Et hoc tuz rõne pformitatis ad mẽbra que p assumptionẽ humane nature facta est. assumpsit em̃ corpus cū anima. Tuz rõne spũalis influẽtie que puenit ad corp⁹ mediante anima inq̃tum corpus est instrumẽtū anime opantis p̃m gr̃am. Verū ad videndum qualiter humanitas xp̃i bz. influere in hoies nō tm̃ q̃tuz ad animas sed etiã q̃tū ad corpa et qualiter nō solū aie fideliū sed etiã corpora susceptibilia sunt talis influẽtie notandū est vt notat sanctus Tho. in. iij. parte. q corpus humanū bz naturalẽ ordinẽ ad aiam rõnalez que est pp̃ria forma eius 7 motor. 7 inquãtum q̃dem est forma eius recipit ab anima vitam et ceteras pp̃rietates cõueniẽtes hũano corpori p̃m suã spẽm. inq̃tum ꝺo anima ẽ motor corpis. corpus instrumẽtaliter fuit aie. Sic g̃ dicendū q humanitas xp̃i bz vim influẽdi in q̃tum est cõiuncta ꝺo cui corpus vnitur per animã. vnde tota xp̃i humanitas p̃m aiam et corpus influit in hoies 7 q̃tum ad animam 7 q̃tum ad corpus: sed p̃ncipaliter q̃tū ad animam secūdario q̃tum ad corpus: 7 hoc dupl̃r Uno modo inq̃tum mẽbra corpis exhibent̃ arma iustitie in anima exñti p xp̃m. vt apls dicit ad Roma. vi. Alio modo in q̃tuz vita gl̃ie ab anima deriuať ad corpus. p̃m illꝺ Ro. viij. Qui suscitauit Jesum a mortuis viuificabit mortalia corpa vestra pp̃ter inhabitantem sp̃m eius in vobis. Quibus habit̃ dicendū est ad
Ad primum argumẽta. Ad p̃mū dicendū q sensus spũalis gr̃e lz nō pueniat ad corpus p̃mo 7 p̃ncipaliter: puenit nihilominus secūdario 7 instrumẽtal̃r. vt. n. dictū ẽ: quis corp⁹ñ recipiat influentiã spũalem immediate: recipit tm̃ mediante anima. Quare respectu vtriusq; partis
Ad secundum nature humane anime. s. 7 corpis xp̃s caput ẽ ecclie. Ad scōm rñdet negãdo minorẽ. dicimus em̃ q corpa nostra aliquo modo habent p̃tinuationẽ ad corpus xp̃i.: nō q̃dẽ p̃m quãtitatem vt p3: nec p̃m pfectionẽ naturalẽ: quia alia est anima xp̃i 7 alia ẽ anima vniuscuiusq; p̃m quã attendit pfectio naturalis: sed p̃m pfectionẽ sanctificatiōis que est spũs sanct⁹: q pleniſſime fuit in xp̃o. Perfectio ei corpis vt
Ad tertium dicit magr̃ Alex. in. iij. nō solũ est aia sed spũs sanctus cuius corpa nostra templuz sunt: p̃m illud. i. Cori. vi. Nescit̃ qz mẽbra vestra tẽplũ sunt spũs sancti. Verũ q anima pficit q̃tum ad esse nature. spũs ꝺo sanctus q̃tum ad esse sanctificatiōis. idem aũt est spũs sanctus qui sanctificat corp⁹ xp̃i et sanctificat corpa nr̃a cum sumus in fide 7 charitate xp̃i. Vñ ex hac spãli sanctificatiõe relinquit̃ in corpe nostro ordo q̃dã ad gl̃iosaz resurrectionẽ. vt ait scūs Tho. 7 p̃fat⁹ Alex. in. iij. Quare apls ad Ro. viij. ex hoc resurrectionẽ corpoz gl̃iosaz p̃bat dicẽs. Si spũs qui suscitauit iesum a mortuis
Ad tertium habitat in nobis viuificat 7 mortalia corpa nr̃a pp̃ter inhabitantẽ sp̃m ei⁹ in nobis. Ad tertium rñdet negãdo p̃ntiaz: q; nō ita cõicam⁹ quo ad corpa cū brutis q̃ntiaz quo ad corpa multũ differamus ab eis: q; corpus animalis bruti nullã habitudinẽ habet ad animã rõnalem sicut habet corpus humanũ: 7 ideo corp⁹ humanũ habet ordinẽ aliquẽ ad sctificatiõez quem nō habent corpa brutox. 7 ideo cuz nõ
Ad quartum sit simile argumentũ nõ p̃cedit. Ad q̃tuz respondet negãdo p̃ntiaz: qm̃ lz xp̃s traxerit materiaz corpis ab alijs hoibus: vitam tamẽ immortalẽ corpis omnes homines trahũt ab ipso: p̃m illlud. i. Corinth. xv. Sicut in Adam omnes moriunť: sic in xp̃o omnes viuificabũtur. 7 ita cũ ipe oibus hominibus influat tam quo ad animas q̃ quo ad corpa: consequẽs est vt oim caput tam respectu animarũ q̃ respectu corpoz dicẽdus sit.

Capitulũ. Liij. In quo ponitur quoꝝdã opinio cũ rõnibus suis dicẽtiũ q̃ soli electi mẽbra sunt xp̃i siue corpis mystica qõ est ecclesia sancta dei.

Cap. LIIII

Mplius considerandū est quoꝛ xp̄s sit caput: siue qui dicant̄ mēbra xp̄i siue coꝛporis eius quod est eccl̄ia. An videlicet oim̄ hoim̄ caput dicēdus sit: an aliquoꝛ sit ⁊ aliquoꝛ nō. Ꝓ quo notandū q̄ circa ꝟ triplicē modū loquēdi reperim⁹ inter loquentes de hac materia. Quidā aūt dicere voluerunt q̄ soli p̄destinati sint mēbra xp̄i. ⁊ p cōsequēs q̄ solū electoꝛ xp̄s dicēdus sit caput. quoꝛ motiua siue rōnes sunt que sequuntur.

Argumētum primū quod cum sequēnt⁹ soluit infra. c. lviij.

Arguūt em̄ p̄mo ex illo ad Ephe. v. Chriſt⁹ caput est eccl̄ie saluatoꝛ coꝛpis eius: sequitur Chr̄istus dilexit eccl̄iam ⁊ tradidit semetipz p ea vt illā sanctificaret mūdās eā lauacꝛo aque vite vt exhiberet eam sibi gl̄iosam non habentē maculā neq; rugā nec aliquid hm̄oi Ex ista auctoꝛitate arguit̄ sic. Chr̄istus solum electoꝛ saluatoꝛ est p̄m efficientiaz: ⁊ illi soli glorificādi sunt ⁊ absq; omni macula ⁊ ruga futuri. ergo videt̄ q̄ solū p̄destinatoꝛum siue electoꝛ xp̄s caput sit ⁊ soli tales mēbra xp̄i dicēdi sint. Scōm Secūdo dicit ap̄ls. ij. Thimo. ij. Nouit deus qui sunt eius. Sup quo ita dicit gl. Quos p̄scit futuros cōformes fieri ymaginis eius. i. p̄destinauit vocauit iustificauit ⁊ glorificauit. sequit̄. numerus talium est horꝛtus cōclusus: fons signatus: pureus aque viue: paradisus cū pomoꝛ fructibus. Ex quo videtur id quod ꝓpus. Tertium Tertio arguit̄ ex illo. i. Jo. ij. vbi de malis qui a fide xp̄i recesserūt inq̄t. Ex nobis p̄dierūt. sed nō erāt ex nobis. Ꝺ ꝟbū btūs Aug. li. de coꝛrectōe ⁊ gr̄a. ⁊ habetur de pe. di. iij. c. Sicut bono. §. cū ergo. tractans ita dicit. Cum g̃ filij dei dicūt de bis q̄ pseueranti㬠nō habuer̄t. Ex nobis exierūt sed nō erāt ex nobis. ⁊ addūt. qm̄ si fuissent ex nobis p̄mā fissent: quid aliud dicūt nisi nō erāt filij dei et qm̄ erant in p̄fessione et in noīe filioꝛum dei? Quartum Quarto arguit̄ ex illo beati Aug. sup ps. ciij. Charitas est fons p̄priꝰ ⁊ singularꝭ boꝛ. cui nō cōicat alienus. Alieni aut̄ sunt oēs q̄ audituri sunt a dño: nō noui vos. ergo videt̄ q̄ p̄scirī nō p̄tinēt ad mēbra xp̄i: cum vt ex glo. ad Ro. viij. patet. societas ⁊ vnitas qua efficimur vnū coꝛpus vnici filij dei: ipsa charitate efficit̄ ⁊ cōstituit̄. Quintum Quinto sic. ex illo Aug. li. de doctr. xp̄ia. dicit̄. Nō ē reuera coꝛp⁹ xp̄i qđ cū illo n̄ erit i eternū: ꝟ null⁹ p̄scit⁹ erit cū dño i eternū. g̃ nūl⁹ p̄scit⁹ erit ꝺ coꝛpe dñi ⁊ p ꝫns nec mēbrū eius. ⁊ ita ex ꝫnti sequit̄ q̄ soli electi: cū soli ipsi regnaturi sint in eternū cū xp̄o sint mēbra xp̄i. Sextum Sexto adducūt illā auctoꝛitatē Aug. li. iij. ꝟa donatistas. Sūt etiā quidā in eo numero qui adhuc nequiter viuūt: aut etiā in hereſibus vel in gentilium superstitionibus iacent: ⁊ tn̄ illic nouit dñs qui sunt eius. in illa nāq; ineffabili p̄scientia dei multi qui intus videnᵗ foris sunt. Septio Septimū p illud eiusdē in eodē li. Multi etiā qui apte foris sunt ⁊ heretici appellanᵗ multis bonis catholicis meliores sunt: quid em̄ sunt bodie videm⁹: q̄d cras futuri sunt ignoram⁹. ⁊ deo quidē apud quē sunt p̄nt̄ia que vēture sunt: q̄ futura sunt iam sunt. Ex quo arguūt q̄ tales dicit Aug. in p̄nti meliores: nō dicit erūt. ⁊q̄ meliores dicit nō p̄m p̄ntem iustitiā: q; illam p̄supponit nō habere cuꝫ dicat q̄ in hereſib⁹ lateant. debet g̃ intelligi p̄m diuinā p̄sciētiā Octauum apud quā que futura sunt iam sunt. Octauo sic. Magr̄ sententiarū li. iij. di. xxiij. c. vlti. et p̄m doctoꝛes scholasticos ibidē simpliciter p̄cedendū est. Deus ab eterno dilexit electos ⁊ odio habuit reprobos. Sed nō videt̄ maioꝛ rō de dilectōe dei q̄ de eius p̄ordinatōe vt electi sint mēbra ei⁹. sequit̄ q̄ sicut ista ē simpl̄r concedenda. Oēs electi a deo sunt dilecti: siue ipsi electi sint in gratia siue in pctō siue in hereſi siue nō. dum actual̄r exist̄at in coꝛ natura. ita videt̄ q̄ ista debebat simpl̄r cōcedi. Oēs electi sūt mēbra xp̄i siue sint siue adhuc nō sint actual̄r exīntes ⁊ futuri sint siue in pec Nonā catis exist̄at. Nono sic. Ex dictis bti Aug. li. de coꝛrectōe ⁊ gr̄a: ⁊ ponit̄ de pe. dist. iij. c. hāc societatē. Ait em̄ sic. Nec nos moueat q̄ filijs suis q̄busdā deus nō dat istā pseuerātiā Absit em̄ hoc vt ita sit de illis p̄destinatis: et p̄m ꝓpositū vocatis q̄ vere sūt filij ꝓmissiōis Nam isti cū pie viuūt dicunt̄ filij dei: sed q̄a victuri sunt impie ⁊ in eadē impietate moriturī nō eos dicit filios dei: p̄scia em̄ sunt filij dei qui nōdū sunt nobiscū ⁊ sunt iam deo. De q̄b⁹ Joh. euāgelista ait. Quia iesus erat moriturus p gente ⁊ nō tm̄ p gente sed etiā vt filios dispsos cōgregaret in vnū: qui vtiq; credendo futuri erāt p euāgelij p̄dicatōnē. ⁊ hoc tn̄ anteq̄ esset factū iam filij dei erant. in memoria em̄ patris sui incōcussa stabilitate scripti sunt. Et sunt rursus quidā q̄ filij dei ꝓpter susceptā tpalē gr̄az dicunt̄ a nobis nec tamē sunt filij dei. De q̄bus ait idez Joh. Ex nobis exierūt sed nō erant ex nobis. q; si fuissent ex nobis mānsissent vtiq; nobiscū. multa dicit circa hoc ꝟ in fine capituli. Ꝓterea dixi vobis quia nemo venit ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. ex hoc multi discipuloꝛ eius abierunt retroꝛ: ⁊ iā cū illo nō ābulabāt. nunq̄d nō ⁊ isti discipuli appellati sūt loquēte euāgelio ⁊ tn̄ nō erāt veri discipuli, q; nō mansērūt in

verbo eius: ꝑm illud quod ait. Si manseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis: q; igit̃ nō mānserūt nō habuerūt ꝓseuerātiā sicut nō vere discipuli christi: ita nec vere filij dei fuerūt: etiā qñ esse videbant̃ & ita vocabant̃. Appellamus igit̃ bos & electos & christi discipulos & dei filios qui appellādi sunt quos regeneratos pie viuere cernimus. sed tūc vere sūt quod appellant̃ si manserint in eo ꝓpter qō sic appellant̃: hec Aug.

Decimo

Decimo sic. corpus christi verū est figura corꝑis mystici: vt dicit Aug. & deducit magr̃ in. iiij. di. viij. sed corꝑ christi verū totū fuit glorificandū. g̃ videt̃ q; soli ad corpus mysticū ptineāt q̃ i futurū glorificādi sunt cū christo cuiusmodi sūt soli predestinati. Isti qui talē modū loquēdi bñt circa mēbra christi asserūt sequētes ꝓpōnes.

Propositiones predictorum

Prima

Prima q; nō oīs fideles iustificati sūt mēbra xp̃i: sed soli electi finaliť regnaturi in ppetuū cū christo.

Secunda

Scōa: nō em̄ aliq̃ cū iustificant̃ incipiūt eē mēbra christi qui non erant mēbra christi ātecq̃ iustificarent̃.

Tertia

Tertia: q; nec aliqui cū cadūt a statu iustificatiōis per culpā mortalē desinūt eē mēbra christi q̃ erāt mēbra christi cū essent iusti.

Quarta

Quarta: q; predestinatus semp manet mēbrū christi lz qñq; excidat a gra iustificatōis.

Quinta

Quinta. q; paulus Aug. & latro cū infideles esset & christum ꝓsequerent̃ erāt oues christi & mēbra christi.

Sexta

Sexto q; iudas tpe quo iustificat̃ cū aliis aplis xp̃m sequeret̃ non erat ouis christi nec membrum xp̃i.

Capitulū lv. In quo confutatur opinio ꝓfata cuz fundamentis suis.

Cap. LV

Tente cōsidera

tis rōnibus & motiuis q̃ fabricatores ꝓfate erronee opinionis inducūt vt fidez facerēt eoꝝ dictis apte videmus eos in būc icidisse errorē: quia falsis fundamētis & nō veris ꝓncipijs vsi sūt.

Fundamentum primū erroris

Est aūt vnū eoꝝ fundamentū: q; denominatio simplr membroꝝ corꝑis xp̃i accipiēda sit ꝑm dispositionē electionis diuine.

Secundū

Aliud q; mēbra xp̃i etiā in hac vita ita indissolubili vinculo adherēt xp̃o: q; qui est membrū xp̃i indissolubiliter ac ꝑpetuo membrū eius sit.

Tertium

Aliud q; predestinati qui nūc sunt infideles sint iam etiā incoꝝpati xp̃o.

Quartum

Aliud q; solus numerus predestinatorū sit sancta ecclia vniuersalis q̃ corꝑus xp̃i est. Cōfutabimus hec fundamēta ꝑut diuina sapia nobis effulserit: q; cum illa demōstrabimus falsa esse: illico luce clarius apparebit edificiū eoꝝ ruinosuz fore: vtputa supra arenā nō supra petrā veritat̃ firmatum

Contra primum fundamētū

cuerunt. Esuriui ⁊ dedistis mihi mãducare: sitiui ⁊ dedistis mihi bibere. vbi xp̃us tam passiones membroꝝ se passum q̃ beneficia illis collata se recepisse ꝓnunciat. Unde Aug. super psal. lxxxvi. hunc locũ pertractãs ita dicit Adhuc xp̃us hic eget: xp̃us hic pegrinat: xp̃s hic egrotat: xp̃us hic in carcere includit. Iniuriã ei facimus si non ipse dicit, Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare: sitiui ⁊ potastis me: hospes fui ⁊ collegistis me: nudus erã ⁊ vestistis me: ⁊ eger fui ⁊ visitastis me. Et illi. Mñ te vidimus ista patiẽtẽ ⁊ ministrauim⁹ tibi? Et ille. Cum vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. hec Aug. Itẽ simílis attributio habetur. Act. ix. vbi xp̃s inquit. Saule saule cur me persequeris? Ecce q̃ patientibus ⁊ laborantibus hic xp̃i mẽbris xp̃us q̃ in se impassibilis est: in illis laborare ⁊ pati dicit. Mñ Beda in glo. ordinaria inquit. Non ait membra mea sed me persequeris: qz sibi facta denunciat cũ ait. Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare. Math. xv. hec glo. De predicatis ⁊ attributis importãtib⁹ defectus culpabiles habent etiaz multa testimonia in scriptura sctã de q̃bus duo ad pñs sufficiãt. Primo est illud ps. xxi. Deus deus meus quare me dereliq̃sti: longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. In hoc psal. vt dicit Aug. ⁊ Magr̃ in glo. xp̃s loquit Unde magr̃ in glo. ita ait. Quare me dereliq̃sti. i. pene ⁊ culpe exposuisti me. Et sequit in glo. magri. Mirũ est quõ dicit dereliq̃sti me: cum ⁊ deus esset. non em̃ dereliquerat eũ de? cũ esset verbũ dei deus: sed ꝓ nobis hoc dicit qui in eo sumus vnũ vt mẽbra: ⁊ sumus corp? eius. corpus em̃ xp̃i est ecclesia ꝓ qua ⁊ verbũ caro factuz est ⁊ habitauit in nobis. Et Aug. in eodez loco. Quare dicit dereliquisti me: nisi qz nos ibi eramus: nisi qz corp? xp̃i est ecclesia. Seq̃tur. Longe a salute mea verba delictoꝝ meoꝝ. quoꝝ delictoꝝ? de quo dictũ est qui peccatũ non fecit nec dolus inuentus est in ore eius: quõ dixit delictoꝝ meoꝝ? nisi qz ⁊ ꝓ delictis nostris ipse precaꝝ ⁊ delicta nostra sua delicta fecit vt iusticiã suã nostrã iusticiã faceret. Item Nicolaus de lyra hunc locum exponens ita dicit. Delicta populi xp̃s sua dicit: tum ꝓpter membroꝝ ⁊ capitis affinitatẽ: tum qz fecit ea sua q̃m sustinendo ꝓ eis penã. Secundũ testimoniũ est illud psal. xl. Ego dixi dñe miserere mei sana aiam meam qz peccaui tibi: q̃ dicitur vox xp̃i. Unde Aug. super eodem ita inquit. Nunquid hoc xp̃us? nunquid hoc caput nostrũ sine peccato? nunquid ergo ipse imo ipse ex membris suis quia vox membroꝝ ipsius vox ipsius: quia ⁊ vox capitis nostri vox nostra. Et in glo. magistri eadem quasi ponunt. Pro quoꝝ intelligentia vera ⁊ catholica habenda: est in primis notandum: q̃ sicut duplex vnitas personalis in xp̃o consideratur alterius ⁊ alterius rationis: ita duplex modus predicandi aliquando de xp̃o reperitur in sacra scriptura vnus ſm vnã ⁊ alius ſm aliam. Prima quidem vnitas realis ⁊ iuxta verbuz Damas. substantialis siue hypostatica est: qua humanitas assumpta a verbo psonaliter vnitur sibi cum ad idem esse reale hypostaticum siue personale assumpta sit. de qua Joh. i. Verbum caro factuz est. Alia vnitas personalis est illa mystica de qua superi? locuti sumus: qua corpus mysticum ecclesie cum xp̃o homine dicitur vna persona vn? homo ⁊ vnus christus. de qua dicit Ad Gal. iij. Omẽs vnũ estis in xp̃o. Has autez duas vnitates expresse tangit Aug. lib. de baptis. par. ⁊ deducitur a sancto Tho. in glo. cõri. sub his verbis. Si em̃ diuina substantia longe distantior potuit propter nos ita suscipere humanã substantiã vt vna persona fieret. Ecce primã vnitatẽ. sequitur. Quãto credibilius alij sancti fiunt cum homine xp̃o vnus xp̃us. Ecce secundaz. Item has duas vnitates ⁊ duos modos predicandi aliquid de xp̃o expresse ponit Damas. lib. iij. capi. xxiij. vbi ita inquit. Oportet scire q̃ due kyrioses id est ꝓprietates vel familiaritates sunt. vna naturalis ⁊ substantialis: altera personalis ⁊ habitualis. Naturalis quidem ⁊ substantialis est ſm quã philotropiam. i. amorem diuinũ clementia dñs ⁊ naturam ⁊ naturalia oñia assumpsit ⁊ natura ⁊ veritate factus est homo ⁊ naturaliuz in experientia factus. Personalis autem quandoquidẽ alterius subinduit personam ꝓpter habitudinem ꝓpiationẽ misericordiaz vel amorem ⁊ ꝓ ipso eos in ipso facit sermones nihil ei pertinentes ſm quã ⁊ maledictionez ⁊ derelictionem nostrã ⁊ que talia nonentia naturalia kyriata: id est ꝓpria facit non ipse hoc ens vel factus sed nostraz assumpsit persona ⁊ nobiscum ordinatus tale autem est factus ꝓ nobis maledictio. hec Damas. Secũdum autẽ has duas vnitates vt prediximus: duplex distinguit modus predicandi aliquid de xp̃o. Rõne prime vnitatis scz hypostatice qua natura humana assumpta vnita est verbo dei in vnitate persone: predicãtur de xp̃o ꝓprietates vtriusq̃ nature: siue noietur noie eiusdez nature que predicat: vt cũ dicit deus xp̃us est verus deus. siue noietur noie alteri? nature: vt cum dicitur hic homo est deus vel deus est homo. ⁊ ita de alijs ꝓprietatibus na

Nota primo

turarū: vt cū dicit. hic homo creauit celos est eternus est imensus creator oim & filia: & ecōuerso predicando de filio dei ꝓpietates nature: vt q filius dei mortuus & sepultus est &c. Juxta autem secundū modū vnitatis que est inter caput & mēbra corporis sui predicantur multa de xp̄o in persona membroꝝ que sibi fm se nullo modo cōpetunt sicut patuit in exemplis positis & infra plenius ostendet. vtrū q̄ vero prefatum predicationis modū innuit Aug. super psal. ci. qui est. Dñe exaudi orationem meā. vbi postq̄ dixit xp̄m esse hmōi pauperem qui orabat fundat rōnem duplicē qua xp̄us pauper noīetur fm prefatā duplicē vnitatē ita dicēs. Jbi em̄ accepit paupertatem nostrā vbi formā serui indutus est semetipsuꝫ exinanies ne diuitias ei⁹ expaueſceres & ad eum accedere cuꝫ tua mendicitate non aude res. Et j. Addat paupertatem paupertati & transfiguret in se corp⁹ humilitatis nostre caput nostrū: simus mēbra eius sicut duo in carne vna. Et post infert. vox ergo vna ꝙa caro vna. hec Augu. Jstum etiā modum duplicez predicandi aliquid de xp̄o tangit sctūs Tho. tertia pte. q. xv. ar. i. accipiens a Damas. li. iij. loco. s. allegato. & lib. iiij. c. x. vbi multos modos ponit aliq̄d predicandi de xp̄o cuius verba sub cōpendio sctūs Tho. recitans ita ait. Sicut dicit Damas. li. iij. dicit aliquid de xp̄o vno modo fm ꝓpietatē naturalez & hypostaticam sicut dicit q factus est homo & q ꝓ nobis passus est. Alio modo fm ꝓpietatem personalem & habitudinalē ꝓut scz aliqua dicūtur de ipso in psona nostra que sibi fm se nullo modo ꝓueniunt. vñ & inter regulas Tichonij quas ponit Aug. iij. de doc. xp̄iana. prima ponit de dño & ei⁹ corpe: cū. s. xp̄i & ecclie vna psona estimat fm hoc xp̄s ex psona mēbroꝝ suoꝝ loquēs dicit. verba delictoꝝ meoꝝ: non q in ipso capite delicta fuerint. Hō sctūs Tho.

Nota secundo

Est p̄terea ꝓ hoc plenaria intelligētia notandū: q sicut ꝓpter vnitatē naturalē corpis naturalis & capitis in hoīe caput non solū loquit ꝓ se sed etiā assumit in loquēdo psonam mēbroꝝ: ita in p̄nti ꝓpter predictā vnitatem mystică siue spūalem xp̄i capitis & mēbroꝝ suoꝝ xp̄s nō solū reperit loqui in psona sua sed in psona mēbroꝝ. Ūñ glo. magri sup psal. cxl. Dñe clamaui ad te: ita intt. Nec aūt charitas nos xp̄o cōpaginat. per charitatē nāq; quasi vnus homo ē caput & corpus. Proprius vero capitis est loqui ꝓ mēbris sicut lingua nostra personā oim mēbroꝝ suscipit: ipsa em̄ ꝓ oib⁹ verbo fungit dicens ꝓ pede: calcas me: & pro manu vulneraſti me, ita et xp̄s qui est caput ꝓ multis loq̄tur cum q̄bus est vnū. Charitas em̄ vnū facit nos cū xp̄o siue caput loquat siue mēbra siue q̄ dicit capiti ꝓueniat siue mēbris xp̄s loq̄tur: sed in voce eius quisq; agnoscat suā tanq̄ inherens in xp̄i corpore. Aliq̄n em̄ dicit q̄ sibi soli cōpetit nō tñ separat se a verbis nostris sed a suis ꝓp̄ijs ad nostra redijt & a nostris interdū ad sua ꝓp̄ria transit. h̄ ibi. Jsta etiā ē snia imo ꝓ magna ꝓparte forma verboꝝ Aug. in multis locis tam sup psal. q̄ sup Job. Ceterū brūs Greg. li. xxvi. moral. c. ij. tractans illud. Job. xxix. q̄n ridebaz ad eos non credebant: dicit sic. Una esse psonā xp̄m & eccl'iam plerūq; iam diximus & sepe vox capitis ad vocē corporis transit. qui em̄ sunt in carne vna nihil obstat vt cōueniant in voce vna. hec Greg. De isto autez celeri transitu locutionis a voce capitis ad vocē membroꝝ & ecōuerso apertissimū exemplū habem⁹ in versu illo psal. xxx. Jn manus tuas cōmēdo spm̄ meū rede. me do. deus veritatis. Cuius prima pars est vox capitis. vt Aug. dicit. & magr̄ in glo. Secūda vero pars ē vox mēbroꝝ siue populi qui redemptus est. Preterea tanq̄ necessarijssima regula ad vitandum multos errores est notandū: q licet in tanta varietate tam membroꝝ q̄ attributoꝝ vna vox loquēs esse videat & vna psona que loquit. plurimuz tñ est aduertendū cui: scz an capiti an mēbris conueniat id q̄ dicit siue predicat de xp̄o: q; non oia oībus cōueniunt sed quedam soli capiti quedā solis membris licet vna voce vtantur caput & membra. hanc regulā expresse ponit magr̄ in glo. super psal. xvij. accipiens ab Aug. ita dicit. Attende regulam vnitatis capitis & membroꝝ j. xp̄i & ecclie. Cum em̄ vna persona est caput & corpus: ideoq; vna voce vtitur caput cum membris: licet ea que dicuntur ad diuersos referant. quedaz em̄ soli capiti cōueniūt: & tamen in tanta diuersitate vna vox est & quasi vna persona videt loq̄ vt sicut duo sunt in carne vna. s. sponsus & sponsa: ita sint & in voce vna. hec in glo. Jtē sup p̄s. xxx. ex Aug. accipiens predictā regulaz cōmemorat di. Sciendum q verba hmōi psal. q̄dam capiti q̄dam membris quedā ꝓpbete cōueniunt. in hac em̄ varietate nō mentit vox sed caput & mēbra eadē voce vtunt: dicēdo ego: me mihi: q̄d fit ꝓpter nimiā vnitatē capitis & corporis xp̄i. j. xp̄i & ecclie sponsi & sponse: quā facit charitas. Sicut em̄ lingua oium mēbroꝝ suscipit vocē dicens: ꝓ pede calcas me: nō dicit calcas pedes. & ꝓ manu vulneras me: non ait vulneras manū meam. sic xp̄us membroꝝ vtit verbis nō incōgrue nō se diuidēs a q̄bis

Nota tertio

nostris. qui em̃ dignat⁹ est ꝓ nobis homo fieri ⁊ forma serui vestiri non dedignaꝫ nos trãsfigurare in se. Et. j. Qui ergo nos sic transfigurat in se non dedignaꝫ nobis loqui verbis nostris vt ⁊ nos loquamur suis. hec est diuina cõicatio ⁊ diuina hec cõmercia celebrata sũt in hoc mundo a negociatore celesti. hec glo. Eadẽ snia ponit ab Aug. sup psal. lvi. ⁊. lvij. diffuso sermone. Vnde de necessitate eius aduertentie ⁊ cõsiderationis habende in hmõi predicationibus de xp̃o dicit btus Augu. sup psal. ci. Nec ibi erres qñ audieris aliquid qđ aptari capiti illi non possit: ideo prelocutus sum vt cum tale audieris ex infirmitate capitis aduertas sonare ⁊ vocẽ membror̃ cognoscas in capite. hec Aug. Ex his aperte colligit̃ que intelligentia accipienda sit in oĩbus illis predicationib⁹ antedictis eor̃ attributor̃ q̃ xp̃o ꝑm se nullo modo cõueniũt. Sane non ita accipiende sunt hec predicata de xp̃o vt illis xp̃i ꝓsona aut ꝑm diuinã essentiaz aut naturã humanã assumptam affecta aut obnoxia intelligaꝫ: qr nullis talib⁹ passionib⁹ aut defectib⁹ impassibilis ⁊ imortalis ac sanctissima xp̃i ꝓsona obnoxia põt intelligi: sed accipienda sunt sic de xp̃o dicta: vt non in ꝓsona sua que nullis talibus subiecta est: sed in ꝓsona membror̃ predicata esse intelligãt: que talibus passionibus aut defectibus subijciũtur afficiunt̃ ⁊ informant̃. solet nãq; vt cõmemorauimus ex dictis sc̃or̃ Aug. ⁊ Greg. caput ascribere sibi que membris sibi cõiunctis cõtingunt. Quare Auge. exponẽs illud Mat. xxv. Esurui ⁊ dedisti mihi manducare: ita dicit vt adducit̃ a sc̃o Tho. in gl. cõti. Scriptũ est ad fideles vos estis corpus xp̃i. Sicut ergo aĩa habitãs in corpore cũ non esuriat ꝙtũ ad suam substantiã spũalem esurit tñ corpis cibum qr copulata est corpori suo: sic ⁊ saluator patitur q̃ patitur eius eccl̃ia cũ sit ipse impassibilis. hec ille. Item btus Aug. ad idẽ super psal. cxlij. ita inq̃t. Patit̃ adhuc xp̃s presuram non in carne sua qua ascendit in celu: sed in carne mea que adhuc laborat in terra. hec aũt aduertẽtia vt sciaꝫ quid cui attribuẽdum sit in hmõi locutionibus maxime habẽda est circa predicata de xp̃o q̃ culpabiles defectus importare dinoscunt̃. Quare Aug. super psal. xxxvij. tractans illud. Non est pax ossibus meis a facie pct̃or̃ meor̃. ita loquitur. Queri solet cui⁹ vox sit ista ⁊ aliqui accipiũt xp̃i ꝓpter q̃dam que hic dicũtur de passione christi. sed non est pax ossib⁹ meis a facie peccatorum meor̃. quomodo diceret qui nullum peccatũ habebat: oꝛtat nos ergo intelligẽ

Nota quarto

di necessitas ad cognoscendu⁹ tanq̃ plenum ⁊ totũ xp̃m. i. caput ⁊ corpus. Cum em̃ xp̃s loquit̃ aliq̃n ex persona solius capitis loquitur qđ est ipse saluator natus ex Maria virgine: aliquando ex persona corporis sui qđ est sancta ecclesia diffusa toto orbe terrarum. Et. j. Non est dubium qr vox xp̃i est. vnde ergo peccata nisi de corpore qđ est eccl̃ia: qr loq̃tur corpus xp̃i ⁊ caput: quare tanq̃ vnus loquit̃ qr erunt duo in carne vna: sacramentũ hoc magnum est ait Aplus. ego aut̃ dico in xp̃o ⁊ in ecclesia. Si ergo ipse dicit non duo sed vna caro est: quid mirum si vna caro: vna lingua eadem verba tanq̃ vnius capitis ⁊ corporis sit audiamus tanq̃ vnum: sed tamen caput tanq̃ caput ⁊ corpus tanq̃ corpus. non diuidunt̃ persone sed diuidit̃ dignitas: qr caput saluat corpus saluaꝫ: caput exhibeat miserecordiam corpus defleat miserecordiam: caput est ad purgandum peccata corpus ad cõfitẽdum peccata: vna tamen vox. non scribit̃ quãdo dicat corpus quando caput: sed nos in audiendo distinguimus: ille aut̃ tanq̃ vnus loquitur. hec Aug. Debent igitur omes prefate predicationes siue ꝓpositiones exponi in persona membrorũ in quor̃ persona ipse xp̃s loquitur non in persona ꝓpria. Vnde sensus illius versus de psal. xxi. Deus deus me⁹ quare me dereliquisti. est iste: me. i. ecclesiaz meã. Pro qua vt dicit glo. hoc xp̃s dicit. Et verba delictor̃ meor̃. s. veteris hois: in persona cuius xp̃s loquit̃: vt dicit glo. Itẽ sensus versus de psal. xxxvij. Non est pax ossibus meis a facie peccator̃ meor̃. i. membror̃ meorũ: qr vt dicit Aug. in glo. caput dicit hic voces corporis. Item sensus versus illius psal. xxxix. Circundederunt me mala quor̃ nõ est numerus cõprehenderunt me iniquitates mee ⁊ nõ potui vt viderem: est iste: vt exponit illum Lasiodo. de xp̃o. Mala. i. peccata: circundederunt me: id eos quibus annũcio qui mei futuri sunt: ⁊ iniquitates mee. i. eor̃ qui mei futuri erunt: cõprehenderunt me. i. ad actũ conduxerunt hi q̃ mei erunt: ⁊ non potui vt viderez ideſt sic oppresserũt me. i. eos: ille iniquitates q̃ non potuerunt habere vsum rõnis. hec ille Item sensus etiam illius versus psal. xl. Dñe miserere mei sana aiam meaz qr peccaui tibi: que vt dicit Augu. in glo. est vox xp̃i. miserere mei. i. meor̃ membror̃. sana aiam meam. i. meorum membror̃. qr peccaui tibi. i. hi qui sunt vt futuri sunt mei ex quor̃ ꝓsona loq̃tur. Vñ Aug. sup hũc versuz ita inq̃t. Nunq̃d hoc xp̃s loquit̃: nunq̃d hoc caput illud nostrũ sine peccato: nunq̃d ille qui nõ rapuit tũc exoluebat:

nunq̃d ille solus in mortuis liber? liber em̃ in mortuis:q: sine peccato:qm̃ ois qui facit peccatū seruus est peccati:nunq̃d ergo ipse? imo ipse ex mẽbris suis:q: vox membroꝝ ipsi? vox ipsius:q: ꝛ vox capitis nr̃i vox nostra. ℔ Aug. Et hoc modo sunt accipiẽda hmõi predicata oia siue dicta de xp̃o. Ex q̃b? manifeste ostẽdit q̃ turpiter errauerit magister ille q̃ in quodam ope suo de mysterio vnitatis xp̃i ꝛ ecclie dogmatizare p̃sumpsit ꝓpositionẽ illã rationabiliter in cõcilio Basilien si iã ꝓdẽnataz:q̃ xp̃s quotidie peccat ꝛ ex quo fuit xp̃s cõtinuo peccauit:sane deceptus est:tum q: ex vnitate vocis in loquendo capitis ꝛ membroꝝ arguere visus est conuenientiam ꝛ idẽtitatem realẽ p̃dicatoꝝ:nõ aduertens q̃ licet vna sit vox capitis ꝛ membroꝝ ꝓpter vnitatem mẽbroꝝ quã ipsa charitas facit:differentia tñ est in attributis siue predicatis:aliqua em̃ cõueniunt capiti que non membris:ꝛ aliqua mẽbris que nõ capiti:ꝛ aliqua aliq̃bus mẽbris q̃ nõ alijs: licet vna vox ꝛ vna ꝓsona loquẽs esse videat: vt superi? sepe repetitũ est. Deceptus etiã videt esse secũdo in hoc q̃ nõ distinxit inter predicationẽ qua aliq̃d predicatur de aliquo ex transfiguratione ꝓsone alioꝝ in se: ꝛ predicationẽ qua aliq̃d predicatur in se de aliquo rõe sue ꝓprie persone.quod em̃ dr̃ de xp̃o.i. Petri ij. Qui peccatũ nõ fecit nec inuẽtus est dolus in ore eius:dictũ est ratione ꝓprie ꝓsone ꝛ ita verissimũ est. Quod vero xp̃us dixerit. Sana aiam meã q: peccaui tibi:aut Non est pax ossibus meis a facie pctõꝝ meoꝝ:in ꝓsona membroꝝ siue pro mẽbris nõ pro se dixit. Quare illud pro mẽbris ꝑ quib? loq̃tur verũ est eo mõ expositũ sicut dictum est:pro xp̃o vero intellectuz nephandũ est ac religiosis aurib? grauissimũ audire. Q̃ ergo xp̃s talia dixerit transfigurando in se personã suoꝝ membroꝝ p̃sentium preteritoꝝ aut futurorum:nõ ꝓpter hoc tamen est dicendũ q̃ xp̃s peccet. Tertio in ℔ videt prefatus magister deceptus:q: inter caput ꝛ mẽbra visus est putare illam cõicatõez idiomatum proprietatum siue predicatorum esse quã sancti doctores ratione duarũ naturarũ diuine.s.ꝛ humane in xp̃o simul cõiũcte exponũt.quod si ita est sicut q̃q̃ verba eius ꝛ conclusio predicta pretendunt:dicere recte possumus q̃ euanuit in cogitatione sua.q̃ppe alia vnitate vnit̃ humana natura in xp̃o diuine nature:ꝛ alia membra xp̃i xp̃o vnita esse dicuntur. Natura enim assumpta diuinitati vnita est vnitate hypostatica in vno ꝛ eodem supposito eterno.s.verbi cum ea supposita:membra vero christi vnita esse christo dicũtur vnitate non hypostatica sed cõformitate affect?: sed amoris vinculo sed nexib? charitatis.quã vnitatem doctores mysticam nominãt. quaz sp̃ũssanctus qui cõis est toti corpori mystico facit:sicut in superioribus plene mõstrauim? Et in alio preterea deficit prefatus magister qui libere et nimis effrenata licentia vti presumpsit ꝓpositionibus siue dictis sacre scripture aut sanctoꝝ patrũ ꝛ antiquoꝝ in eaverboꝝ forma sub qua ab eis explicata leguntur q̃ tamen non licet,qm̃ ibi plurima legũtur q̃ exponenda veniũt ꝛ non extẽdenda.vt sctũs Tho.de multis exẽplificat ꝛ doctis magris nota sunt:de quibus pauca exempla afferemus in medium. Planum est in sacra scriptura cõtineri.psal.s.lxiij. Beatus homo qué elegisti ꝛ assumpsisti. Item etiam cãtatur in Te deũ laudamus. Suscepturus hoiem ꝛc. Hanc tñ ꝓpositionem non suscipit simpliciter schola theologoꝝ in vsu ꝛ practica loquendi. Unde sctũs Tho.in.iij.di.vi.dicit nullo modo cõcedendum foꝛe q̃ hõ sit assumptus.dicit.ꝛ. Hões hmõi auctoritates dicẽtes hoiem assumptuz exponende sunt vt ponat concretũ ꝓ abstracto.s.homo ꝓ humanitate. Item btus Anastasius in.iij.ser.actoꝝ Niceni ꝛcilij ex ꝓsona filij dei loquẽs ita inquit. Ex tua essentia quã in me genuisti sp̃ũ sanctũ do eis. Sunt ꝛ alie auctoritates beati Augu.beati Hilarij hmõi quas magr̃ sniaruz deducit in.i.sen.di.v. Clarum est omni theologo q̃ schola non recipit hmõi ꝓpositiones dicentes q̃ essentia generat:sed exponunt vt ibidem ptz. i. filius q̃ est diuina essentia generat. Vel sic.i. pater filiũ generando essentiã siue naturam suaz dat ei. Preterea aliud exemplũ est in dictis eiusdez Anastasij in epla ad Serapionem ita dicẽs q̃ deitas est homo facta:que tamen ꝓpositio nõ accipit in schola theologoꝝ. Unde magr̃ sniarum in.iij.di,v.dicit.q̃ non debet dici diuina natura est caro facta: sicut dicit verbuz caro factum est:sed exponenda est sic diuinitas facta est homo.i.naturaz humanã assumpsit in vna persona. Multa alia exempla presto facile inducere possemus in mediũ q̃ breuitatis gratia ꝛ q: nota sunt doctis relinquimus. Quare manifestum est q̃ non est sufficiens ratio nec excusatio legitima si quis dicat hoc sub tali forma verboꝝ in scriptura sancta legitur aut a sanctis patribus traditũ est ergo possumus nos sic dicere: sic loqui: talibus vti verbis.quippe nos non habemus tam liberam licentiã loquendi in materia fidei quã sp̃ũssanctus in sacra scriptura: aut sancti doctoꝛes qui sp̃ũ sancto locuti sunt tenuere. nec

Nota quinto

Nota differentiã hanc

regule ille Thiconij que claues vocãtur scripture: qr eis vt inquit Aug. li. de doc. xpiana. diuinarũ scripturaruz aperiũtur occulta que sunt date non ad vtenduz sed ad exponendũ non ad extendendũ moduz loquendi scripture quẽ non sine magno mysterio ⁊ diuine sapientie ꝓfundissima dispositione credimus sanctos patres tenuisse: sed ad intelligendũ obscuros ⁊ difficiles passus eiusdem cũ omni integritate fidei ⁊ sinceritate.

Capitulum. lxix. De congruentia distinctionis ⁊ varietatis multiplicis statuũ ac officiorum in ecclesia.

Cap. LXIX

Xpeditis his

que de ecclie vniuersalis vnitate atq; de eius capite xpo saluatore nostro bñdicto dicenda venerãt: cõsequenter de distinctiõe ac varietate multiplici statuũ dignitatũ officiorũ atq; graduũ qua ipsam vlem eccliam mira speciositate ornatã resplendere conspicimus sermo habendus est. Sane in primis vniuersitas eccl'ie ex duabus partibus ꝓstat: laicis. s. ⁊ clericis. Nos enim duos ordines laicos scz ⁊ clericos: vt dicit Hugo de sancto vic. ij. pte de sacris: quasi duo latera corporis vniusvniuersitas ipsa eccl'ie cõplectit. Laici etiam ea terrena ⁊ terrene vite necessaria tractant ps corporis sinistra intelligunt. Clerici vero ea que ad spũalem vitã pertinent: dispensant quasi dextera pars corporis eccl'ie sunt. De q̃bus lateribus scribi videt per ꝓpbetaz psal. cxxvij. vbi dicitur. Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue. vbi glo. Augu. inquit sic. Uxor xpi est eccl'ia que fertilis est non in oibus: sed in lateribus dom⁹ tue. latera domus. i. eccl'ie xpi: sunt qui adherẽt ipsi.

Prima diuisio eccl'ie

Secũda que est officiorum

Amplius quemadmodum corpus naturale hominis ad sui integritatem non tam laterum diuersitatem exigit sed etiam multorum organorum distinctionem: que variis distributa virtutibus ⁊ variis actibus deputantur Ita corpus christi mysticum ad sui integritatem nõ nisi multis membris ⁊ multiformi varietate distinctis constare potest. Unde apostolus. i. Corinth' xij. Si erunt omnia membra vnum membrum vbi corpus ⁊c. quod vt ait glo. nõ nisi diuersis consistere potest: quasi dicat: si omnia membra essent vnum membrũ non mõ periret multitudo sensuũ sed etiã corp⁹. ita si in eccl'ia eẽnt oẽs vni⁹ officij ⁊ dignitatis non discernerent mẽbra nec corp⁹. h̃ gl. Quare sequit in ap'lo. Nũc aũt ne s. corp⁹ pereat inqt gl. Multa q̃dẽ mẽbra. s. sunt vnũ aũt corpus qđ ex oibus cõstat. Preterea cum ecclesia militãs exẽplata sit a triũphante ꝑm illud Exodi. xviij. Uide ⁊ fac oia ꝑm exemplar qđ tibi monstratũ est. ⁊ Ap'lus dicat. Hec exẽplaria sunt celestiũ: ad Heb. ix. ⁊ exemplata imitari debeãt illud vnde exemplant: ꝓns est vt quẽadmodũ illa mater nostra supna hierusalẽ ecclesia triũphans vt multiplici varietate ordinũ dignitatũ officiorũ premiorũq; distincta est: ita ⁊ ecclesia militans suo mõ multiformi gratiarũ virtutũ ⁊ meritorũ necnõ dignitatũ ac officiorũ adornata distiguit. Quã ob rẽ in ei⁹ laude Prophẽta in ps. xliij. loquẽs inquit. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. vbi glo. inqt. Doctrina ap'lorũ: cõfessione martyrũ: puritate virginũ: ⁊ lamẽto penitentiũ ornatur regina. i. ecclesia. Fuit aũt hec varietas gratiarũ ac virtutũ q̃bus ornata refulget ecclesia figurata in tabernaculo veteri qđ multiformi varietate vasorũ ac ornamentorũ distinctũ fuisse legimus. Unde glo. sup Exo. c. xxviij. dicit Tabernaculũ verus cũ ornamẽtis ⁊ vasis suis significasse ecclesiã pulchra virtutũ et ꝑsonarũ varietate distinctã. Decentia hui⁹ varietatis multiplicis ecclesia dei iuxta beati Tho. doctrinã in. ij. ij. q. clxxxiij. ex tribus colligit. Primo quidẽ qr ipsa statũ officiorũ graduũq; dñia et multiplicitas facit ad ꝑfectionẽ ipsius ecclesie: sicut em̃ in rerũ naturalium ordine ꝑfectio que in deo simpliciter ⁊ vniformit̃ inuenitur in vniuersitate creaturarũ inueniri nõ potuit nisi diffomiter ⁊ multipliciter: ita etiam plenitudo gratie que in xpo sicut fontaliter adunat̃ ad membra eius diuersimode redundat ad hoc ꝙ corpus ecclesie sit perfectum: et hoc est qđ Apostolus dicit ad Ephe. iiij. Ipse dedit quidem quosdã aplos: quosdam aũt ꝓpbetas: alios vero euangelistas: alios aũt pastores ⁊ doctores ad cõsummationẽ sanctorũ ⁊ opus ministerij in edificationẽ corporis xpi. i. ecclesie. Secundo diuersitas officiorũ ⁊ statuum pertinet ad necessitatem actionũ que sunt in ecclesia necessarie. oportet autẽ ad diuersas actiones diuersos deputari ad hoc vt expeditius ⁊ sine cõfusione omnia peragãtur ⁊ hoc est qđ Ap'lus dicit ad Roma. xij. Sicut in vno corpore multa membra habem⁹ omnia aũt mẽbra nõ eundem actum habent ita multi vnũ corpus sumus in xpo. vbi glo. inqt Ambro. Ecce humani corporis exemplo docet nõ posse nos singulos habere omnia ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere: quia inuicem officijs nostris indigemus. Hac ratione inquit beatus Grego. in ca. singula di. lxxxix. Singla ecclesiastici iuris officia singu-

Diuisionis decentia

lis quibuscꝫ ꝑsonis figillatim cõmitti iube mus. sicut em̃ in vno corpore multa membra habemus oĩa autẽ membra non eundẽ actũ habent: ita in ecclesia spũali corpore conferẽ dum est hoc officiũ vni: alij cõmittendum est aliud. nec em̃ quantũlibet exercitate vni ꝑsone vno tpe duaruz rerũ officia cõmittenda sunt. qz si totuz corp⁹ est oculus: vbi auditus? hec ille. Tertio hec statuum officiorũqꝫ differentia ad dignitatem operatur ⁊ pulchritudinem ecclesie que in quodam ordine consistit. Unde. iij. Reg. x. dicitur. qꝫ videns regina saba oẽm sapientiam salomonis ⁊ habitacula seruoꝝ ⁊ ordines ministrantiuz non habebat vltra spm̃. Unde ⁊ apls dicit. ij. ad Thymo. ij. qꝫ in magna domo non solum sunt vasa aurea ⁊ argentea sed lignea ⁊ fictilia. Hmõi autem varietas tam decenter ordinata in ecclesia maximam operatur pulchritudinez ac venustatem. Unde Diony. iiij. de di. no. comparationem rerum earundẽqꝫ consonantiam fontalis radij vocat traditiões pulchrificas: id est pulchritudinem facientes. Et Bernar. super Cant̃. ait. Ordo modum tribuit ⁊ decorem ⁊ perpetuitatem. Et beatus Gregorius in ca. singula. di. lxxxix. parum supra cõmemorato hoc cõfirmans dicit sic. Sicut varietas membrorum per diuersa officia ⁊ robur corporis seruat ⁊ pulchritudinẽ repꝛesentat: ita varietas ꝑsonarũ per diuersa nihilominus distributa officia ⁊ venustatez sancte dei manifestat ecclesie. hec ille.

Capitulum. lxx. In quo ponuntur obiectiones contra varietatem ⁊ diuersitatem statuum ac officiorum in ecclesia dei.

Esplm LXX

Verunt autem

f

Argumentum primum

beretici quidam venustatis et pulchritudinis ecclesie aduersarij: qui aduersus ea que de varietate ⁊ diuisione statuum ⁊ officioꝝ ac graduum in ecclesia dicta sunt multipliciter arguunt. Primo sic. Diuersitas vnitati repugnat: sed fideles xpi ad vnitatem vocãtur spm illud. Job. xvij. Ut sint vnum in nobis sicut ⁊ nos vnum sumus. ergo in ecclesia non debet esse diuersitas aliqua statuum vel officiorum.

Secundum

Secundo sic. Natura non facit per multa quod potest facere per vnuz. sed operatio gratie est multo ordinatior qꝫ operatio nature. ergo cõuenientius esset qꝫ ea que pertinent ad actus gratie per eosdem administrarent: ita vt nõ esset in eccl'ia tanta diuersitas officioꝝ ⁊ statuũ.

Tertium

Tertio sic. Bonũ eccl'ie maxime videtur in pace cõsistere: spm illud psal. Qui posuit fines tuos pacẽ. Et. ij. Corinth. vlti. Pacem habete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis ⁊c. sed diuersitas est impeditiua pacis quã similitudo causare videt: spm illud. Eccl'i. xiij. Omne aial diligit sibi simile. ⁊ pbus dicit Politicorum. vij. Ꝛ modica differentia facit in ciuitate dissidium. ergo videt qꝫ non oporteat in eccl'ia esse diuersitatem statuum ⁊ officiorum.

Quartum

Quarto sic. Unitas est saluationis motus: qm̃ vna est via ad saluationẽ scz xpus: qui ait Job. ix. Ego sum via veritas ⁊ vita: ⁊ nemo venit ad patrẽ nisi per me. cum autẽ in diuersitate statuum ⁊ religionũ multiplex via det: vtputa alia prelatoꝝ: alia religiosoꝝ: aut monachoruz. ⁊ inter istos multiplex sit varietas viarum aliqui dicunt ordinis predicatoꝝ: aliqui ordinis minoruz ⁊c. Quare videt qꝫ talis differentia nõ sit cõueniens.

Quintum

Quinto sic. In primitiua eccl'ia non fuit hec distinctio ordinum aut religionum differentia sancti Aug. sancti Bñdicti. sancti Dñici ⁊ ffrancisci ⁊c. ergo videt qꝫ etiã nunc in eccl'ia esse non debeat.

Sextum

Sexto sic. In primitiua eccl'ia tantuz dicũtur fuisse epi ⁊ pbri ac dyaconi. non fuerunt autem vt videt alij inferiores ordines: ⁊ per cõsequẽs non videt qꝫ sint alij ordines in eccl'ia ponendi preter iaz dictos.

Septimum

Septimo sic. In ecclesia primitiua non legũtur prelati nisi epi qui dicunt maiores sacerdotes: ⁊ presbyteri q̃ dicũtur sacerdotes secundi ordinis: non autem fuerũt cardinales nec patriarche ꝓmates archiepiscopi archidyaconi decani: ⁊ sic de multis. ergo videtur qꝫ talis varietas in ecclesia esse non debeat.

Capitulũ. lxxi. In quo datur responsio ad obiectiones iam factas contra varietatem ⁊ diuersitatẽ statuũ ⁊ officiorum in ecclesia dei.

Eap̃. LXXI

Is non obstan

b

Ad primum

tibus dicenduz est vt priꝰ: qm̃ varietas ⁊ differẽtia hec statuũ dignitatum ac officioꝝ cõuenientissime ab ipso fundatore xpo (q̃ iuxta apostolũ. i. Corinth. i. virtus dei ⁊ sapientia est) posita est in eccl'ia: cuz vt in ꝓcedenti. c. deduximus ad integritatem perfectionẽ decoreqꝫ pertineat eccl'ie faciatqꝫ ad habiliorem diuinoꝝ ministerioꝝ expeditionem. Dicendum est ergo ad rões in oppositũ. Ad primã rñdetur qꝫ non q̃libet diuersitas repugnat cuilibet vnitati: vñ diuersitas mẽbroꝝ in vno corꝛpore non repugnat vnitati corporis imo pfectio eius vt dicim⁹ ex illoꝝ varietate resultat Vñ apls ad Ro. xij. In vno corpe multa mẽbra habem⁹. ⁊ ita dicim⁹ qꝫ diuersitas prefata statuũ ⁊ officioꝝ in eccl'ia non impedit in aliquo eccl'ie vnitatẽ q̃ per vnitatẽ fidei charita

tis ⁊ mutue subministrationis pficit: ſm illꝺ apl̄i ad Ephe. iiij. Ex quo totū corpus. i. eccle sia cōpactū est. glo. per fidē: ⁊ cōnexuz vinculis charitatis per oēm iuncturā subministrationis dum scz vnus alij seruit: ⁊ ita varietas ista in ecclesia statuū ⁊ officioꝝ stat cum vnitate eccl̄ie. Unde glo. super illud. i. Corin. xij. Nam corpus non est vnū membrū sed multa: dicit sic. Ostendit apl̄us per similitudinē humani corpis vnitatē corporis xp̄i. i. eccl̄ie habere varietatem officioꝝ ⁊ diuersitatez hanc non tollere vnitatē: sicut humani corpis vnitas non in singularitate consistit sed in multis mēbris vt sibi inuicē p̄sent qꝺ debent. Ibi.

Ad secundum

Ad secundum rn̄dek: ꝙ sicut natura nō facit p multa qꝺ pōt facere p vnū ita etiam nō coartat in vnū id ad quod multa requirūtur: ſm illud apl̄i. ij. Cor. xij. Si totum corpus oculus: vbi auditus? vn̄ etiam in eccl̄ia q̄ est corpus xp̄i oportuit membra diuersificari ſm diuersa officia status ⁊ gradus: qz ista non poterant cōuenienter administrari per vnū.

Ad tertium

Ad tertiū rn̄dek iuxta sanctū Tho. vbi. s. ꝙ sicut in corpore naturali membra diuersa cōtinenꝫ in vnitate p virtutē spūs viuificātis quo abscedente mēbra corporis separanꝫ: ita etiam in corpore eccl̄ie pax diuersoꝝ membroꝝ ꝛ̄tute spūssancti qui corpus ecclesie viuificat: vt habetur Job. vi. Unde ⁊ apl̄s dicit ad Eph̄. iiij. Solliciti seruare vnitatem spūs in vinculo pacis. Discedit autē aliq̄s ab vnitate spūs dum querit que sunt ꝓpria: sicut etiā in terrena ciuitate pax tollit ex hoc ꝙ ciues singuli q̄ sua sunt querunt: alioq̄n per officioꝝ ⁊ statuū distinctionem tam mentis q̄ in ciuitate terrena magna pax conseruaꝫ inquantum per hoc plures sunt qui cōicant actibus publicis. vn̄ ⁊ apl̄s dicit. i. Cor. xij. ꝙ deus sic tēperauit vt non sit scisma in corpore: sed p inuicē sollicita sint membra.

Ad quartum

Ad quartaz rn̄dek: ꝙ vna via ē saluatiōis p̄ncipalis ⁊ fundamētalis cōis oibus boibus. s. fides xp̄i cuz obseruantia mandatoꝝ dei: ſm illud Matḥ. xix. Si vis ad vitam ingredi serua mādata. Sed in illa via regia sunt etiam alie diuerse vie siue semite que attendūtur penes diuersa opera charitatis q̄ bus homo vacare pōt vel penes diuersitatez exercitioꝝ q̄bus aliqui exercenꝫ ad perfectionem charitatis. Unde sunt q̄dam modi viuēdi ⁊ pgrediendi in via dn̄i: ſm illud Augu. In via dei in qua alius sic alius sic ibat. De q̄ rum viarū siue semitarum varietate ꝓpheta loquens sic. psal. xxiij. ait. Vias tuas dn̄e demonstra mihi ⁊ semitas tuas edoce me. vbi p vias p̄cepta accipiunt: p semitas vero que angustioꝝ sunt cōsilia euāgelica designanꝫ. Un̄ sup illud psal. xxiij. Deduxit me p semitas iusticie: dicit gl. Semitte iusticie sunt arctiora p̄cepta ⁊ perfectioꝝ cōsilia. Quare cum religiones p̄uate in eccl̄ia dei nō sunt vie alie alienate diuersitatis aut ꝛ̄rietatis a via illa p̄ncipali cōi oibus in eternā beatitudinez tendere cupiētib?: sed illā in se ꝓtinent tanq̄ fundamētalē supaddentes illi cōsilia pfectiora: ptz ꝙ aduersarioꝝ rō non ꝓcedit cū in falsa imaginatōe fundet.

Ad q̄ntum

Ad q̄ntā rn̄dek: negādo ꝓnam: multa essꝫ ꝓcessu tp̄is instituta sunt in eccl̄ia dei tam circa cultum diuinū q̄ circa vsum sacroꝝ ⁊ distinctionē ministroꝝ ⁊ vocabuloꝝ varietatē que in ipso nascētis ecclesie exordio nō fuerūt sicut manifestū est spū sctō inspirāte q̄ non parū ornamēti ⁊ decoris cōferunt sctē dei eccl̄ie. Preterea licet religionū differētia ⁊ varietas in habitib?⁊ cerimonijs nō fuerit in ꝓmitiua eccl̄ia quāta nūc: nihilominꝰ substātialia fundamēta oim religionuz videlz abrenūciatio oim rerū tpaliū ꝓpt̄ xp̄z. castitas ⁊ obediētia in ꝓmitiua eccl̄ia fuerūt: que maxime in apl̄is floruerunt.

Ad sextum

Ad sextū rn̄dek pariter negādo ꝓnam rōne iaz dicta. Secundo rn̄dek iuxta san. Tho. in. iiij. di. xxiij. ꝙ in ꝓmitiua eccl̄ia ꝓpter paucitatē ministroꝝ oia inferiora ministeria dyaconis cōmittebātur. vt ptz p Dion̄. in li. eccle. hierar. nihilominus erant p̄dicte ptātes sed implicite in vna dyaconi ptāte: sed postea ampliatus est cultꝰ diuinus ⁊ eccl̄ia qꝺ implicite bēbat in vno ordine explicite tradidit in diuersis. et hoc mō dicit magr̄ sniarum ꝙ eccl̄ia aliquos ordines sibi instituit.

Ad septimum

Ad septimū rn̄dek negādo consequentiā: ⁊ cā est. Tum qz sicut habuit auctoritatem instituendi ⁊ deputandi varias p̄sonas variis ⁊ distinctis officijs: ita habuit auctoritatē noiandi ⁊ ponēdi eis diuersa vocabula ſm diuersitatē officioꝝ. Tuz qz illi quos patriarchas archiep̄os etiā dicimus sunt ep̄i cardinales vero aut p̄sbyteri aut dyaconi sunt. Unde hoc nō est nouos ordines in ecclesia introducere: sed in ordinibus constitutos iuxta varietatez officioꝝ q̄bus deputati sunt dignis nominibus appellare. de nominibus autem nō debet esse altercatio cum ꝓhibitū non sit illos sic nominari.

Capitulum. lxxij. De triplici diuersitate que in corpore ecclesie principaliter reperitur.

Capm LXXII

Si multiplici varietate eccl̄ia sancta dei ornata refulgeat: tñ triplex potissime in ea varietas confide

rat̃ que cā pre alijs venustiorē ac splendidiorē reddit: videlz differētia statuū officioꝝ ⁊ graduū: quoꝝ distinctio sic ex superioribus colligit̃. Diximus aūt parū ante in capitulis superioribus q̄ diuersitas in mēbris ecclie ad tria ordinat̃: videlz ad pfectionē ipsius corpis mistici ⁊ integritatē dicēte apl̄o. i. ad Colo. xij. Corpus non est vnū mēbrū sed multa. Secūdo ad cōgruentiorē expeditionē actionū que sunt necessarie in eccl̄ia. q̄m vt ait apl̄s vbi. s. Si totū corpus oculus: vbi auditus? id est si in eccl̄ia vt ait Ambr. in glo. oēs essent vnius officij: quō impleret̃ necessitas corporis cuiꝰ gñationi diuersis opus est. Tertio ad decoremz qui ex vbitate ⁊ ordine cōsurgit: ꝑm hec tria p̄fata triplex distinctio diuersitatis fideliuz in ipso eccl̄ie corpe accipi pōt. Una q̄dem p respectū ad pfectionem q̄ maxime attendit ꝑm charitatē. iuxta illud apl̄i ad Colo. iij. Super oia charitatē habete q̄ est vinculū pfectionis. Unūquodq; dicit̃ esse perfectū cū attingit p̄ prum finē qui est vltima rei pfectio: charitas autem est q̄ vnit nos deo qui est vltimus finis humane mentis: q; q̄ manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo vt dicit̃. i. Joh. iij. Quare merito ꝑz charitatē dr attēdi pfectio vite xp̄iane. Per respectū aūt ad hāc vite pfectionemz accipit̃ distinctio statuū put q̄dam alijs sunt perfectiores. Secunda vero distinctio accipitur p respectū ad actionē: ⁊ hec est distinctio officioꝝ. Officiū em̄ vt dicit Jsido. li. etbimo. ab officiendo dicit̃. officere aūt a quo sumit̃ nomen officij importat actionē tēdentē in aliud ⁊ ideo officia p̄prie dicunt̃ actus q̄ referūtur ad alios. Unde in diuersis officijs esse dicunt̃ q̄ ad diuersas actiones deputati sunt: sicut doctor dicit̃ habere officiū docendi: ⁊ iudex iudicū faciendi: ⁊ sic de alijs. Alia aūt distinctio accipit̃ per respectū pulchritudinis eccl̄ie: et ꝑm hoc accipit̃ differentia graduū. put scz in eodem statu vel officio vnus est alio superior. Unde in psal̄. dicit ꝑm aliaz litterā. Deus in gradibus eius cognoscet̃. de qua diuisione videtur apl̄s loq̄. i. ad Corinth. xij. di. Diuisiones gratiarum sunt. glo. Gras hic appellat gradus ⁊ ordines qui sunt in officio eccl̄ie.

Officium

Capitulū. lxxiij. Quid noie status designetur.

Capl̄z LXXIII

Via de differen

q tia statuū in eccl̄ia sermonē incboaturi: oportunū duximus p̄ dictoꝝ ⁊ dicēdoꝝ plenioꝝ intelligētia vt q̄d in rōne status importet̃ enucleemus. Status p̄prie loquēdo. vt ait scūs Tho. in. ij. ij. q. clxxxiij. significat quādam positionis dr̃iam ꝑm quā aliq̄d disponit̃ ꝑm modū nature cū quadā immobilitate. est em̄ naturale hoi vt caput eius in supiora tēdat ⁊ pedes in terra firmet̃: ⁊ cetera mēbra media cōuenienti ordine disponant̃: qō q̄dez non accidit si bō iaceat vel sedeat sed solū dum rectus stat: nec rursus stare dr si moueat̃ ꝑ qn̄ q̄escit. Et inde est q̄ etiā in ipsis humanis actibꝰ dr negociū aliq̄d statū habere ꝑm ordinē p̄p̄e dispositionis cū quadā immobilitate seu q̄ete. Un̄ ⁊ circa boies ea q̄ de facili circa eos variant̃ ⁊ extrinseca sunt nō ꝓstituūt: puta q̄ aliquis sit diues vel pauper in dignitate ꝓstitut? vl̄ plebeius vel si q̄d aliud ē hmōi. Un̄ ⁊ in iure ciuili dr: q̄ ei q̄ a senatu amouet̃ magis dignitas q̄ status auferat̃: sed solū videt̃ ad statū hois ptinere qō respicit obligatiōez p̄sone hois. put aliq̄s est sui iuris vl̄ alieni ⁊ hoc nō ex aliqua cā leui vel de facili mutabili sed ex aliquo p̄manēte. Et hoc est qō ptinet ad rōnē libertatis vel ꝑuitut̃. Un̄ status p̄prie ptinet ad libertatē vel seruitutē siue in spūalib? siue in ciuilibus. put consueuit dici q̄ error p̄sone aut conditionis vel status impedit matrimoniū nō aūt error fortune vel qualitatis. ⁊ isto modo accipit̃ status. ij. q. vi. c. si q̄n. vbi dicit papa Adrianus. Si q̄n in cā capitali vel cā status interpellatū fuerit nō p̄ exploratores: sed p̄ seipsos est agendū. Ubi cā status appellat̃ ptinens ad libertatē vl̄ ad seruitutē: vt satis aperte colligit̃ ex glo. Dicimus aūt q̄ status p̄prie loquēdo ptinet ad ipsam rōnem libertatis vel seruitutis q̄m si large ⁊ improp̄e de noie status loquamur: noie stat? aliq̄n importat̃ sola rectitudo. iuxta illud Ezech. xi. Si li bois sta sup pedes tuos. ⁊ Greg. dic̃. vi. moral̃. Ab oi statu rectitudinis desperēt q̄ p noxia ꝙba dilabunt̃. Aliq̄n noie stat? sola importat̃ firmitas siue imobilitas. iuxta illd apl̄i. i. Cor. xv. Stabiles estote ⁊ imobiles. Un̄ dic̃ Greg. sup Eze. Lapis quadrat? est. i. quasi ex oi latere stātū bz q̄ casuz ex aliqua p̄mutatiōe nō bz. Preterea aliq̄n noie status importari videt̃ gradus altior: siue altitudo aliq̄ dignitatis. nā ex hoc aliq̄s dr stare in altū q̄ erigit̃. Sed reuera nullū istoꝝ adimplet rōnez stat? non q̄dem rectitudo sola. Tum q; in alijs aialibus nō req̄ritur rectitudo ad hoc q̄ stare dicant̃. Tum q; nec etiam boies stare dicuntur quantūcūq; recti nisi quiescāt. Preterea nec sola immobilitas sufficit ad rationem status: ptz q; etiam sedens ⁊ iacens quiescūt qui tn̄ non dicunt̃ status. Ceterum nec gradus nec altitudo dignitatis sufficit ad rōnem status: gradus em̄ dicit̃ ꝑm ordinem superioritatis ⁊

Status

inferioritatis: status vero dicit imobilitatez eo q̄ ptinet ad cōditionē persone. Patz ergo q̄d in sermone nostro in rōne status importari intelligamus. Distinguunt aūt tres stat⁹ in eccl'ia scz prelatoꝝ: religiosoꝝ: t ꝓiugatoꝝ ex euāgelio Math. xxiij. vbi dr. Duo in agro: duo in lecto: t duo in molēdino. In agro sunt vt exponit btūs Aug sup psal'. cxxxi. q̄ gubernant eccl'iam: t ita prelati. Unde dicit ap'lus Vide si non in agro erat: ego plantaui apollo rigauit: sed deus incrementū dedit. In lecto aūt cos intelligi voluit qui amauerūt quietē. Per lectum vero q̄etos intelligi voluit nō mi scentes se turbis nō tumultui generis humani in ocio seruientes deo. In molendino exn̄tes intelligi voluit plebē ꝓiugatoꝝ q: in isto mūdo versant vbi molendinū intelligit q: sic vertit mūdus quō mola. Itē prefatus status designat in tribus illis viris. de q̄bus habet. Ezech. xiiij. vz in Noe Daniele t Job. Noe significat rectores eccl'ie: q: ipse archā in diluuio gubernauit. Daniel aūt vitā q̄etam elegit in celibatu seruire deo vxorē non querēs: erat vir sanctus in celestib⁹ desideriis vitā gerēs: p quē significant serui dei in religione viuentes: de q̄bus dicit. Ecce q̄ bonū t q̄ iocundū habitare fratres in vnū. In noie vero Job: q̄ habebat vxorē t filios tc. significant boni cōiugati. Ex q̄bus etiā apertissime habet q̄ nomine stat⁹ importet firmitas ppetue obligationis cū aliqua solēnitate: sicut pz in statib⁹ illis trib⁹: quoꝝ primus t suprem⁹ status platoꝝ designat per Noe: q̄ obligant ad opera perfectionis t cū solēnitate aliqua benedicunt t cōsecrant. Secūdus status est religiosoꝝ qui obligant ad ppetuā cōtinentiā cū solēnitate voti ꝓfessionis. Tertius q̄ infim⁹ ponit est q̄ obligant obligatione matrimoniali etiā cuz solēnitate quā facit eccl'ia. Et ita ptz q̄ ꝓpter rōne status q̄dam imobilitas t firmitas ppetue obligationis cū solēnitate quadā importetur sicut inferius etiā plenius oñdet. dimisso aūt tertio statu. s. cōiugatoꝝ: in quo magis importat obligatio siue seruitus quedam carnalis cū sit ad debitū carnale reddendum q̄ spūalis: vt ptz: cōsequemur differētiā statuū ptinentiū ad seruitutē vel libertatem spūalē.

Status triplex ecclesie

Psal. cxxxij.

Capitulū. lxxiij. Q̄ differentia statuū pertinentium ad spūalem seruitutem vel libertatem attendit ſm incipientes ꝓficientes t perfectos.

Cap. LXXIIII

Dcuturi autez

I de differentia status spūalis seruitutis repetere necesse habemus q̄ status put iam expositum libertatē respiciat vl' seruitutē. Inuenit autem in reb⁹ spūalibus duplex seruit⁹ t duplex libertas. vna quidē est fuit⁹ peccati alia vero est seruitus iusticie. Sil'r etiā est duplex libertas vna quidē a pc̄o: alia vero a iustitia vt patet p Ap'lm ad Ro. vi. Cum serui essetis peccati liberi fuistis iusticie: nunc aūt liberati a peccato serui facti essetis deo. Est aūt seruitus peccati vel iusticie cū aliquis ex habitu peccati ad malū inclinat vel ex habitu iusticie ad bonum. Sil'r aūt libertas a peccato est cū aliquis ab inclinatione peccati nō superatur. Libertas aūt iusticie cū aliquis ꝓpter amorem iustitie nō retardatur a malo. Verū tn̄ q: homo ſm naturalē rationē ad iustitiā inclinatur: peccatū aūt est contra naturalez rationē ꝓñs est q̄ libertas a peccato sit vera libertas que comūgitur seruituti iustitie: q: p vtrunq; tendit homo in id q̄d est cōueniēs sibi. Et sil'r vera seruit⁹ est seruitus peccati cui cōiungit libertas a iustitia: q: sic p hec impedit hō ab eo q̄d est ꝓpriū sibi. hoc aūt q̄ homo efficiat seruū iustitie vel peccati ꝓcurrit per humanū studium sicut ap'lus ibi dicit: cui exhibetis vos seruos ad obediendum serui eius estis cui obeditis siue peccati ad mortē siue obeditionis ad iustitiā. In omni aūt studio est accipere principiū mediū t terminū. t ideo ꝓñs est q̄ stat⁹ spūalis seruitutis t libertatis ſm tria distinguunt. s. ſm principiū ad q̄d pertinet stat⁹ incipientiū: t mediū ad q̄d pertinet status ꝓficientiū. t terminū ad quem ptinet status perfectoꝝ. Dicit em̄ beat⁹ Greg. super Eze. t habetur de pe. di. iij. §. hec q̄ de charitate. Alia nāq; sunt virtutis exordia aliud ꝓfectus aliud perfectio. Preterea cōueniēter huius diuisionis accipit ex eo q̄ libertas a peccato fit per charitatē que diffundit in cordib⁹ nostris per spiritum sanctū: vt dr ad Ro. v. Unde. ij. ad Cor. iij. inquit Ap'lus. Ubi spirit⁹ dñi ibi libertas ideo eadem videtur diuisio charitatis et statuum pertinentium ad libertatez. Distinguūtur autem cōueniēter gradus charitatis tres scz incipientium: proficientium: t perfectoꝝ. Dicit enim Aug. super primam Cañ. Joban. Charitas cuz primo fuerit nata nutritur (q̄d pertinet ad incipientes) cum fuerit nutrita roboratur: (quod pertinet ad proficientes) cum fuerit roborata perficitur: quod pertinet ad perfectos. Conueniēter ergo dictum est q̄ differentia statuū pertinentium ad spiritualem seruitutem vel libertatem attēdatur ſm incipiētes proficientes t perfectos.

Seruitus duplex

Libertas duplex

Capitulum. lxxv. In quo declaratur quibus conueniat esse perfectos; et quibus conueniat esse in statu perfectionis.

Cap̃. LXXV

Vãuis statuũ

ad spiritualẽ seruitutẽ vel libertatem ptinentiũ dĩa ſm incipientes ꝓficiẽtes ac pfectos vt prędiximus attendaꝫ tribilomin⁹ q̃ incboatio ⁊ augmentũ nõ querũtur ꝓpter se ſ ꝓpter pfectionẽ: nulla genera hominũ spãliter deputanꝫ statui incipientiũ ⁊ ꝓficientiũ: sed solũ ad pfectionis statuꝫ aliqui hoies cum quadã obligatione ⁊ solẽnitate assumunꝫ. Quocirca de statu pfectionis vtputa ad quẽ alij status ordinãtur sermonez nostrũ ꝓsequemur declarãtes in primis in q̃bus vite spũalis perfectio cõsistat: ⁊ quib⁹ in statu pfectionis esse cõueniat. Pro primo aũt notandũ est: q̃ vite spũalis pfectio ex charitate pensanda est. qõ ex eo primo ostẽdit: qz cũ vnũquodq̃ dicaꝫ pfectũ in q̃tum attingit propriũ finẽ qui est vltima rei pfectio: ⁊ charitas sit que vniat nos deo qui est vltim⁹ finis humane mentis: ſm illud .i. Joh. iij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. manifestũ est q̃ ſm charitatem perfectio vite spiritualis maxime attendaꝫ. Secundo: ſi charitatem nõ habens nihil spũaliter esse dicit: dicente Apõlo .i. ad Corin. xiij. Si habuero ꝓphetiam ⁊ nouero oĩa mysteria ⁊ oẽm scientiam ⁊ ſi habuero oẽm fidem: ita vt mõtes transferã charitatez aũt nõ habuero nihil sum. luce clarius habeꝫ q̃ vite spiritualis pfectio in charitate cõsistat. Tertio idem colligit ex eo q̃ Jo. totam spũalem vitam in dilectione asserit eẽ dicẽs .i. Joh. iij. Nos scim⁹ q̃m translati sum⁹ de morte ad vitã q̃m diligim⁹ fratres quos q̃ nõ diligit manet in morte. A pfectione q̃ charitaꝫ simpliciter aliq̃s in vita spũali dicit esse pfectus. Unde ad Colo. iij. inq̃t Apõlus. Super oĩa charitatem habete que est vinculũ pfectionis. Amor aũt vim trãsformatiuã habet qua amans in amatũ quodãmodo transfertꝫ. Unde Dio. li. de diui. no. c. iij. dicit. Est aũt extasim faciens diuinus amor non sinens suipsorum amantes esse sed amatorum. Quia q̃ totũ ⁊ pfectum idem sunt: vt Arist. dicit. iij. phy. perfecte charitatẽ habet qui totaliter in deũ transformatur seipsum ⁊ oĩa postponens ꝓpt deũ Unde Aug. xiij. de ciui. dei dicit: q̃ sicut ciuitatem babylonis fecit amor sui vsq̃ ad contẽptum dei: ita ciuitatez dei facit amor dei vsq̃ ad contemptũ sui. cuiuscunq̃ ergo mẽs sic est affecta interius vt seipsum ⁊ omnia contẽnat ꝓpter deum ſm illud Apõli ad Phil. iij. Que mihi aliquãdo fuerunt lucra arbitratus sum vt stercora vt x̃m lucrifaciam. iste perfectus

Perfectio in quo consistit

est siue sit religiosus siue secularis: siue clericus siue laicus etiã matrimonio cõiunctus. Abraham eñ matrimonio cõiunctus erat et diues cui deus dixit. Gen. xvij. Ambula coram me ⁊ esto perfectus. Et Eccli. xxxi. dicit. Beatus diues qui inuẽtus est sine macula ⁊ post aurũ non abijt. Et post pauca subdit. Qui probat⁹ ẽ in illo ⁊ perfect⁹ inuẽt⁹ est. Preterea de secũdo cõsiderandũ est: q̃ non est idem esse perfectum ⁊ esse in statu perfectiõis. sunt eñ aliqui in statu perfectionis q̃ nondũ sunt perfecti sed interdũ etiam pctõres: sunt etiam aliq̃ perfecti q̃ in statu perfectionis non sunt. Ad videndũ aũt quõ hoc sit: est aduertendũ q̃ ſicut. ꝫ dictũ est in. c. ꝓcedẽti. status ꝓprie pertinet ad cõditionẽ libertatis vel seruitutiſ. spũalis aũt libertas siue seruit⁹ põt attẽdi in hoie dupliciter. vno modo ſm id qõ interius agit. alio modo ſm id qõ agitur exterius. Et qz vt dicitur .i. Regl. xvi. hoies vident q̃ patẽt sed deus intuet corda. Inde ẽ q̃ ſm interiorẽ hois dispositionẽ accipit cõditio spũalis status in hoie in cõparatione ad iudiciũ diuinũ: quo modo pñt distingui status gre ⁊ stat⁹ culpe. Scõm aũt ea q̃ exterius aguñ accipit spũalis stat⁹ in hoie per cõparationẽ ad eccliaz: ⁊ hoc mõ nunc de statu loq̃mur ꝓut scz ex diuersitate statuũ quedam pulchritudo cõsurgit. Ceterũ est considerandũ q̃ quantuz ad hoies ad hoc q̃ aliquis adipiscaꝫ statũ libertatis vel seruitutis requirit q̃dem aliqua obligatio vel absolutio. non eñ ex hoc q̃ aliquis seruit alicui efficit seruus q: etiam liberi seruiũt: ſm illud ad Gal. v. Per charitatẽ spũs seruite inuicez nec ex hoc q̃ aliquis desinit seruire efficitur liber: sicut ptz de seruis fugitiuis. sed ille ꝓprie seruus est q̃ obligatur ad seruiendũ: ⁊ ille est liber q̃ a seruitute absoluit. Secundo requiritur q̃ obligatio predicta cũ aliqua solẽnitate fiat sicut ⁊ in ceteris q̃ inter hoies obtinẽt ꝓpetuã firmitatem quedam solẽnitas adhibetur. Sic ergo in statu pfectionis ꝓprie dicit aliq̃s esse nõ ex hoc q̃ habet actũ perfecte dilectionis: sed ex hoc q̃ obligat se perpetuo cũ aliqua solẽnitate ad ea q̃ sunt pfectionis. Cõtingit etiã q̃ aliq̃ se obligant ⁊ non seruãt: et aliq̃ implent ad qõ se non obligarũt sicut ptz JMath. xxv. de duobus filijs: quoꝝ vnus patri dicenti operare in vinea rñdit nolo: ⁊ post ea abijt. alter autẽ rñdens ait eo ⁊ non iuit. et ideo nihil ꝓhibet aliquos esse perfectos qui non sunt in statu pfectionis ⁊ aliquos esse in statu perfectionis qui non sunt perfecti.

Differentia inter pfectos ⁊ existentes in statu perfectionis

Cap̃lm. lxxvi. Qz prelatis maioribus ecclesie. s. epis ⁊ religiosis ꝓprie competat esse in statu perfectionis.

Capꝫ LXXVI

Xhis que iam

e dixímus facile est videre taz ꝓlatos maiores eccl'ie scz epos q̄ religiosos in statu perfectionis esse. Cum em̄ vt in precedenti. c. dictū est ad statum perfectionis requirat obligatio ꝓpetua ad ea que sunt perfectionis cuz aliqua solēnitatē: cū vtrūq; hoc cōpetat tam epis q̄ religiosis: manifestum est illos in statu perfectionis esse. De epis quidem patz. obligant q̄dem se ad ea que sunt perfectionis cum pastorale officium assumunt: ad qō pertinet vt animam suā ponat pastor ꝓ ouib⁹ suis: sicut dicitur Job. x. Quod exponens btūs Greg. ita dicit. Audistis fratres eruditionē nostrā 7 periculum nostrū. Et postea subdit. Ōnsa est nobis de contēptu mortis vita quaz sequamur: primū est exteriora nostra misericorditer ꝓ ouibus impendere: postremuz vero si necesse fuerit etiam mortē nostram ꝓ eisdem ouibus ministrare. Quod vero ad hanc perfectionē se obligant epi colligit ex illo apli. i. ad Thy. vlti. Certa certamen bone fidei: apprehende vitam eternaz in qua vocatus es 7 confessus bonam cōfessionē coram multis testibus. s. in tua ordinatione vt ibidē dicit glo. Preterea etiam adhibet quedam solēnitas cōsecrationis cuz predicta ꝓfessione: ꝑm illud. ij. Thy. i. Resuscites gratiam dei q̄ est in te per impositionē manuū mearū: qō gl. exponit de gratia epali. 7 btūs Diony. dicit in. c. x. eccle. hierar. q̄ summus sacerdos. i. epus in sua ordinatiōe habet eloquioꝝ super caput sanctissimā suppositionē: vt significetur q̄ ipse est participatiuus integre totius hierarchice virtutis: et q̄ ipse non solum sit illuminatiuus in oia que ptinent ad sanctas locutiones 7 actiōes sed q̄ etiam hoc alios tradat. Ex quibus facile est videre quibus prelatis: q: scz solis maioribus cōpetat esse in statu pfectionis quibus soluz cōpetit obligatio ppetua ad ea que perfectionis sunt cū solēnitate aliqua celebrata q̄ non competit alijs inferioribus prelatis: vtputa pbīis curatis atq; archidyaconis. vnō tales non videnť in statu perfectiōis esse. qō sctūs Tho. in. ij. ij. q. clxxxiij. ar. vi. ita deducit. In pbīis 7 dyaconibus habētib⁹ curam aiarum duo pñt cōsiderari. s. ordo 7 cura. Ordo autez ipse ordinatur ad quēdam actū in diuinis officijs. ex hoc autem q̄ aliqui suscipiunt sacrū ordinem accipiunt potestatez quosdā sacros actus perficiendi nō tñ obligant ex hoc ipso ad ea que sunt perfectionis nisi quatenus apud occidentalem ecclesiam in susceptione sacri ordinis emitteret ꝓtinētie votum quod est vnū eoꝝ que ad perfectionē pertinēt. Unde patet q̄ ex hoc q̄ aliquis accipit ordinē sacrū nō ponitur simpliciter in statu perfectionis: quāuis perfectio ad hoc req̄ratur q̄ alios digne hmōi actus exerceat. Similiter etiam ex parte cure quam suscipiunt nō ponūtur in statu perfectionis: licet constituant in aliquo officio. nō enim obligātur ex hoc ipso vinculo perpetui voti ad hoc q̄ curam aiarum retineant sed possunt eā deserere vel transeūdo ad religionē etiam absq; licentia epi: vt habetur in. c. due. xi. q. iij. vel etiam cū licētia epi dimittendo parochiam vel archidyaconatū 7 accipiendo simplicē prebendā sine cura qō pñt facere: qō tñ nullo modo liceret si essent in statu perfectionis. Nemo em̄ mittens manū ad aratrū 7 respiciēs retro ē apt⁹ regno dei: vt dī Luce. ix. Epi aūt quia sunt in statu perfectōis nō nisi auctoritate summi pōtificis ad quem etiam pertinet in votis perpetuis dispensare, possunt epalem curā deserere 7 etiā ex certis causis. Unde manifestū est q̄ nō oibus prelatis sed solū maioribus cōpetit esse in statu pfectionis. Q̄ vero hoc etiā cōpetat religiosis patet: religiosi em̄ voto se astringūt ad hoc q̄ a rebus secularib⁹ se obstineant quibus licite vti poterant ad hoc q̄ liberi⁹ deo vacēt in quo consistit perfectio vite p̄sentis. Un Diony. vij. ca. celestis hierarchie de religiosis loquēs dicit. Q̄ religiosos alij quidez famulos dei: alij quidem monachos nomināt ex dei seruitio 7 famulatu. i. indiuisibili 7 singulari vita viuentes: ipsos indiuisi filiū sanctis conuolutionibus. i. contēplationibus ad deiformem vnitatem 7 amabilem deo perfectionem 7c. Votum etiā obligatio fit cum quadam solēnitate ꝓfessionis 7 benedictionis. vnde ibidē subdit beat⁹ Diony. Propter qō 7 pfectaz ipsis donans gratiam sancta legislatio quadaz ipos dignata est sanctificatiua iuocatōe. Patet ergo q̄ tam episcopi q̄ religiosi ꝓfessi in statu pfectionis esse dicendi sunt. Unde beatus Diony. in libro. v. ecclesiastice hirarchie: attribuit episcopis perfectionem tanq̄ perfectoribus: 7 in. c. vi. eiusdē: perfectionē religiosis quos monachos vocāt siue deo famulātes tanq̄ pfectis 7c. Ubi considerandum q̄ cum teste beato Aug. super Gen̄. ad litteram: semper agens nobilius sit patiēte: 7 causa suo effectu. et ex iam dictis beati Dionysij in genere pfectionis epi se habent vt pfectores religiosi vero vt pfecti: quoꝝ vnū ptinet ad actionē: alterū vo ad passionē. manifeste habemus q̄ potior 7 altior sit stat⁹ pfectionis in epis q̄

religiosis. Preterea hoc etiaz ex eo ptz: q religiosus põt transire ad statũ epalez. Dicit em in. c. i. xvij. q. i. q sacra ordinatio de monacho epm facit hoc autem nullo modo liceret nisi status epalis sit perfectior statu religiosorum qm nulli licet a maiori statu ad minorem trãsire: hoc em esset retro aspicere.

Capm. lxxvij. In quo ponunt obiectiones contra ea que dicta sunt de perfectione pontificalis stat9 z religiosorum.

Capz LXXVII

Uersus ea que

a dicta sunt in superiori ca. obijci tur multipliciter: maxime cõtra tria. Quoz primuz est q prelati superiores: vtputa epi sint in statu perfectionis. Secunduz est: q soli epi prelati maiores sunt in perfectiõis statu: non autem minores scz pbri curati siue archidyaconi. Tertiuz est q status prelatoz potior sit ac sublimior statu religiosoz. Contra primũ arguitur primo sic. Ad statum perfectiõis videtur ptinere renunciatio diuitiarum: fm illud Math. xix. Si vis perfectus esse vade z vende oia que habes z da pauperibus z veni z sequere me. sed epi possident qm possidere possunt licite diuitias siue bona tpalia. Dicit em in ca. epi. xij. q. i. Episcopi de rebus ppijs vel acqsitis vel quicqd de ppio habent heredibus suis si voluerint relinquãt. ergo videt q status prelatoz maioz scz epoz nõ sit status perfectionis dicendus. Secundo sic: status prelationis non est appetendus: dicẽte bto Aug. xix. de ciui. dei. Locus superior fine quo populus regi non põt z si administret vt decet: tamen indecenter appetit. ergo sequit q status prelationis non sit status perfectionis. cõsequẽtia videt nota eo q laudabile esse videat appetere statũ perfectionis. vnde laudabile est cõcupiscere statũ religionis. Contra secundũ arguit primo sic. Sicut epi suscipiũt curã aiarum cum consecratione: ita etiã pbri curati z archidyaconi. de qb9 supra illud. Act. vi. Considerate fratres viros boni testimonij septem pleno spũ sctõ zc. dicit glo. Bede. Hic discernebant apli per eccliam cõstituti septẽ dyaconos q essent sublimioris gradus z qua si colũne prime circa aram. Preterea in cõsecratione tam epi q sacerdotis verba sunt cõuenientia. s. vt cõsecrent z sanctificẽtur manus iste zc. ergo videtur q pbri curati sunt in statu perfectionis. Secundo sic. Sicut epi obligantur ad hoc q animaz suam ponant p ouibus suis: ita z pbri curati z archidyaconi. sed hoc pertinet ad perfectionem charitatis: fm illud Joh. x. Nemo maiorem charitatẽ habet vt aiam suam ponat quis p amicis. ergo videtur q presbyteri curati et archidyaconi sunt in statu perfectionis. Tertio sic. Religiosi sunt in statu pfectiõis. ergo multo plus presbyteri curati z archidyaconi. antecedẽs est cõclusio precedentis capituli. cõsequẽtia vero nota videt ex duobus. Primo q nulli licet de statu maiori ad minorem trãsire. de statu autem monastico licet transire ad officiuz presbyteri curam habentis: vt ptz in ca. vos autem. xvi. q. i. Secundo ptz ex eo: q pbri curati z archidyaconi eo q habent curaz aiarũ similiores sunt epis qui in statu perfectionis esse dicuntur: q religiosi. Contra tertiũ pncipale arguit primo sic. Perfectum principalius cõsistit in dilectione dei q primi: sed status religionis directe ordinatur ad dilectionez dei. vnde ex dei seruitio z famulatu nominatur. vt dicit Diony. vi. eccle. hierar. status autem epoz videtur ordinari ad dilectionez primi cuius. s. cure superintendũt vnde etiã noiantur. vt pz per Aug. xix. de ciui. dei. ergo videtur q status religiosoz perfectior sit statu prelatoz. Secundo sic. Status religiosorum ordinatur ad vitã contemplatiuã que potior est q vita actiua ad quã ordinatur status episcopoz. ergo videt q status religiosorum perfectior sit q status epoz.

Capitulum. lxxviij. In quo rñdetur ad rõnes iam factas in precedenti capi.

Capz. LXXVII

Dista facile est

a respõdere attentis his duob9 que superius enucleauimus videlicet in quo vite spiritualis perfectio principaliter consistat: z quid in ratiõe status importetur. Ad rationes ergo in oppositum est dicendum.

Ad primam respondetur: q abrenuntiatio propriarum facultatum dupliciter considerari potest. Uno modo fm q est in actu: et sic negatur assumptum. dicimus enim q ad perfectionem vite spiritualis: non pertinet essentialiter actualis abrenunciatio diuitiarum: licet sit quoddaz perfectionis instrumẽtum. Unde ad abrahã plures diuitias possidentem dns dixisse legitur. Gene. xvij. Ambula coram me z esto perfectus. Et ideo nihil p hibet statũ perfectionis esse sine abrenunciatione actuali ppioz. Sic etiã dicendũ est de aliis exterioribus obseruantijs de qbus deus pfectionis documẽta tradens ait. Math. v. Si quis te pcusserit in dexterã maxillã prebe illi z alterã: z ei qui vult tecum in iudicio cõtendere z tunicam tuam tollere dimitte ei et

Argumentũ primũ contra primũ principale

Secundum

Argumẽtum primũ contra secundum principale

Secundum

Tertium

Argumentũ primuz contra tertium principale

Secundum

Ad primum primi principalis

pallium ⁊c. que non semp actu perfecti cōple re tenent alioq̄n deus ab hac pfectione defe cisset qñ alapa in vna maxillarū susceptā non prebuit alterā sed dixit. si male locutus sum p bibe testimoniū de malo. Job. xviij. Sic nec Paulus q̄ cum percuteret maxillam non pre buit sed ait. Percutiat te deꝰ paries dealba te. Act. xiij. Non ergo de necessitate pfectōis est vt hec opere cōpleant: sed intelligēda sūt ꝑm animi preparationē. vt Aug. dicit in li. de sermone dñi in mōte. Alio ergo modo potest ꝓsiderari abrenunciatio diuitiarū ꝑm ꝓparationē animi: vt scz homo sit paratꝰ si opus fuerit oia dimittere vel distribuere vel alia face re que dicta sunt: quotiēscūq̄ fuerit opus: ⁊ hoc pertinet directe ad pfectionē. Ūn Aug. dicit in lib. lxxxiij. q. ⁊ habet in. c. qđ dicit. di. xli. vbi sic dicit Aug. q̄ deꝰ dicit in euāgelio. Justificata est sapientia ab oībus filijs suis. oñdit dñs filios sapientie intelligere non in ab stinendo nec in māducando esse iusticiā: sed in equanimitate tolerādi inopiā. Ūn ⁊ aplꝰ ait. Scio abundare ⁊ penuriaz pati. Ad hoc autem maxime tenent epi vt omia sua ꝓ amo re dei ⁊ salute sui gregis contēnant cuz opus fuerit vel pauperibus sui gregis largiendo vꝫ rapinaz bonoꝝ suoꝝ cum gaudio sustinendo.

Ad secundum

Ad secundam rōnem respondet negando consequentiam: ⁊ ratio est: q̄ in statu epalis dignitatis intelligitur quedam sublimitas gradus: q̄ epus super alios constituit: ꝑm illud. Matb. xxv. Fidelis seruꝰ ⁊ prudens quē constituit dñs super familiaz suam. Hanc autem celsitudinē concupiscere non est licitum cum videat presumptuosum. Ūn dñs. Mat. xx. redarguit discipulos primatū querētes di. Scitis q̄ principes gentium dñantur eoruz. vbi Crysо. dicit. Ostendit per hoc q̄ gentile est primatus cupere: ⁊ sic gentū comparatio ne eoꝝ animū estuantem conuertit. Et ad ꝓbationem consequentie rñdetur: negando q̄ laudabile sit appetere oēm statum perfectionis. Ad id autē qđ inducebatur de statu religionis ⁊ de statu episcopali ꝓpter duo: vt inquit sctūs Tho. secūda secūde. q. clxxxv. Primo quidem: q̄ ad statum epalem preexigitur vite perfectio: vt ptz per hoc q̄ deus a petro exquisiuit si plus cum ceteris diligeret anteq̄ ei cōmitteret pastorale officium. Sed ad statum religionis nō preexigit perfectio sed via in perfectionē. Unde ⁊ dñs. Matb. xix. non dixit. Si es pfectus vade ⁊ vende oīa que habes: sed si vis esse perfectus. ⁊ hmōi differētie rō est: q̄ ꝑm Diony. perfectio pertinet actiue ad episcopum sicut ad perfectorem: ad monachum autem passiue sicut ad perfectum. req̄ritur autē q̄ sit perfectꝰ aliquis ad hoc q̄ possit alios ad perfectionē adducere qđ non pre exigitur in eo qui debet ad perfectionem adduci. Est autem presumptuosum q̄ aliquis pfectum se reputet non autem q̄ ad perfectionem tendat. Secundo non est eadē rō de statu religionis ⁊ epalis dignitatis: q̄ ille q̄ statū religionis assumit subijcit se alijs ad spūalia capiēda qđ cuilicet licet: sed ille qui ad statum epalez transit sublimatur ad hoc q̄ alijs puideat ⁊ hoc nō licet apperere. Unde Cry. super Matb. dicit. Primatū ecclesie concupiscere nec iustum est nec vtile.

Ad primum secūdi principalis

Ad rōnes vero factas contra secundū principale: in quo dictum est q̄ loquendo ꝓprie de statu vt ipm̄ sentiarum loquimur. ⁊ supra diffinitus est: ꝓsbyteri curati in eo nō essent. rñdetur ꝑmo ad primam negando assumptum ꝓ vtraq̄ parte dicimus cm̄ ꝑmo q̄ presbyteri curati non susc̄ipiunt curam aiarum sicut episcopi: qm̄ epi principaliter habēt curam oīum sue diocesis vt habet in. c. quecūq̄. x. q. i. vbi fratres in cōcilio antiocheno ita dicunt. Quecūq̄ res ecclesiastice sunt cōuenit cum omni diligentia ⁊ fide gubernari ⁊ dispensari cum iudicio ⁊ potestate epi cui totius plebis aie videntur esse cōmisse. presbyteri aūt curati ⁊ archidiaconi habent aliquas subministrationes sub epis. Unde super illud. i. Corinth. xij. Alij opitulationes alij gubernationes: dicit glo. Opitulatōnes. i. eos qui maioribus ferunt opem: vt titus apostolo: vꝫ archidyaconi epis. Gubernationes autem scz minoꝝ personaruz prelationes vt pbri sunt: qui plebi documēto sunt. ⁊ Diony. dicit. v. ca. eccle. hierar. Q̄ sicut vniuersaz hierarchiā videmus in iesum terminatam: ita vnāquāq̄ in ꝓprium diuinū summū sacerdotē. i. epm. Et in. c. cūctis. xvi. q. i. dicit papa Clemens oībus pbris ⁊ dyaconibus attendendū est vt nihil absq̄ ꝓpij epi licentia agant. Unde si q̄s recte cōsideret in q̄t sanct Tho. hoc modo in regimine ecclie cōparant archidyaconi ⁊ plebani ad epm sicut in regimine tpali prepositi ⁊ balliui ad regē. Secunda etiaz pars antecedentis prefate rōnis est falsa in qua dicit: q̄ pbri curam aiarū suscipiant cum consecratione sicut epi qđ falsum ē. Unde sicut in mundanis ptātib⁹ solus rex solam benedictionē accipit: alij vero per simplicē cōmissionē instituūtur officiales: ita etiam in ecclia cura epalis cū solēnitate cōsecrationis cōmittit: cura aūt archidyaconat⁹ vꝫ plebanatus cū simplici impositione cōfert. Nō vero dicitur q̄ in ꝓsecratione epi ⁊ pbri eadē

verba sunt ⁊c. nō est ad ꝓpositum: nō em̄ nūc agimus de sacerdote in q̄tum sacerdos est. sic em̄ in statu ponit̄ per solēnem ꝯsecrationē vt dicit sanctus Tho. in li. de pfectione vite spiritualis. Nō quidē in statu perfectionis actiue vel passiue ꝫ in statu illuminatiue ꝫm Dionys. sed q̄n̄ curam accipit tunc ei nulla solēnis benedictio exhibet̄. vnde tunc nullum statuz suscipit ꝫ fit ei quedā officij cōmissio: ⁊ ita ꝑs byter curat⁹ licet in susceptione ordinis ꝯsecrat̄ nō tn̄ in susceptione cure. epus aūt ad ipsam curā pastoralē ꝯsecrat̄ ꝓpter perpetuam obligationē qua se ad pastoralē curā obligat sicut ex predictis patet. Ad secundā rn̄det̄ negando añs: qm̄ sicut plebani ⁊ archidyaconi nō habēt principaliter curam sed administrationē quandam ꝫm q̄ eis ab epo cōmittit̄ ita etiā ad eos nō ptinet principaliter pastorale officiū nec obligatio ponēdi aīam ꝓ ouibus sed in q̄tum ptīcipant de cura. vnde magis bn̄t dicit sanct⁹ Tho. quoddā officium ad pfectionē ptinens q̄ obtineāt pfectionis statum. Ad tertiam rōem rsp̄ōdet̄ negando ꝯñam. ⁊ ad pbationē primā que sumit̄ ex trāsitu monachali ad officiū presbyteri curā habētis rn̄r: q̄ nihil facit ad ꝓpositum: qm̄ monachus nō transit ad curā seculārē statu religionis dimisso sed retento. ꝺr em̄ in. ca. de monachis. xvi. q. i. vbi Innocenti⁹ papa de monachis qui diu morātur in monasteriis inq̄r: q̄ si postea ad clericatus ordinē peruenerint statuimus nō debere eos a priori ꝓposito discedere: sed pbi curati vel archidyaconi qn̄ religionem ingrediūtur curam deponunt vt adipiscant̄ perfectionis statum. vnde ex hoc excellentia religionis ostendit̄. Ad probationē secūdam cum dicitur: q̄ presbyteri curati similiores sunt ⁊c. rsp̄ōdetur: q̄ curati ⁊ archidyaconi sunt similiores epis q̄ religiosi quantum ad aliq̄d. s. quantū ad curam aiarum quā secundario habēt: sed quantū ad perpetuam obligationem que requiritur ad statū pfectionis filiores sunt epis religiosi vt ex dictis ꝑz.

Ad secundum

Ad tertium

Jam restat rsp̄ondere ad rationes factas cōtra tertiū punctū principale in quo dictum fuit q̄ status prelatoꝝ sublimior ac perfectior esset statu religiosorum. Ad primā rationez rsp̄ōdetur q̄ ratio nō procedit: qz perfectio dilectionis proximi ex perfectione dilectionis diuine deriuatur: que q̄dem tm̄ in cordib⁹ aliquorum preualet vt solum nō deo frui velint ⁊ seruire: sed etiam ꝓximis propter deuz. vnde hoc ipsum quod epi intendunt bis que pertinent ad proximoꝝ dilectionem prouenit ex abundantia dilectionis diuine. vnde dn̄s

Ad primum tertij principalis

primo a Petro quesiuit an eum diligeret: et postea gregis curam commisit. Et Gregori⁹ dicit in pastoral̄. Si dilectionis testimoniuz est cura pastoris quisq̄ virtutib⁹ pollens gregem dei renuit pascere: pastorem summū conuincitur non amare: hoc autez est maioris dilectionis signum: vt homo propter amicum etiam alij seruiat q̄ si etiam soli amico vellet seruire. Ad secundam rsp̄ōdetur: q̄ non videtur facere ad ꝓpositum: quia episcopus cū mediator inter deuz ⁊ homines constituatur oportet ipsum ⁊ in actione precellere inquantum minister hominū constituitur: ⁊ etiaz in contemplatione precipuū esse vt ex deo hauriat quod hominibus tradat. Vnde Greg. dicit in pastoral̄. Sit presul actione precipuus pre cunctis cōtemplatione suspensus rector interiorum curaruz: in exteriorum ꝓuidentia interioꝝ sollicitudinē non relinquens. Sed etsi detrimentum aliquod in dulcedine contemplationis patiuntur ꝓpter exteriorem occupationem qua ꝓximis seruiunt hoc ipsum perfectionem dilectionis diuine attestatur. magis enim amare aliquem conuincitur qui ꝓpter eius amorē iucunditate presentie eius ad tēpus carere desiderat in eius seruitio occupatus: q̄ si eius presentia semper frui vellet Vnde apostolus ad Roma. viij. Post q̄ dixerat q̄ nec mors nec vita separabit nos a charitate christi. postmodum subiungit. Optabam ego anathema esse deo ꝓ fratrib⁹ meis. quod exponens Chrysosto. libro de compunctione cordis ita inquit. Jta totam eius mentez deuinxit amor christi vt in hoc quod ei preceteris omnibus amabilius erat esse cuz christo sursum: idipsum quia placeret christo contemneret.

Ad secundū

Capitulum. lxxix. In quo ponuntur rationes q̄ inter episcopum ⁊ presbyteruz ꝫm rē distinctio sit semp q̄ fuerit ab institutione eorum. Cap. LXX

Jquis recte pō

Jquis recte pōderet ea que superius diximus explicantes qui in statu perfectionis dicendi essent ⁊ qui nō: facile intelliget q̄ realis differentia sit inter episcopum ⁊ presbyterum. Sane cum ostenderimus epos in statu perfectionis esse presbyteros aūt etiā curatos non: cōsequenter ꝓbamus⁹ differentiā ꝫm rē esse inter epm ⁊ ꝑsbyterū. Quod autē hmōi differentia ꝫm rem etiam semper fuerit ab institutione harū dignitatū facile nobis est ꝓbare. Nam q̄ circa tpa Hieron̄. ⁊ Augustini distinctio ista fuerit ꝑz beati Aug. testimonio q̄ in epla ad Hiero. et habet̄ in. c. quanq̄. ij. q. vij. sic dic̄. Quanq̄

ſm bonoꝛis vocabula q̄ iam ecclesie vsus obtinuit eꝑatus pb̄ȝio maioꝛ sit tñ in multis Augu. Iero. minoꝛ est. Secūdo q̄ talis dr̄ia fuerit tpe apl̄oꝝ seu primitiue ecclesie ptz ex eo q̄ Dio. qui illoꝝ tpe fuit scribēs libꝝ ecclesiastice hierar. in. v. c. eius ō libꝝ ponit tres ordines. s. eꝑoꝛ: pb̄ioꝛ: ⁊ dyaconoꝛ: dicens ordinē dyaconoꝛ esse purgatiuū: ordinem sacerdotū illuminatiuū: ordinē vero eꝑoꝛ perfectiuū. Quibus trib⁹ ordinib⁹ vt ipse dicit in. c. vi. sequēti: tres ordines rñdent. naz ordini dyaconoꝛ subiicit ordo imundoꝛ qui purgatione indigent. ordini pb̄ioꝛ subiicitur ordo illuminandoꝛ. s. sacer popul⁹ qui a pb̄is illuminat per sacroꝝ susceptōem: ordini vero eꝑoꝛ subiicit ordo pfectoꝛ. s. monachoꝛ qui per eoꝝ traditiones edocentur ad pfectissimā pfectionem.

Tertio ista dr̄ia q̄ nō humana inuētione sed diuina dispositione a xp̄o instituta fuerit apparet ex eo qō Mat. x. habet vbi dr. Designauit dñs ꝛc. vbi glo. dicit. Sicut in apl̄is est forma eꝑoꝝ sic in. lxxij. discipulis forma est sacerdotū secundi ordinis. vbi exp̄sse habet q̄ dr̄ia inter eꝑos ⁊ secūdi ordinis sacerdotes instituta fuerit a xp̄o. Quarto prefata dr̄ia ostēdit ex eo: q̄ figurata legit in antiquo testamento put beat⁹ Isid. ponit: ⁊ habet in. c. cleros. di. xxi. vbi dr: q̄ summi sacerdotes ⁊ minores fūt a deo instituti p Moysen qui ex precepto dñi Aaron in summū sacerdotez pontificē: filios vero ei⁹ inunxit in minores sacerdotes. Et sic patet q̄ ſm rem ab exordio institutionis hoꝝ ordinū in ecclesia semp fuerit dr̄ia ſm rem inter eꝑm ⁊ pb̄m. Hinc beat⁹ Aug. in li. de hereſi: inter dogmata hereticā enumerat dicere pb̄os nō differre ab eꝑis dicens: q̄ arriani docebant pb̄m ab eꝑo nulla differentia debere discerni vt dicit sc̄us Tho. in. iij. q. clxxxiij. ar. vi. Nec obuiat predictis qō Iero. ait sup epl̄am ad Thy. dicens. Olim idem pb̄r q̄ eꝑs Et postea subdit. Sicut ergo pb̄ri sciunt se ecclesie ꝓsuetudine ei qui sibi preposit⁹ fuerit eē subiectos: ita eꝑi nouerint se magis consuetudine q̄ dispēsationis dñice veritate pb̄is esse maiores. Pro quo notandū q̄ de eꝑo ⁊ pb̄o dupliciter loqui possum⁹. Uno modo quantū ad nomen: ⁊ sic olim nō distinguebātur eꝑi et pb̄ri. Nam eꝑi dicūtur esse qui superintendūt vt dicit Aug. xix. de ciui. dei. pb̄ri aūt grece dicūtur quasi seniores. Unde ⁊ Apl̄s cōiter vtitur nom̄e presbyteroꝝ quantū ad vtroſq; cum dicit. i. ad Thy. v. Qui bene presunt ꝓsbyteri duplici honoꝛe digni habeantur. Et similiter et nomine eꝑiscopoꝝ: vnde dicit Act. xx. Attendite vobis et vniuerso gregi in quos vos spūssanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei. Secūdo considerat quantū ad rem: ⁊ sic vt supra multis rōnibus iam ostēdimus: semper inter eos fuit distinctio. Unde Isid⁹ dicit ⁊ habetur di. xxi. in. c. cleros. q̄ presbyteri minoꝛes licet sint sacerdotes: tamen pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant nec spm̄ paraclytū dant qō solum deberi episcopis lectio actuz demonstrat. Unde ⁊ apud veteres licet fuerit cōuenientia in nomine ⁊ vsus vocabuloꝝ promiscuus (Alia etiam pōt esse ratio: q̄ non soluz erant ꝓmiscua vocabula: sed etiā in vna persona erat episcopatus ⁊ presbyterat⁹: q̄ epi exercebant etiā officiuz simplex presbyterale ꝓpter paucitatē tam pastoꝝ q̄ gregis) differentia tñ fuit in re. fuit aūt postmodū necessarium ad vitandū scismatis errorē qui ex indifferentia nominū oriebatur vt etiam nomina distinguerēt: vt sc̄z soli maiores ꝓsbyteri episcopi dicerentur: minores vero solum presbyteri: vt inquit sanctus Tho.

Caplm. lxxx. Q̄ dñi cardinales sancte romane ecclesie sint in statu perfectionis. Caplm LXXX

Hne si quis ea que supra de statu perfectiōis cōmemorauim⁹ recte consideret: videlicet q̄ obligatio perpetua ad ea que perfectionis sunt cuz aliqua solēnitate hoīem in statu perfectionis cōstituat: ꝓculdubio manifeste videbit dominos cardinales in regimine ⁊ gubernatione vniuersalis ecclesie christi vicario summo pontifici assistentes in statu perfectionis esse censendos. Obligant em̄ se ex dilectiōe dei perpetuo fidem catholicam ac religionez christianam vsq; ad sanguinis effusionem inclusiue cuz eoꝝ ⁊ totius ecclesie principe xp̄i vicario summo pōtifice totis viribus fideliter defensuros: in cuius rei euidens testimoniū capello rubeo quasi professionis sue habitu seu signaculo prestitis certis iuramentis ipso summo pōtifici maxime de fideli assistentia in regimine vniuersalis ecclesie ab ipso xp̄i vicario publice ⁊ solēniter in signiunt. Dicendi ergo sunt dñi cardinales in statu perfectionis esse: ⁊ tanto sublimi⁹ pre ceteris prelatis q̄tū bonū vniuersalis eccl̄ie ad cui⁹ regimen ⁊ ordinationē assumunt ⁊ ꝓ cuius tuitione exponere aias suas se obligant pfectius: ⁊ p consequēs diuinius est bono particulariū plebiuz quarū regimini intēdere alij ꝓlati obligant. Un̄ de dñis cardinalib⁹ cōueniētissime accipi pōt qō ꝓuidit illa vetus Anna Samuelis

in cantico qō cōposuit occasiōe recepte plis ,i. Reglij. dum inquit. Domini eī sunt cardines terre ⁊ posuit super eos orbem. In quib⁹ verbis status dn̄oꝝ cardinaliū tripliciter describitur. Primo quantū ad nobilitatē institutionis: ibi cum dicit: dn̄i eī sunt. Secundo quo ad dignitatem officij: ibi cum dicit: cardines terre appellant. Tertio quo ad vniuersalitatē auctoritatis: ibi cū dicit: ⁊ posuit super eos orbem. Describit nāq; in primis institutionis statꝰ dominoꝝ cardinalium nobilitas cum dicit: dn̄i sunt. s. per institutionez. Est eī cardinaliū status a xp̄o solo originaliter ⁊ primordialiter institutus. Pro cuius declaratione est in primis repetendū qō superius annotauimus. s. q xp̄s sponsam suam videlicet ecclesiam variis statibus officijs ⁊ gradib⁹ tam q splendentibus monilibus decorauit ⁊ miro ordine distinxit: iuxta illud apli ad Ephe. i. Unicuiq; aūt nostrū data est gratia ꝑm mēsuram donationis xp̄i ꝓpter quod ascendēs in altum dedit dona hominib⁹: ⁊ ipse dedit quosdam aplos: alios ꝓphetas: alios euāgelistas alios aūt pastores ⁊ doctores ad cōsummationem sanctoꝝ in opus ministerij edificationis corpis xp̄i. Ex quo apostolico documēto aperte colligit q varietas hec statuum officioꝝ et graduū quibus hierarchice distincta est ecclesia nō ab humana dispositione p̄cipaliter: sed ab ipso xp̄o ecclesie capite fundatore atq; ordinatore ortum habet: ⁊ per ꝓns q dn̄oꝝ cardinalium status post statum papalem ad ordinem hierarchicū ecclesie ex institutione divina ptineat: cum ipsi q tum ad hūc statū statui apostolico imediate succedāt. Pro quo considerandū iuxta quoꝝdam sapientum doctrinā q de apostolis triplex cōsideratio haberi potest. Prima quidē: vt xp̄o ante eiꝰ ascēsionem p̄cipaliter astiterūt q̄bus ait. Vos estis qui permansistis mecuz in temptationibus meis ⁊ ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum vz ecclesie militantis: vt sedeatis sup thronos iudicantes. xij. tribus israel. Luc. xxij. Secunda ꝓsideratio apostoloꝝ est: ꝑut ante eoꝝ diuisionē abinuicē: et separationē a Petri ꝑsentia Petro tanq̄ xp̄i vices gerenti in administratione papalis officij assistebant. Tertia cōsideratio aplōꝝ est: qñ ad xp̄i preceptuz quo dictū est illis. Euntes in mundū vniuersuz predicate euangeliū oi creature. a Petro separati eiusq; auctoritate suffulti p mundū dispersi sunt ad predicandū singulas ꝓincias in sortem predicatōis accipientes. Quantū ad primā considerationem ⁊ scōam aplōꝝ: statꝰ dn̄oꝝ cardinalium

Aplōrum triplex consideratio

repzesentat aplōꝝ statum in boc q assistunt Romano pontifici q xp̄i vicario ⁊ petri successoz est: tanq̄ principales assessoz cōsiliarij atq; cooperatoz: ⁊ in executione sacerdotalis officij coadiutoz existunt iuxta verba Bonifacij pape octaui in ca. fundamenta. li. vi. Quantū vero ad secundā cōsiderationem aplōꝝ de quibus mystice intelligi pōt illud. Apoca. iiij. Sedes posita ē. s. aplica: in celo. i. in eccl'ia militāte: ⁊ supra sedē sedens. i. romanus ponti. ⁊ in circuitu eius sedilia. xxiiij. ⁊ super thzonos. xxiiij. seniozes. i. cardinales: sedētes amicti stolis albis ⁊ in capitibus eoꝝ oēs cozone auree. Ubi dn̄i cardinales nō tm̄ describūtur ab officij dignitate quia dicūtur in circuitu aplici throni sedere: vtpote eius consiliarij ⁊ coadiutozes supzemi pontificat⁹: sed etiam describit quid in illis coꝝ dignitas requirat. debent eī cardinales habere discretionis maturitatem in boc q vocantur seniores. Secundo animi tranquillitatē in boc q describunt sedentes. Tertio vite puritatem in boc q designant amicti stolis albis. Quarto sapientie claritatē cum dicūtur habere coronas aureas. Quantū vero ad tertiā considerationē aplōꝝ epi succedunt aplis statum ipsoꝝ repzesentātes: quoꝝ quilibet preest alicui ciuitati vel ꝓuincie: vt beat⁹ Anacletus inquit in. c. in nouo testamēto. di. xxi. ⁊ beat⁹ Urbanus papa in. c. quoꝝ vices. di. lxviij. qō etiā notasse videt. Aplis vbi. s. vbi distinguēs status eccl'ie cōdistinxisse videt statū pastoralez a statu aplico: cū ait. Dedit quosdā aplos. sequit ⁊ quosdā pastores. Ex q̄bus recte elici possunt aliqua corelaria. Primum est: q apli ꝓus fuerūt cardinales q epi: siue q ꝓus exercuerūt cardinalatus officiū q epale. Pro boc: qm̄ apli ꝓius fuerūt in statu aplico per xp̄m instituti q in pastorali: qz ante passionē oēs fuerunt apli: sed post passionem instituꝰ est petrus a xp̄o oim pastoz: cum dictū est sibi Pasce oues meas. Joh. vlti. ⁊ tunc status pastoralis ordinatus est in nouo testamento cū aplicus status ante fuisset. Secundū corelariū: q apli ꝓius fuerūt cardinales orbis q vrbis. Nam sicut Petrus ꝓius fuit papa orbis. i. vniuersalis eccl'ie anteq epus eccl'ie romane per singularē administrationez: sic ⁊ apostoli ꝓius fuerunt cardinales q aliqs fieret cardinalis romane vrb. In signū ꝙo but⁹ distinctōis in inuestitura papat⁹ dr: pape. In uestitore de papatu romano vt presis vrbi ⁊ orbi. In vtraq; vero taz vrbis q orbis ꝑsidētia assistūt pape cardinales tanq̄ spāles eius coadiutozes: ꝓpter qō tanq̄ senatozes cōsules

Corrclarium primum

Secundum

atq; patritij vbis esse censenť: vt in ca.Constantin⁹.xcvi.di. Tertiū correlariū est q; papa etiā cōuenienť se inter cardinales cōumerat.vt inquit Archidya.in ca. Sacrosancta. di.xxij.Et hac rōne stat⁹ apostolic⁹ in quo cardinales sunt distinguiť a pastorali statu:licet em̄ oēs aplī fuerint pastores:nihilomin⁹ tamē vt dictum est prius fuerūt in apostolico statu. Ēm summ⁹ pōtifex nō modo dī eps vniuersalis ecclie sed etiā apostolic⁹ noiať. Petrus ergo ⁊ sui successores vtrūq; retinēt statū.s. apostolicū ⁊ pastoralē: cardinales vero vt sic apostolicū dūtaxat. Quartū correlariū est: q; in ordine hierarchico sicut cetui aplor̄ succedit ordo epor̄ inq̄tū fuerūt epi:ita illi succedit sacer senat⁹ cardinalitū quātū ad illū statū quo aplī assistebāt petro antеq̄ p orbē diuiderenť vt dictū ē.Et hoc dictū sit de status dñor̄ cardinaliū institutione q̄ notabať in p̄mo verbo beate anne cū dicebať.dñi sunt. Secūdo describiť stat⁹ cardinalitū quo ad dignitatē officij cum dī.Cardines terre. Nominanť aūt sic multiplici rōne. Prio q̄dē dicunť cardinales q; ecclie romane tm̄ seruitūt:que vt inq̄t Anacletus in ca. Sacrosancta.di.xxij.caput ⁊ cardo est oium ecclesiarū. Secūdo q; sicut cardine ostiū regiť.vñ dī Prouer.xxvi.Ostiū vertitur in cardine:ita dñor̄ cardinalium cōsilio ⁊ assensu summ⁹ pōtifex regit disponit atq; gubernat vniuersalē eccl̄iam.Tertio dicunť cardinales.i.p̄ncipales.vij.q.i. pastoralis. ⁊.xxi. q.i.relatio.glo.i.Jpi em̄ sūt p̄ncipales i ecclesia quor̄ cōsilio ⁊ regimine tota eccl̄ia vniuersaliter disponiť ⁊ gubernať. Tertio describitur status cardinalitū quo ad vniuersalitatem auctoritať cū subdiť. Et posuit sup eos orbē. Auctoritas nempe dñor̄ cardinalitū nō respicit tm̄ diocesim vnā aut p̄uinciā sed vniuersū orbem.iuxta verbū bti Grego.in ca.Decreto. ij.q.vi.Alij aūt prelati assumpti sunt in partē sollicitudinis:isti vero in adiutoriū gubernationis toti⁹ orbis.Ēm de illis cōueniētissime accipiēdū venit id qō ppba egregius dauid eccl̄ie sctē loquēs inq̄t ps̄.xlv̄ij. Pro fratrib⁹ tuis.i.aplis:nati sūt tibi filij.i.cardinales:cōstitues eos p̄ncipes sup oēm terrā. Tunc plane cōstituunť p̄ncipes sup oēm terrā cū a summo pōtifice xp̄i vicario assumunť ad assistendum sibi ⁊ cooperādū in regimine toti⁹ reipublice xp̄iane.Quocirca deuot⁹ Bern̄.li.de cōsideratione:de cardinalib⁹ loquēs pape eugenio.iij.ita dic̄. Vi quoq; q̄ tibi p̄tinuo assistūt seniores ppli orbis iudices ⁊c. Magnū certe amplitudinis dignitatis dñor̄ cardinaliū ex huius sancti viri verbis testimoniū colligiť.

Tertium

Quartum

Cardinalatus dignitas

Cardinalium auctoritas

Ex quibus apertissime conuincit error detrahentium statui dñor̄ cardinaliū dicēt⁹ illos tanq̄ accidentalia mēbra esse in ecclesia ⁊ q̄si hospites ⁊ aduenas nulla auctate prestātes.

Capitulū.lxxxi.in quo ponunť rationes p̄pter quas status dñor̄ cardinalium sancte romane eccl̄ie honore preferendi sint ceteris ecclesie prelatis.

Ex his que iam

Cap. LXXXI

e expositum⁹ de perfectionis statu ⁊ dignitatis sublimitate dominor̄ cardinalium sancte romane eccl̄ie clara luce cognoscere poterimus ip̄or̄ cardinaliū statū merito honore preferendum fore cūctis post papalē eccl̄iasticis dignitatibus ⁊ statibus. Primo quidē ex eo q; vt in p̄cedēti .c.explicauim⁹:dignitas apostolica in qua sacer dñor̄ cardinaliū senat⁹ sacro apostolor̄ collegio succedit prior ē ceteris eccl̄iasticis dignitatibus institutione ⁊ origine.cuius autē prior est institutio alios merito p̄ire debz honore iux.c.i.de ma.⁊ obe. Preter ea secundo hoc ex illo apertissime ostendiť: q; prefati dñi cardinales curam regiminis ⁊ gubernationis sollicitudinē pre ceteris eccl̄esie prelatis habeant ampliorē:cū em̄ sint vocati in adiutoriū summi pontificatus ad totius eccl̄esie curā omniūq; eccl̄esiarū sollicitudinem assumpti dicunť.iuxta ca. Bone.extra de postula.platon.Ceteri vero eccl̄ie prelati cuiuscunq; eminētie existant cū nō in plenitudine potestatis sed in partē sollicitudinis sint vocati:vt in ca. Decreto.ij.q.vi.⁊ in. ca. Qui scit:eccl̄ie nō vniuersali sed particulari⁹ q̄b⁹ deputati sunt p̄esse dicunť:clarissimū est vt is ceteris p̄ferēdus veniat honore qui maiorem ceteris curā atq; sollicitudinē regiminis habz. Hac rōne synodus antiochena vt in.c. Per singulas prouincias. ix.q. ij. archiepos epis honore p̄ferēdos instituit. Amplius tertio ꝟ colligiť ex eo q; vt habeť in ca. Cōstantinus.di.xcvi. Dñis cardinalib⁹ cōcessum est illud culmen singularis potētie ⁊ p̄excellentie cui⁹ gloria amplissim⁹ senatus videť adorari:cū aut senatoria aut patritiatus dignitate nulla maior post imperiū habeať .vt. C. de consul.mu.lib.xij. Nulli mirū aut molestū esse debet si dñi cardinales eccl̄ie romane oñib⁹ alijs post summū pōtificē cui iure diuino oēs caput inclinant p̄ferantur honore. Quarto idem colligiť ex eo q; vt diximus dñi cardinales sancte romane eccl̄esie p̄o carū auctoritatis amplitudine iudices orbis esse dicunť ipsi quippe oēs fideles tam inferiores q; superiores epos etiaz archiepos ⁊ patriarchas assistentes pape coniudicant. Notum aūt est

maioris dignitatis esse qui iudicat q̄ qui iudicantur: vt in ca. inferior. di. xxi. Quinto hoc magisteriū sit ex eo: q̄ cardinales pars corporis pape esse dicūtur. Unde cum ad puincias regendas mittūtur mitti de latere pape censent: vt in ca. decreto. ij. q. vi. beat⁹ Greg. dicit ⁊ beatus Bern̄. de eis ad Eugeniū loquēs libro de ꝯsideratione: illos vocat collaterales pape ⁊ eius coadiutores. Nulli aūt dubiū est q̄ hi qui vna persona censentur cū summo pōtifice omnib⁹ alijs ecclesie prelatis honore merito veniant preferēdi. Nec tm̄ dixisse sufficiat vt ostendamus q̄ rationabiliter dn̄i cardinales post romanū pontificē cunctis alijs ecclesie prelatis honore preferātur.

Capitulū. lxxxij. In quo ponūtur obiectiones cōtra statum dn̄orum cardinalium.

Cap̄. LXXXII

Vemadmodū

q fuere aliqui apostolici p̄ncipatus inimici qui illum nō a xp̄o sed ab hominib⁹ institutū esse contra xp̄i euangeliū assererent: ita etiā nō defuerūt qui statū dn̄orum cardinaliū tam quo ad ei⁹ institutionē q̄ ad ei⁹ dignitatem impugnare ausi sunt. Sunt em̄ quidam qui illum nō a xp̄o sed humana inuentione asserunt introductum: negantes in ecclesia illum tante fore dignitatis vt inter p̄ncipalia ecclesie mēbra veniat in ecclesiastica hierarchia cōnumerand⁹ qō sequētibus rationibus fundare niruntur.

Argumētū p̄mū Primo sic. De statu cardinalium nulla mētio fit in scriptura sacra noui testamenti: ḡ videtur q̄ nō sit annumerandus inter alios perfectionis status in nouo testamento a xp̄o institutos. ꝓña videt optima ⁊ añs patet discurrēti per singulos diuinos libros noui testamēti.

Secūdum Secūdo sic. Nihil videt institutū a xp̄o cuius nomen nec tpe xp̄i nec apl̄oꝝ legit fuisse: sed nomen cardinalat⁹ nec xp̄i tpe nec apl̄oꝝ legit fuisse vt pt̄z. ḡ status nōie cardinalatus designat⁹ nō pōt dici a xp̄o institut⁹.

Tertium Tertio sic. Omniū ministroꝝ ecclesie institutio est in vetere testamēto figurata ⁊ inchoata ⁊ in nouo pleni⁹ ꝓsummata vt habet in ca. decretis. di. xxi. sed status cardinaliū nec prefiguratus nec inchoatus legit in vetere testamento: ḡ sequit̄r id qō p̄ius.

Quartum Quarto sic. Stat⁹ cardinalium nobis videt institut⁹ a beato Pontiano papa q̄ fuit anno dn̄i. ccxxi. vt hystorie quedā referūt: ergo seq̄tur q̄ nō a xp̄o fuit cōstitut⁹.

Quintum Quinto sic. Post dispersionē apl̄oꝝ nō legimus q̄ btūs Petr⁹ habuerit aliquos cardinales assistentes sibi in regimine vīs ecclesie: ḡ videtur q̄ status cardinalium nec a xp̄o nec a beato petro fuerit institutus. consequētia pt̄z

Sextum Sexto sic. cardinalibus ex institutiōe eoꝝ nō videt alia dignitas aut p̄rerogatiua attribuenda q̄ explicat in institutione eoꝝ. sed de beato marcello qui fuit circa ānos dn̄i. ccciij. legitur: q̄ cōstituit in vrbe romana. xxv. cardinalatus siue titulos cardinaliū quasi dioceses propter baptisma ⁊ ꝓpter cimiteria ad sepeliendū martyres ⁊ ꝓpter penitētes ⁊ ꝓpter cōuersos ex gentilib⁹: sed ista officia nō transcendunt statū coēm presbyteroꝝ. ergo non videt q̄ status cardinaliū debeat poni ita sublimis

Septimum sicut dictū est. Septimo sic. dignitas episcopalis ē suprema in ecclia. Unde btūs Dionysius ordinē episcopoꝝ dicit supremū in ecclesia ⁊ epi dicunt summi sacerdotes ⁊ pōtifices maximi. vt in ca. Cleros. di. xxi. ergo etiā dato q̄ sit dandus status cardinaliū nō tamen videtur q̄ debeat in honore preferri ceteris epi

Octauum scopis ⁊ archiepis ac patriarchis. Octauo sic. perfectio vite spiritualis requirit̄ ad statū episcopalē vt sup̄ dictum est: quia ep̄o vt dicit beatus Diony. v. ecclesia. hierar. attribuitur perfectio tanq̄ perfectori alioꝝ. hec aūt perfectio nō videtur requiri in cardinalibus sicut nec in religiosis: ergo dato q̄ cardinales sint in statu pfectionis non est dicendum q̄ sint in statu sublimiori q̄ episcopi.

Capitulū. lxxxiij. in quo respondet ad obiectōnes factas cōtra statū ⁊ dignitatē dn̄oꝝ cardinalium.

Cap̄. LXXXIII

Ane quēadmo

ſ dum subtracta saluatoris nostri corporali presentia ab ecclia necessario venit p̄ xp̄iane religionis vnitate seruanda aliquis per diuinam p̄uidentiā instituēdus qui eiusdem saluatoris vices gerens ecclesiaz regeret atq̄ in vnitate fidei ⁊ diuine legis obedientia fideles conseruaret atq̄ nutriret: ita post mortē apostoloꝝ cōgruum visum est tam pro bono ecclesie regimine q̄ pro eiusdē ampliori pulchritudinis ⁊ decoris claritate vt apostolicū collegiū semp in ecclesia cōtinuaret. Hinc est q̄ cum iudas ab apostolico collegio preuaricatus esset beatus petrus vertex apostolici collegij ceterisq̄ apostoli diuinit⁹ inspirati aliū loco illius illico cōmuni electiōe statuere curarent. vt actum apl̄oꝝ hystoria nos docet. i. c. Tenendum ergo ē q̄ cardinaliū status qui apostolico statui succedit non humana sed diuina dispositione in ecclesia perseuerat apostolice dignitatis p̄rerogatiua insignitus. Respondendum ergo restat ad rationes in oppositū.

Ad p̄mā Ad p̄mā respondet negando antecedens: dicimus em̄

q̄ licet de cardinalib⁹ sub nomine cardinalatus non fiat mētio in sacra scriptura sicut nec de romano pontifice sub nomine papatus: nihilominus tamē fit sub nomīe apostolor̄ q̄b⁹ vt diximꝰ in dignitate aplica quantū ad assistentiā qua xp̄i vicario ⁊ petri successori assistunt scz romano pontifici succedunt. Ad secundum Ad secundā respondeť negando ꝟsequentiā: pariť em̄ posset argui q̄ nec stat⁹ papalis eēt a deo in eccl̄ia: cum tale nomē nec tempore xp̄i nec apostolor̄ fuerit. Dicimꝰ ergo q̄ licet nomina papatus ⁊ cardinalat⁹ nō fuerunt in vsu tēpe xp̄i aut apl̄or̄ sed postea crescente eccl̄ia in titulis ⁊ bonorib⁹ ex fideliū deuotiōe: nihilominus dignitates ipe ⁊ status in apl̄is designati fuerunt in petro papalis ⁊ in apl̄is ceteris status cardinalat⁹. Sic em̄ noīa patriarchatū primatū archiepor̄ licz ꝑmo non fuerint in vsu: postea tm̄ venerūt in vsum a sanctis patribus approbatū. maxime cū consonent officijs eor̄ iuxta expositionē officior̄ ⁊ graduꝫ ecclesiasticor̄ quā ponit Jsidorus in ca. Cleros. di. xxi. Ad tertium Ad tertiā respondeť negādo minorem. Dicimꝰ em̄ q̄ figura status dn̄or̄ cardinalium precessit in antiquo testamēto tam in seniorib⁹ illis quos moyses dux populi dei elegisse legiť secū in adiutoriū regiminis populi israel. de q̄bus Exo. xviij. ⁊ in sacerdotibus leuitici generis. de quib⁹ habeť Deut. xvij. vbi diciť. Si difficile ⁊ ambiguū apud te esse perspexeris inter sanguinē ⁊ sanguinē: causam ⁊ causam: lepram ⁊ nō lepram: ⁊ iudiciū videris inter portas tuas verba variari: surge ⁊ ascēde ad locum quē elegerit dn̄s deus tuus veniesq̄ ad sacerdotes leuitici generis ⁊ ad iudicem ⁊ c̄. quē textū Jnnocentiꝰ. iij. in cōcilio generali presidens ad ꝓpositū sic exponit. sicut habeť extra. qui fi. sint legit. in ca. Per venerabilē: ita dicens. Sane cū deuteronomiū lex secūda interpretet ex vi vocabuli cōprobatur vt q̄ ibi discerniť in nouo testamēto debeat obseruari. locus em̄ quē elegit dn̄s aplica sedes esse cognoscit. Cum em̄ petrus vrbem fugiens exiuisset volens eū dn̄s ad locū quē elegerit reuocare interrogatꝰ ab eo. Dñe quo vadis: respondit. Venio romā iterum crucifigi quodq̄ intelligens ꝓ se dictū ad locum ipm̄ ꝓtinus est reuersus. Sūt aūt sacerdotes leuitici generis fratres nostri: qui in iure leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existūt. hec ibi. Ex q̄bus euidenť apparet statū ⁊ dignitatē dn̄or̄ cardinaliū in antiquo testamento fuisse euidenť representatū. Ad quartum Ad quartā ratōnē respōdeť negādo assumptū. dicimus em̄ q̄ status cardinaliū quantū ad officium ⁊ dignitatē eius institutꝰ est tēpore xp̄i ⁊ apl̄or̄: licet quo ad vocabulū cardinalatus tunc non legať institutus: sed vt quidā aiunt q̄ tempore prefati pape. s. pōtiani: alij tempore bti marcelli pape. alij aūt q̄ tpe bti silvestri hoc nomē sit illi statui impositū iurta ꝓprietatem officij ⁊ dignitatis eius ficut dictū est supra. in ca. lxxx. Nouum em̄ tpe cardinalat⁹ nomen clarū emicuit: ante vero presbyteri ⁊ dyaconi vrbis romane cardinales appellabanť.

Ad q̄ntā ratiōnē respondeť negando assumptum: dicimus em̄ q̄ post dispersionē apl̄or̄ vt ex bistoriis aperte colligiť: beatus petrꝰ aliquos coadiutores habuit lateri suo assistētes in iudicio maior̄ causarū ⁊ in regimīe vniuersalis eccl̄ie: licz nō sub noīe cardinaliū videlz linū cletū ⁊ clemētē q̄ post eius mortē successores in papatu successerūt: ⁊ ita credunť alij summi pontifices aliquos sibi ad huiusmodi officiū assumpsisse. Vñ lin⁹ q̄ immediate successit petro legiť fecisse duas ordinationes: videlicet ep̄os. xi. presbyteros. xvij. Cletꝰ seq̄ns diciť instituisse. xxv. titulos. Anacletus etiaz qui successit bt̄o clementi vt asserit Godefridus viterbien̄. diciť. vij. dyacones cardinales in vrbe instituisse: ⁊ sic de aliis credendum est Ad quintum

Ad sextā rōnē respondeť q̄ cardinales sicut apl̄is succedunt in dignitate aplica ita in auctoritate assistētie ⁊ cooperatiōis summo pōtifici ⁊ xp̄i vicario in regimine ⁊ gubernatōne vniuersalis ecclesie sicut superiꝰ dictū est. Q̄d vero inductū est de beato marcello q̄ ꝓpt̄ baptisma ⁊ c̄. nō obuiat dignitati dn̄or̄ cardinalium: q̄m ad ista peragenda nō fuit p̄ncipalis eor̄ institutio: lz occurrente multitudine tam cōuersor̄ ad fidē q̄ martyrū morientiū ꝓ xp̄i noīe deputarenť etiā ad alia pietať officia: attento maxime q̄ sepulture martyrū attēdere q̄ fundatores fuerūt xp̄iane religionis ⁊ conuersioni fideliū ⁊ dilatationi fidei: nō minuit sed potiꝰ augere videť dignitatē status dn̄or̄ cardinaliū: cū inť p̄cipuas laudes q̄ bt̄o eutbiciano attribuunť: illa nō inferior̄ iudicata est q̄. cccxlij. martyres ꝓpa manu sepeliverit. Q̄d ergo splēdidius opus ⁊ deo acceptiꝰ efficere poterāt q̄ ad baptisma ⁊ penitentiā gentes vocare: an nō ista etiā fuerūt apl̄or̄ operan nō in huiusmodi sanctis officijs apl̄i cooperatores fuerūt christo: ⁊ etiam discipuli quos mittebat ante faciē suam in oēm ciuitatē ⁊ locum quo erat ipse venturus: vt habeť Luce. x. Preterea licz ad huiusmodi pietatis officia a summis pōtificibus cardinales quādoq̄ deputati legunť nō tamē ꝓpt̄ hoc credendi sunt absoluti a ꝓprio dignitatis sue officio: vtrūq̄

Ad sextum

plane adimplebāt tam scīz ꝓprie dignitatis officiū assistendo summo pōtifici in maiorum causarū expeditōe q̄ officio pietatis cōuersio ni infideliū sepulture martyrum ⁊ huiusmodi
Ad septimū sanctis operib⁹ insistēdo. Ad septimā rn̄dek q̄ lz tor⁹ ordo eꝯ q̄ quadruplex distinguīt a beato Jsidoꝝ in ca. Cleros. di. xxi. vtpura patriarche ꝑmates archiepi ⁊ epi: maiores sint presbyteris ⁊ dyaconis cardinalib⁹ ordinis sublimitate: quoniā ordo episcopalis sublimior est: vt ait beatus Dionysius. nihilominus tamē eminentia siue sublimitate administrationis in qua romano pontifici assistunt in regimine vniuersalis ecclesie ⁊ maiorū causarū decisione maiores sunt ⁊ superiores cardinales episcopis nō cardinalibus: hec autem simul stare possunt vt vnus alio superior sit administratione ⁊ dignitate qui inferior sit ordine vel equalis. patet in beato Petro: qui licz ceteris aplis par fuit ordinis potestate eisdē tn̄ maior fuit administratōe ⁊ dignitate. ij. q. vij. ca. Puto. Patz etiā in archipresbytero ⁊ archidyacono: licet em̄ archipresbyter maior sit ordine (quia presbyter) archidyacono: administratione tamē archidyaconus maior est archipresbytero. vt patet in ca. Perlectis. di. xxv. ⁊ etiā de officio archipresbyteri. Hoc etiā modo potest intelligi quod ait Augu. in ca. Quanq̄. ij. q. vij. Quanq̄ episcoparus sit presbyterio maior scz ordine: augustin⁹ tamen hieronymo minor est scz administratōe ⁊ dignitate: quoniā hieronymus presbyter cardinalis fuit ⁊ oīs presbyter cardinalis maior est quolibet episcopo non cardinali vt quidā dicunt. vt refert Hugo in glo. ⁊ nob idē videk.

Ad octauū Ad octauā respondek negando assumptum ꝓ minori. dicimus em̄ q̄ vite perfectio etiam requiratur ad statū cardinalatus sicut ad statum episcopalē: quod manifeste colligitur ex eo qd beat⁹ Bern̄. ad Eugeniū. iij. scribit: describens quales esse debent qui ad cardinalatus apicem sunt assumendi: ait em̄ sic. Sapiētis consilium est: oīa fac cum consilio ⁊ post factū non penitebis. ⁊ hoc tibi persuade eos qui admittendi sunt difficile in curia posse ꝓbari: ⁊ ideo si fieri potest viros probatos oportet eligi non ꝓbandos: ⁊ ita querendi sunt sane quibus nec defectus timeatur nec ꝓfectus optetur vtpote iam perfecti. hec Bern̄.

Capitulum. lxxxiij. de triplici ordine in statu cardinalium sancte romane ecclesie.

Ca.LXXXIIII

Oquā occasio

p nobis incidit de statu dominoꝝ cardinaliū aliquid loquēdi: ⁊ iam de institutione ⁊ perfectione status eorum sermonē fecerimus: conueniens nobis visum est vt dignitatis huius status noticia illustrior fiat de illoꝝ triplici ordine aliquid dicatur. Distinguīt autē in statu dn̄oꝝ cardinaliū triplex ordo: videlz episcopoꝝ presbyterorum ⁊ dyaconoꝝ. Sane quēadmodū status cardinaliū vt in superiori ca. exposuimus: quo ad officiū figura precessit tam in veteri testamento q̄ in nouo: ita triplex eoꝝ ordo iam dictus exemplar⁹ videtur in suprema celesti hierarchia cui proprium est assistere circa deum. Ait beatus Dionysi⁹ in ca. vij. celestis hierarchie. q̄ ꝑma celestium essentiarū dispositio in circuitu dei ⁊ circa deuz immediate ē stans ⁊ simpliciter ⁊ incessanter circuiens eternā ei⁹ scientiā ꝑm excellentissimaz quantū angelis est possibile semp mobilem in deum scz collationem. Distinguunt aūt huiusmodi ꝑme hierarchie tam ꝑm eundē beatum Dionysiū vbi supra q̄ ꝑm beatum Gregoriū moraliū. xxxiij. tres ordines. Prim⁹ ē seraphin: q̄ ardētes siue incendentes siue calefacientes interpretātur. Secūdus ordo est cherubin: qui pleni sciencia interpretant. Tertius ē thronus: qui vt inquit beatus Grego. in homelia supradicta illa agmina vocata sunt quib⁹ ad exercenduz iudiciū semp deus oīpotens presider. ꝑm illud ꝓphete in ps̄. Qui sedes super thronū q̄ iudicas equitatē. Plane in his tribus ordinibus tres ordines prefati quib⁹ dominoꝝ cardinalium status distinguitur ⁊ ornatur plenissime repzesentari videtur. Jn ordine primo. s. seraphin ordo episcopoꝝ cardinalium qui preceteris alijs instar seraphin in amore sui creatoris intentissimi ⁊ ardentissimi esse debent. Jn ordine secūdo scz cherubin exemplatus videtur ordo dn̄oꝝ presbyteroꝝ cardinaliū qui instar cherubin sapientissimi esse debent atq̄ in diuinis rebus eruditissimi. Jn tertio ordine scz thronoꝝ exemplatus videk ordo dyaconorum cardinalium qui instar thronoꝝ debēt tanta auctoritak ⁊ iusticie rectitudine firmari. q̄ vt dicit beatus Bernar. vbi supra stent viriliter pro afflictis ⁊ iudicent in equitate ꝑ mansuetis terre.

Capitulum. lxxxv. de varietate ⁊ differentia officiorum in ecclesia dei.

Cap. LXX

Ostquā de varie

p tate ⁊ distinctōne statuū in ecclesia dei quantū ad presens nobis sufficere visum est locuti sumus: consequenter de varietate ⁊ distinctione officioꝝ in ecclesia dei aliquid disseramus. dicimus aūt varie-

tatem officioꝝ cõueniẽtiſſime in eccleſia eſſe. Tum maxime ꝓpter actionũ neceſſitatẽ que in eccleſia neceſſarie ſunt. Oportet aũt ad diuerſas actões diuerſos homines deputari ad hoc q̃ expedientius ꝛ ſine cõfuſione oia pagãtur: vt ſupra in.c. lxix. plenius declarauimus. Tũ ſecundo ꝓpter cõmendandã dei ſapientiam que in diſtinctione ordinata rerũ maxime relucet tam in naturalib⁹ q̃ in ſpiritualibus. Qđ ſignificat in hoc q̃ regina ſaba videſ ordinem miniſtrantiũ ſalomoni nõ habebat vltra ſpiritũ deficiens admiratione ſapiẽtie ipſius. iij. Reg. x. Tum tertio ad ſubueniendum humane infirmitati: q̃ per vnũ nõ poterant oia que ad diuina myſteria ptinebant expleri ſine magno grauamine. ꝛ ideo deſcribũtur diuerſi diuerſis officijs. Vnđ hac de cauſa dom⁹ legitur Numeri. xi. dediſſe moyſi ſeptuaginta ſenes populi in adiutoꝛium. Tum quarto vt via pficiendi hominib⁹ amplioꝛ deꝛ dũ plures in diuerſis officijs diſtribuũtur vt oẽs ſint dei cooperatoꝛes quo nihil diuini⁹ vt dicit Diony. Pꝛeterea cõſiderandũ q̃ cum in diuerſis officijs eſſe dicanꝛ qui ad diuerſas actiones ſunt deputati: manifeſtũ eſt officia diſtingui. Vnde Iſi. li. etbi. dicit officiũ ab efficiendo dictũ eſſe quaſi efficiũ ꝓpter decoꝛẽ ſermonis, vna mutata littera. Videꝛ autẽ ſub hac officioꝝ varietate primo comprehendi diſtinctio gratiarũ que ad actiones neceſſarias in eccleſia dantur. de q̃bus Apl⁹ ait. i. ad Coꝛi. xij. Diuiſiones gratiarũ ſunt idem autẽ ſpirit⁹ alij quidem datur per ſpiritũ ſermo ſapientie alij aũt ſermo ſciẽtie ſm eundẽ ſpirituꝫ: alteri fides. i. cõſtantia fidei inquit glo. in eodẽ ſpiritu: alij gratia ſanitatũ. i. curãdi infirmos dicit glo. in vno ſpiritu: alij opera virtutũ. i. miraculoꝝ: dicit glo. alij pꝛophetia. alij diſcretio ſpirituũ. alij gratia linguarũ. alij iterpꝛetatio ſermonũ. Hec aũt oia operatur vn⁹ ꝛ idẽ ſpiritus diuidens ſingulis pꝛout vult. Secundo vero ſub diuerſitate officioꝝ etiam cõprehendi videtur diſtinctio que attendiꝛ ſm diuerſas vitas. ſ. actiue ꝛ cõtemplatiue: quarum diſtinctio accipiꝛ ſm diuerſa operationum ſtudia. Vnde vt idem Apl⁹ vbi ſupra ait. diuiſiones operatõnũ. aliud eſt ſtudiũ operationis in martha que ſollicita erat et laboꝛabat circa frequens miniſteriũ qđ pertinet ad vitam actiuã: aliud in maria que ſedens ſec⁹ pedes dñi audiebat verbum illius: qđ pertinet ad cõtemplatiuã: vt babeꝛ Luc. x. Tertio cõprehendiꝛ ſub officioꝝ diſtinctione differentia miniſterioꝝ: de q̃bus ait Apl⁹ vbi ſupra Diuiſiones miniſtrationũ ſunt: q̃bus vt inq̃t. gloſa. alij alijs ſubſeruiant ad quod videtur pertinere varietas ꝛ diſtinctio tam ordinum eccleſiaſticoꝝ q̃ dignitatum. Dicit eñ beat⁹ Iſidoꝛus q̃ officioꝝ plurima genera ſunt: ſed pꝛecipuum id quod in ſacris diuiniſq̃ rebus conſiſtit. de qua rerum diſtinctione beatus Iſidoꝛus in liboꝛ. vij. ethimolo. ca. xij. ꝛ inducitur in ca. Cleros. di. xxi. ita inquit. Generaliter autem clerici nominãtur oĩes qui in eccl'ia dei deſeruiũt quoꝝ grad⁹ ꝛ noia hec ſũt oſtiari⁹: pſalmiſta: lectoꝛ: exoꝛciſta: acolythus ſubdyaconus: dyaconus: pꝛeſbyter epiſcop⁹. Ordo eñ epiſcopoꝝ quadripertitus eſt: id eſt in patriarchis: archiepiſcopis: metropolitanis atq̃ epiſcopis. Patriarcha greca lingua ſummus patrum iuterpꝛetatur: quia pꝛimum id eſt apoſtolicum retinet locuꝫ. Et iõo quia ſummo bonoꝛe fungitur tali nomine cenſetur ſicut romanus antiochenus alexandrinus. Archiepiſcopus greco vocabulo qui ſit ſummus epiſcopoꝝ: tenet eñ vicem apoſtolicam ꝛ pꝛeſidet tam metropolitanis q̃ ceteris epiſcopis. Metropolitani autem a menſura ciuitatum vocantur: ſingulis eñ pꝛouincijs pꝛeeminent quoꝝ auctoꝛitati ꝛ doctrine ceteri ſacerdotes ſubiecti ſunt: ſine quib⁹ nil reliquis epiſcopis agere licet. Sollicitudo enim totius pꝛouincie ipſis cõmiſſa eſt. De diſtinctione vero ceteroꝝ officialium que in maioꝝibus eccleſijs eſſe ſolent ſcz archidyaconi: archipꝛeſbyteri: pꝛimicerij: ꝛ theſaurarij ꝛ eoꝝ officijs idem beatus Iſidoꝛus deſcribit in quadam epiſtola que babetur in ca. Perlectis. diſt. xxv. quoꝝ cum nota ſit diſtinctio ea cõmemoꝛare ſuperſedimus.

Nomia clericoꝝ

Capitulũ. lxxxvi. de varietate ꝛ diſtinctione graduum in eccleſia dei.

Hemadmodũ Ca. LXXXVI

q multitudo actionum que in eccleſia neceſſe ſunt requirit diuerſitatem officioꝝ in eccleſia: ita dignitas ꝛ pulcbꝛitudo eiꝰ que in quodam ordine conſiſtit exigit vt in ipſa eccleſia multiplex ſit graduum ac ordinũ varietas. Quoꝝ cum diſtinctio accipitur penes ordinem ſuperioꝝitatis ꝛ inferioꝝitatis bec gradum varietas reperitur ꝛ in ſtatibus: quoniaꝫ in illis alij alijs ſunt excellentioꝝes. reperitur in officijs: quoniã aliqui nobiliꝝibus officijs deputantur q̃ alij. reperitur in gratijs ꝛ virtutibus: quoniã quidam plenius ꝛ perfectius pꝛe ceteris illas participant. De quibus gradibus in pſ̃ ſm aliam expoſitionem babetur Deus in gradibus eius cognoſcetur. Quod

verbum beatus Grego.super Ezech.tractãs ita inquit vt deducit Gratian⁹ de pe.di.ij.§. hec que de charitate. Dum sanctam ecclesiaꝫ deus suscipit in gradibus eius dinoscitur: q̃a ꝛ eius gloria per illius incremẽta declaratur quanto enim sancta ecclesia ascendendo p̃ficit tanto deus hominibus et eius virtute cognoscitur. De his quoq; gradibus beat⁹ Job loquitur dicens.ca.xxxi. Per singulos grad⁹ meos pronunciabo illum. omnipotentem q̃p̃ pe dominũ per singulos gradus suos pronunciat qui per incrementa virtutum que acceperat ei semper laudem pietatis sue reddit. Si quidem gradus ascensionis nõ essent.pſ. non diceret. Ambulabunt de virtute in virtutem. Necmirum si de virtute in virtutem gradus sunt quãdo ipsa vnaqueq; virtus quasi q̃ busdam gradibus augetur:ꝛ sic per incremẽta meritorum ad summa producitur.alia nãq; sunt exordia virtutis: aliud virtutis p̃fect⁹ aliud p̃fectio.hec ibi. Hoc dixisse sufficiat de varietate ꝛ distinctione graduũ qui habẽtur in ipsa ecclesia dei.

Capitulum.lxxxvij.de duplici potestate in republica xp̃iana spirituali icz ꝛ terrena.

Ca.LXXXVII

Hane p̃missis attente consideratis manifeste cognoscere possumus vt ipsa pluralitas actionuꝫ que in ecclesia necessaria sũt penes quas officioꝝ distinctio vt p̃dictuꝫ est:sumpta est:plures arguat necessarias in republi. xp̃iana potestates esse. Cuꝫ enim potestas fit agẽdi:necesse est vt in ecclesia in qua plures et varie sunt actiones plures fateamur eẽ potestates.Dicit enim Aristo.de somno ꝛ vigilia q̃ cuius est actus eius ꝛ potentia. Plane quẽadmodum vt supra ca.lxix.explanauimus fidelium vniuersitas duos in generali cõplectitur ordines:laicos.ſ.ꝛ clericos quasi duo latera corporis vnius:ita in generali due in ipsa fidelium vniuersitate sunt potestates.ſ. secularis ꝛ spiritualis vt magister Hugo de sãcto victore libro de sacramentis parte.ij.inq̃t In laicis quippe ad quorum studium ꝛ prouidentiã ea que terrene vite necessaria sunt pertinent:potestas est terrena. In clericis vero ad quorum studium spectant ea que spiritualis vite sunt bona:potestas est diuina. illa ergo potestas secularis dicitur ista spiritualis nominatur. Quarum potestatuꝫ figura in veteri testamento p̃cessisse videtur.iij. Regl. vij.vbi dicitur:q̃ statuit Salomon duas columnas ereas in porticu templi:cũq; statuisset columnam dextram vocauit eam nomine ioachim: similiter erexit colũnam secundam ꝛ vocauit eam nomine booz. Ad horum autem mysticum verborum intellectũ declarandum sciendũ est ecclesiam militantem significari per atriũ:triumphantem vero per templum dñi. Cuius ratio est:quoniã sicut p̃ atrium intratur ad templum:ita de militante ecclesia transitur ad triumphantem. Salomon autem noster sapientissimus dei scz filius: in quo sunt oẽs thesauri sapiẽtie ꝛ scientie absconditi.ad Coloſ.ij. Duas colũnas id est duas potestates:spiritualem scz ꝛ temporalem: posuit in atrio siue in porticu templi: id est in ecclesia militãte:quibus rangq̃ colũnis respublica xp̃iana fulciretur ꝛ firmaretur. Quoniam autem spiritualia temporalibus p̃feruntur: spiritualis potestas digne per dexteram colũnam accipitur:temporalis vero per colũnam sinistram designatur. Recte autem colũne p̃me scz potestati spirituali impositus est nomẽ ioachim:quod interpretatur p̃parãs alijs firmitatem:per quod designat excellentia spiritualis potestatis:quia nisi oẽm̃ibus virtutibus emineret potestatibus alijs firmitatem non p̃pararet. Vnde petro qui in plenitudine spiritualis potestatis vocatus est: dictum est a christo. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Consequenter est notandum q̃ in huiusmodi potestatibus vt inq̃t p̃fatus venerabilis Hugo de sancto victore.diuersi sunt gradus ꝛ ordines potestatum: sub vno tamen capite vtrinq; distribuuri ꝛ q̃si ab vno principio deducti ꝛ ad vnum relati. Terrena eim̃ potestas caput habet regem: spiritualis potestas caput habet summũ pontificem. De quib⁹ potestatibus Pelagius papa Anastasio imperatori ita scribit in ca. Duo sũt. dist.xcvi. Duo sunt quippe imperator auguste quibus principaliter hic regitur mundus: auctoritas sacra pontificum ꝛ regalis potestas. Gradus vero ꝛ ordines differẽtes in potestate seculari siue terrena capiuntur tam ex veteri testamẽto q̃ ex nouo. Ex veteri quidem primo patet Exod.xvij.vbi dicitur q̃ moyses ex electis viris strẽnuis de cuncto israel constituit eos p̃ncipes populi tribunos ꝛ centuriones ꝛ quinquagenarios ꝛ decanos qui iudicarent populũ dei oẽm̃i tempore. Ex nouo quidem testamento accipiuntur p̃mo vbi ap̃lus inquit ad Roma.xiij. Oẽm̃is anima potestatibus sublimioribus subdita sit. vbi inquit glo. vt etiã seruiat homo potestatib⁹ secularibus bonis vel malis:scz regibus p̃ncipibus tribunis centurionibus ꝛ alijs huiusmodi. Secun-

Eccl̃ia milit̃ est atriũ:ꝛ tri phans templ

do accipitur ex illo vbi beatus Petrus apostolus ait.i. Petri.ij. Subditi estote omni humane creature ꝓpter deum siue regi tāq̄ precellenti: siue ducibus tanq̄ ab eo missis. Gradus vero ⁊ ordines in spirituali potestate etiam tam ex veteri testamento q̄ ex nouo designātur. De veteri quidē patet Numeri.iij.ca. vbi ponitur gradus summi sacerdotis aaron ⁊ minor sacerdotū subministrantium aaron vbi dicitur. Sumptiq̄ sunt sacerdotes eleazar et ythamar coram aaron. Item pontifex ibi subministratio leuitarum ꝑm gradus differētes. vñ vbi dicitur. Dabis leuitas aaron ⁊ filijs eius quib⁹ traditi sunt a filijs israel in ministerio. In nouo quidem testamento etiam gradus in potestate spirituali describuntur. Primo vbi gradus summi pontificis ordinatur cum plenitudo potestatis clauium vni singulariter. s. petro cōmittitur dicente domino illi. Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiam meam ⁊c. Matth.xvi. Item cuz eidem cura gregis dñici vniuersalis iniungitur dicente domino illi. Symon iohānis diligis me plus his pasce oues meas. Joh. vlt. cui in ecclesia romanus pontifex in primatu succedit. Secūdo differentia gradus episcopor designatur in aplis quorum locū tenēt episcopi: quib⁹ a domino dicitur. Amen dico vobis quecūq̄ ligaueritis super terram erunt ligata ⁊c. Matth.xviij. Gradus vero presbyterorum accipitur cum dominus discipulos.lxxij. qui minoris ordinis sacerdotum figuram gesserunt: designasse legitur qui euz precederent in omnez ciuitatem ⁊ locum quo erat ipse vēturus Matth.x. Sub potestate vero presbyterorum ordo dyaconorum: qui in archidyaconis habent iudiciariam potestatem designatur.i. Thi.iij. ab Apostolo: vbi post descriptionem episcopi dicit. Dyacones si bene administrauerint bonum gradū sibi acquirunt.

Capitulū.lxxxviij. In quo ponūtur obiectiones contra ea que dicta sunt de duplici ptāte danda in vniuersitate reip. xp̄iane seculari ⁊ spirituali.

CaLXXXVIII

Contra ea que

Argumētū p̄mū

c iam diximus de duplici potestate ponēda in repu. xp̄iana obijcitur aliquibus medijs p aliquos nitentes ostēdere q̄ necessariuz nō sit predictas duas potestates ponere sed q̄ altera earum sufficiat ad regimē xp̄iani populi. Primo sic. Pluralitas principatuum nō est bona vt habetur.xij. Methaphysice. sed pluralitas potestatum ⁊ iurisdictionū disparatarum quarum vna nō continetur sub altera arguit pluralitatem principatuum quorum vnus nō est sub alio. ergo talis pluralitas non est bona nec expediens: ergo altera tantuz danda venit in republica xp̄iana ⁊ non due. Secūdo sic. sufficit populo q̄ viuat virtuose: sed ad hoc sufficit potestas secularis que per penas ⁊ premia ⁊ leges intendit homines facere bonos ⁊ virtuosos ⁊ operatores bonoruz. vt habetur.ij. Ethicor. ergo alia potestas ad regimen christiani ppli non est necessaria. Tertio arguitur q̄ sola potestas spiritualis sit ponenda: sic. regalis potestas ex permissione diuina videtur esse nō precepto vel constitutiōe filijs israel cōcessa: sed omne tale culpabile ⁊ illicitū esse videt: ergo relinquit talē potestatē siue secularē nō ee necessariam. maior patz. nam Deutero. xvij. sup illud. Cum dixeris constituā super me regem: dicit glo. interli.. Contituūt sibi regem cōtra dei voluntatē: nō deum sed hominē. Item super illud qō sequitur ibidem. Constitues euz quem dñs tuus elegerit. glo. inquit. permittit non cōmittit. ergo videt q̄ ptās secularis puta regia non sit a deo concessa: ⁊ p cōsequēs videtur q̄ talis ee nō debeat i eccl̄ia dei. Quarto sic sup illud Matth.xvij. Ergo liberi sunt filij. glo. si in quolibz regno filij illius regis qui regno illi preferī sunt liberi tūc filij regis cui omia regna subdunt in quolibet regno liberi esse debēt: sed xp̄iani per fidem facti sunt filij dei. ꝑm illud Joh.i. Dedit eis potestatem filios dei fieri: ergo vbiq̄ sunt liberi: ⁊ ita secularibus potestatibus obedire non tenent: ⁊ per consequens in xp̄iano populo nulla talis potestas videt ponenda sed tantū spūalis.

Secūdum

Tertium

Quartum

Capitulum.lxxxix. in quo ponuntur responsiones ad obiecta facta in precedenti ca. contra duplicē potestatē in vniuersitate fidelium.

Ca. LXXXIX

Quod parum mi

q litent ratrones facte contra hoc qō diximus de duplici potestate in ecclesia dei: que collectio dicitur omniū fidelium: facile est videre. cū cm̄ ad diuinam prouidentiam pertineat vt ordo seruetur in rebus. Proprium em̄ est sapientie omia ordinate disponere.i. Methaphysice. Unde Sapiētie.vij. de sapiētia dicitur. q̄ attingit a fine ad finem fortiter ⁊ disponit oia suauiter. Congruus autem ordo est vt per superiora inferiora regantur dispensentur ⁊ gubernentur. Patet hoc in natura corporali in elementis: que regitur ex influentia corporis celestis. Unde dicit philosophus.i. metheororum: q̄ tota regio elementalis contiguatur la

tioni astrorum vt omnis eius virtus inde gubernetur. Et Dionysius.iiij.ca.de diuinis nominib⁹ inquit q̄ sol ad generationem visibilium corporum confert ⁊ ad vitam mouet ⁊ nutrit auget ⁊ perficit. Hoc etiam patet in natura intellectuali: quoniā angeli inferiores illuminātur per superiores: vt docet idem sanctus Dionysius in libro de celesti hierar. Et ita relinquitur debere esse in vniuersitate hominum vt in eis ordo inueniatur: vt qui superiores sunt virtute ⁊ eminentiores intellectu regant inferiores. Vnde Augu.iij. de trinita. inquit. Quēadmodū corpora grossiora ⁊ inferiora per superiora ⁊ potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora p̄ spiritū vite rationalem ⁊ spiritus vite ratōnalis peccatoris per spiritū rationalem iusti. Preterea cum in omni pluralitate ordinata naturale ⁊ expediens sit. vt inquit Aristo.i. politice. q̄ aliquis p̄ncipetur ⁊ cetera sint subiecta: consequens est vt in vniuersitate hoim hoc idem sit fatendum vt aliquis p̄ncipetur: alij sint subiecti. in hoc autem consistit ordo ⁊ ratio potestatis. ergo necessaria est danda in republica fidelium aliqua potestas qua vnus alios regendo ⁊ gubernando ceteris p̄sideat. Q̄ vero p̄ter secularem siue laicam potestatem ponēda sit necessario etiaz in populo xp̄iano spiritualis potestas manifeste ostenditur iuxta dn̄m Durandum in tractatu suo de origine iurisdictionum sic. Pro quo p̄supponit q̄ potestas aliqua in republica ad hoc ordinatur vt homies arceantur a malis ⁊ inducātur ad bona. Vñ i. Petri.ij. dicitur de potestate. q̄ est ad vindictam malox: laudem vero bonorū. Et ad Romanos.xij. dicitur. Vis non timere potestatē bonum fac ⁊ habebis laudem. nam p̄ncipes sunt non timore boni operis sed mali. Quo p̄supposito dicenduz videtur q̄ si bona ad que facienda homies debēt arceri pertinerent solum ad p̄sentē vitam ciuilē ⁊ politicam sufficeret ad regimen xp̄iani populi potestas secularis: nec aliqua alia esset necessaria. patet: quia per virtutes morales ⁊ acquisitas ⁊ maxime per p̄udentiam ⁊ iusticiam que debent esse in rectore: sufficit regi vita p̄sens moralis ⁊ politica ⁊ ciuilis sic precise accepta: sed hec possunt inesse p̄ncipi seculari habēti potestatem regendi quantū ad p̄sentem vitam ⁊ ciuilem ⁊ politicam. ergo p̄ter potestatem secularem nulla alia potestas ē necessaria ad regendum populū in vita ciuili ⁊ politica sic precise accepta. Sed quia vita fideliū ⁊ christianorum non solum tendit ad bona ⁊ mala p̄sentis vite: immo p̄ncipaliter tendit ad bona future vite ⁊ ad ea querēda ordinat oia bona p̄sentis vite. p̄m illud Mathē.vj. Primum querite regnū dei ⁊ iusticiā eius. Summe etiam horret inter omnes penas illam qua post mortem corporis anima ⁊ corpus finaliter mittentur perpetuo in gehennā ignis. Vnde Mathē.iiij. dicitur. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animā autem non possunt occidere. timete illuz qui animā ⁊ corpus potest mittere in gehēnam ignis. Et idem habetur Luce.xij. Et ideo inter fideles xp̄ianos ne exorbitent a fine quem intendūt ⁊ si errauerint in via reducantur ad eam: necessaria est potestas ad quam pertineat eos ad finem p̄dictum dirigere ⁊ deuiantes corrigere ⁊ ad viam rectam reducere non solum exhortationibus sed etiam penis congruentibus. Et quia ad hoc non sufficit potestas secularis que de se nihil nouit de penis ⁊ p̄miis vite future: nec de meritis seu demeritis que ad eas perducunt seu adducunt: ideo p̄ter potestatem secularem necessaria ē in xp̄iano populo alia potestas que cōmuni nomine spiritualis dicitur. Leterum harum duarum potestatū necessitatem in populo xp̄iano Hugo de sancto vicroze lib⁹. de sacra. parte ij. ostendit sic dicens. Due vite sūt vna terrena alia spiritualis. Ad vitam terrenam pertinent omnia que terrena sunt. ad vitam spiritualem omnia que spiritualia sunt. Et autē in vtraq; vita iusticia seruetur ⁊ vtilitas proueniat p̄mum vtriuq; distributi sunt qui vtriusq; bona p̄m necessitatē vel rationē studio ac labore acquirāt. deinde alij qui ea potestate officij cōmissi p̄m equitatem dispensent vt nemo fratrem suum in negocio supergrediatur: sed iusticia inuiolata seruet. Si ergo nō pōt humana societas sine vtraq; vita manere necessaria ē duplex potestas ad conseruationem iusticie: vna que p̄sit in terrenis ad ordinandā vitam terrenam: alia que p̄sit in spiritualibus ad ordinandam vitam spiritualem. hec ille. Has autez duas potestates etiam tangere videtur apostolus ad Romanos.xiij. cum ait. Omnis anima subdita sit potestatib⁹ sublimioribus. Nō exponens magister Nicolaus de lyra ait. id est p̄latis in spiritualibus ⁊ p̄ncipibus terrenis in temporalibus. His habitis dicendum est ad rationes in oppositum. Ad p̄mam respondetur q̄ pluralitas p̄ncipatuum quorum vnus non subest alteri non est bona: sed non sic est in proposito: quoniā inter omnes christianos p̄ncipatus potestas p̄ncipatus secularis aliquo modo subest potestati iurisdictiōs spiritualis siue ecclesiastice vt in sequētib⁹ ostēn

Ad p̄mus ar

demus. Ad secundam rationē reſpondetur
Ad secundum q non debet ſufficere populo fideli qualis eſt
populus chriſtianus q viuat virtuoſe quan-
tum ad virtutes morales ⁊ politicas: de qui-
bus loquitur moralis philoſophus: ſed opor-
tet q viuat ſm virtutes theologicas que di-
rigunt actus fidelium chriſtianorum ad bea
tam vitam. De qua vita ⁊ virtutibus theolo-
gicis ad eam dirigentibus nihil nouit ratio
naturalis nec poteſtas ſecularis ſuper eam
Ad tertium fundata. Ad tertiam reſpondetur negan-
do conſequentiam: ⁊ hoc duplici ratione. Pri
mo quia licet in populo dei ſiue fidelium po-
teſtas ſecularis ſub nomine regalis non lega
tur a deo conceſſa ſed permiſſa: tamen non ſe-
quitur q poteſtas ſecularis ſimpliciter a deo
conceſſa ⁊ precepta non fuerit q cum anteq̄
fuerit rex inſtitutus in iſrael duces ⁊ iudices
fuerint in illo populo ex inſtitutione diuina
qui populum iudicarent. dicitur enim Deute
rono. xvi. Judices ⁊ magiſtros conſtitues in
omnibus portis tuis quas dom⁹ deus tuus
dederit tibi per ſingulas tribus tuas vt iudi-
cent populum iuſto iudicio. Secundo conſe-
quentia prefata venit neganda: quoniā licet
ſaul conſtitutus fuerit rex contra volūtatem
dei hoc modo: quia ſciz non commiſerit illuz
conſtituendum, non ſequitur tamen propter
hoc q poteſtas regalis non fuerit a deo: cum
dicitur Sapiētie. viij. Per me reges regnant
⁊c̄. Et ad Romañ. xiij. dicat apoſtolus. Non
eſt poteſtas niſi a deo. Quia ergo conſtitu-
tio ſaulis non fuit ſm voluntatem dei qua il-
lam fieri precepiſſet ſed deſiderantibus per-
miſiſſet. ideo ſm Auguſtinū in gloſa dicitur
non conceſſa ſed permiſſa, permiſſio autem di
citur de malo ⁊ malum hoc fuit illi populo:
quoniam bonum illius populi in hoc conſiſte
bat q ſolus deus regnaret ſuper eum eo q eſ-
ſet populus eius peculiaris. Unde. i. Regū. x.
dicit Samuel filijs iſrael petentibus regem.
Vos proiecistis dominū bodie qui ſolus vos
Ad quartum ſaluauit. Ad quartam rationem reſponde-
tur iuxta ſanctum Thomā in ſecunda ſecun-
de. Q. ſeruit⁹ qua homo homini ſubditur ad
corpus pertinet: non autem ad animam que
libera manet. Nunc autem in ſtatu huius vi-
te per gratiam chriſti liberamur a defectibus
anime: non autem a defectibus corporis: vt
patet per apoſtolum ad Romanos. vj. qui di
cit de ſeipſo: q mente ſeruit legi dei: carne au
tem legi peccati. Et ideo illi qui filij dei per
gratiam fiunt liberi ſunt a ſpirituali ſeruitu-
te peccati: non autem a ſeruitute corporali:
qua temporalibus tenentur dominis aſtri-
cti: vt dicit gloſa ſuper illud. i. ad Thimo. vi.
Quicunq; ſunt ſub iugo ſerui ⁊c̄. Vel dicen-
dum vt ſupra Tho. ⁊ dominus Bonauentura
dicunt in fine. ij. ſententia. q xp̄s loquitur de
ſe ⁊ eius diſcipulis qui nec ſeruilis conditio-
nis erant nec res temporales habebant de q̄-
bus dominis ſuis obligarētur ad tributa ſol-
uenda. ⁊ ideo non ſequitur q omnis xp̄ianus
hm̄oi libertatis ſit particeps: ſed ſolum qui ſe
quūtur apoſtolicam vitam in hoc mundo poſ
ſidentes ⁊ a conditione ſeruitutis immunes.
Unde in alijs xp̄ianis qui vel ſunt ſeruilis cō
ditionis vel abundant temporalib⁹ bonis au
ctoritas illa nō habet locum.

Capitulū. xc. De multiplici eminētia qua ptās ſpiri-
tualis ſupereminet poteſtati ſeculari.

Stenſa neceſ- Capitulū xc

o ſitate duplicis poteſtatis. ſ. ſecularis ⁊ ſpiritualis ad con
ueniens regimē populi xp̄ia-
ni: reliquū eſt videre de com-
paratione harum poteſtatum adinuicem que
earum alteri preemineat. Cum autē vniuerſi
tatis regimen ex his duabus poteſtatib⁹ pē-
deat iuxta dictum Gelaſij pape in ca. duo q̄p-
pe. di. xcvi. Cunctę que a deo ſunt ordinata: or-
dinata ſunt: vt inq̄t Apl's ad Ro. xiij. neceſſe
eſt vt altera harum poteſtatum alteri preemi
neat. nō autem terrena ſpiritualī: qm̄ hoc ma
nifeſte rationi repugnat: conſequens eſt vt ſpiri
tualis poteſtas terrene ſiue ſecularī p̄emine-
at ſitq; illa ſuperior. Uidetur aūt nobis q ſpi-
ritualis poteſtas p̄emineat ſecularī in decem
Prima p̄eminē- tia ptātis ſpūalis
Primo quidē temporis antiquitate. patet
nam in Abel a quo ⁊ eccleſia incepiſſe: vt di
ctum fuit ſup̄. ca. xxij. videt ſacerdotiū habuiſ
ſe exordiū in populo dei: cum ipſe in ſcriptura
ſancta ſacrificiū deo acceptum obtuliſſe lega
tur Heb. xi. Unde Aug. libro. v. ad oroſiū di-
cit: tria maxime iuſticie preconia in abel fuiſ-
ſe comprobant. ſ. virginitas ſacerdotiū ⁊ mar
tyrium: in quibus xp̄i figuram primus geſſit.
Patet etiam hec antiquitas ſacerdotij tēpo-
re legis nature. nam a tempore Noe ante iſti
tutionē regalis ſiue imperialis legitime ptā-
tis ſacerdotium annexum fuit primogenitu re
vſq; ad ſacerdotiuz legis. vnde omnes primo
geniti a Noe vſq; ad Aaron ſacerdotes eē di-
cunt. vnde Melchiſedech quem doctores di
cunt fuiſſe Sem filiū Noe: ſacerdos altiſſimi
appellatur Gene. xiiij. Nec obuiat q̄ rex etiaz
fuiſſe dicatur ſicut ⁊ ſacerdos: qm̄ ſacerdotiu
um in eo cum annexum fuerit primogeniru-
re: non autem regalis dignitas preceſſiſſe

videtur in eo sacerdotalem dignitatem. Leterum hec poritas temporis in sacerdotio patet tēpore legis: nam in populo israelitico qui tunc populus dei erat peculiaris. vt habetur Deutero. vij. sacerdotiuz precessit regalem dignitatem. sicut patet. i. Regum. x. vbi legitur q̄ Samuel sacerdos inunxit de mandato dñi saulem in regem qui primus rex fuit in israel.

Secunda Secūdo potestas spiritualis preeminet seculari potestati regali in nobilitate originis: quoniā potestas spiritualis ⁊ maxime data in nouo testamento est a deo immediate: videlz a xp̄o illam certe persone tradente scilz petro p se ⁊ suis successoribus. Math. xvi. Tibi dabo claues regni celorum. Et Joh. vlti. Symō iohannis pasce oues meas. Potestas autem secularis non fuit sic a principio instituta: qō consideranti sacre scripture processum manifestum est. nam potestas secularis quantū ad quattuor imperia scz assyriorum ⁊ chaldeorū: medorum ⁊ persarum: grecorum ⁊ romanorum non fuit a principio legitime introducta sed per violentiaz vsurpata. Qō de assyriorum ⁊ chaldeorum imperio patz: hoc autē incepisse legitur a nemroth de quo dicitur Genes. x. q̄ ipse cepit esse potens in terra ⁊ erat robustus ⁊ venator hominū: id est oppressor. vt ibidem exponit magister hystoriarū. vnde per violentiam ⁊ oppressionem aliorū acquisiuit sibi regnum ⁊ imperium. ſſuit autē principiū regni eius babylon ⁊ arath archad ⁊ talamie in terra senar: de qua terra egressus est assur qui edificauit niniuen. vt in eodē ca. dicitur. De imperio vero medorum ⁊ persarum: qō etiam per violentiam ⁊ oppressionē fuerit introductum aperte colligitur. Daniel. vij. ca. vbi loquitur q̄ interfecto balthasar rege babylonis translatum est regnum ⁊ imperiū in medos ⁊ persas.

De imperio vero grecorum qō successit post imperium medorum ⁊ persarum: qō etiam per violentiam introductū fuerit patet in principio p̄mi libri machabeorum: vbi dicitur. q̄ alexander rex grecorum percussit darium regem persarum ⁊ medor: ⁊ constituit prelia multa ⁊ interfecit reges terre: ⁊ sic obtinuit imperium. De imperio vero romanor q̄ per violentiam ⁊ potentiaz secularem surrexerit siue introductum etiam fuerit hystorie apertissime docent. Patz ergo q̄ potestas secularis quātum ad quattuor imperia sibi succedentia nō fuit a principio legitime introducta: sed per violentiam ⁊ ambitionem vsurpata. In cuius signum hec quattuor imperia seu regna ostensa sunt danieli in visione in similitudine non hominū sed bestiarū, vt patz Daniel. vij. quia non insurrexerunt per viam rationis sed impetu sensualitatis quantū ad suam p̄mam originem. Unde si temporis processu hec regna reducta sunt ad statum legitimuz oportuit q̄ hoc auctoritate dei fieret aut consensu populi expresso vel interpretatiuo. Tertio potestas Tertia spiritualis preeminet terrene siue seculari in dignitate: quoniā quanto vita spiritualis dignior est q̄ terrena ⁊ spiritus q̄ corpus: tanto vt inquit venerabilis Hugo de sancto victore. libro de sacramentis parte. ij. potestas spiritualis supra secularem siue terrenam honore atq̄ dignitate preexcellit. Et hoc modo dicit Jnuocentius tertius extra de maio. ⁊ obe. in ca. Solite. q̄ spiritualia tanto sunt temporalibus dignioza quanto anima prefertur corpori. Quam ob rem beatus Ambrosius vt habetur in ca. Duo. di. xcvi. inquit. q̄ aurum nō tanto precio sius est plumbo: quanto regia potestate sit ordo sacerdotalis altior. Quarto po Quarta testas spiritualis preeminet potestati terrene siue seculari maioritate auctoritatis. Nam vt inquit Hugo de sancto victore vbi sup̄ in ecclesia sacerdotalis dignitas regalem potestatem sacrat ⁊ sanctificat per benedictionez Cum ergo sicut dicitur ad Heb. vij. sine contradictione maior est qui benedicit q̄ qui benedicitur: constat absq̄ dubitatione q̄ terrena potestas que a spirituali benedictionē accipit iure inferior illa estimatur. Quinto spi Quinta ritualis potestas preeminet terrene potestati siue seculari nobilitate finis ad quem dirigit ſſinis aūt quem debet intendere vtraq̄ potestas est bonum multitudinis quod principaliter consistit in hoc qō est viuere s̄m virtutem. in operatione namq̄ virtutis consistit felicitas que est perfectum ⁊ finale bonum. differēter tamen intēdit bonum multitudinis potestas secularis ⁊ potestas spiritualis: quoniaz secularis bonū multitudinis intendit: ad qō potest peruenire virtute nature: spiritualis vero ad bonum celeste: id est supernaturale: qō exuperat oēm sensum: vt ait apostol⁹ ad Phi lipen. iiij. In cuius signū cum saluator noster hanc spiritualem potestatē se daturum petro p̄mitteret petro ait. Tibi dabo claues regni celorum. Sed finis supernaturalis est potior quocunq̄ alio. ergo potestas spiritualis preeminet seculari nobilitate finis. Sexto potes Sexta tas spiritualis p̄eminere videt ptāti seculari quodāmodo causalitate: ⁊ hoc in triplici gne (vt videt) causalitatis efficientis. f. formalis ⁊ finalis. Efficientis q̄dē quodāmodo ⁊ h̄ duplīciter. Tum p̄mo q̄ per sacerdotium deo ordinante ⁊ iubente ordinata est primo in populo

dei regalis potestas: vt patet. i. Regũ. viij. ca. vbi legitur q̃ cum filij israel peterent a samuele sacerdote vt regem illis constitueret: illeq̃ consuluisset dñm. dñs ait ad eum. Audi voce eoꝝ ⁊ constitue super eos regem. Si vero samuel fuerit sacerdos negari nõ potest: cuꝫ de ipso legatur sacrificium obtulisse ⁊ reges vnxisse scz saulem ⁊ dauid. Et beatus Augu. lib. xviij. de ciui. dei. ca. iiij. dicit. q̃ bely reprobato substitutus est in dei ministerio samuel. ⁊ idẽ habetur in glo. ad Deb. vij. Tum secundo in ratione causeꝫ efficientis potestas secularis a spirituali dependere quodãmodo videtur. Nam potestas secularis veram ⁊ perfectam rationem potestatis sortitur ex formatõne seu ex deriuatiõe potestatis spiritualis. Pro quo notandum q̃ quemadmodum virtutes morales sine fide christi non habẽt rationẽ completam virtutis: quia vt inquit sanctus Thomas in p̃ma secũde non ordinant hoiem ad finem vltimũ simpliciter: qõ est superna beatitudo: sed ad vltimuꝫ finem ꝑticuli in aliquo genere: videlicet ad eum quiꝫ nõ excedit facultatem homis. ⁊ ideo vt habetur in ca. Omnes. xxviij. q. i. inquit Augu. Vbi non est agnitio incõmutabilis veritatis falsa est virtus etiaꝫ in optimis moribus. Item idem Augu. vt habetur in ca. Vbi sana. xxiij. q. i. inquit. Vbi sana fides non est nõ potest esse iusticia. Ita videtur dicẽdũ de ptãte regitiua ppli cui? intẽtio est subiectos inducere ad virtutes. vt dicitur. ij. Ethicoꝝ. q̃ ipsa nõ habet perfectam rationem potestatis vt subiectos suos regulet aliquo modo: etiam in ordine ad finem beatitudinis superne. Unde beatus Augu. lib. iij. contra Ereseontũ grãmaticuꝫ inquit. In boc enim reges sicut eis diuinitus precipitur deo seruiunt inquantũ reges sunt si in regno suo bona iubeant mala prohibeant: non solũ que pertineant ad humanã societatem verum etiam que ad diuinã religionem. Item libro de correctione donatistarũ ad Bonifaciũ comitem ita inquit. Et nunc reges intelligite ⁊c. Quo modo ergo reges seruiunt dño in timore nisi ea que cõtra iussa dñi fiunt religiosa seueritate prohibẽdo atq̃ plectendo: aliter em̃ seruit quia homo est: aliter seruit quia rex est. quia homo est seruit fideliter: quia vero etiaꝫ rex est seruit leges iuste precipientes ⁊ cõtraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo. sicut seruiuit Ezechias lucos ⁊ tẽpla idolorum ⁊ illa excelsa que contra dei preceptuꝫ fuerunt constructa destruendo. hec Augusti. Cum autem potestas secularis vt sic accepta nihil noverit de felicitate superna nec de bis que ad illam homines disponunt: necessario in hac potestatis perfectione pendet ex potestate spirituali cui per se ⁊ directe competit homines inducere ad finem superne felicitatis ⁊ nulli alij nisi ex directione huiusmodi. Patet ergo q̃ potestas secularis in republica christiana in sua perfectione modo iam dicto pendeat a potestate spirituali etiam in genere cause efficientis quasi ab ea formata. Videmus em̃ q̃ calor naturalis informatus virtute anime vegetatiue agit ad generationem carnis ⁊ sanguinis in animali ad quod nõ potest virtute ꝓpria tantũ: ⁊ ita suo modo videtur dicendum in proposito. Unde vt in ca. Si imperator. di. xcvi. dicitur. q̃ imperator filius est ecclesie non presul. ⁊ ideo quod ad religionem competit discere ei competit nõ docere. propter quod Hugo de sancto victore vbi supra inquit. q̃ spiritualis potestas terrenaꝫ instituere habꝫ vt sic: ⁊ iudicare si bona non fuerit. Secundo potestas secularis dicitur dependere ex potestate spirituali in genere cause formalis. sicut em̃ charitas vt inquit beat? Ambrosius dicitur forma aliarum virtutum: non quidem per modũ inherentie: sed per modum cuiusdam directionis. ordinat em̃ actus aliarum virtutum ad finem vltimum. Simili modo potestas spiritualis potestati seculari regulam ⁊ formã regiminis ⁊ directionis dat Est autẽ hoc cõmune in artibus ordinatis: vt ea ad quam pertinet vltimi finis cõsideratio leges ⁊ regulas det aliis artibus quarũ fines ordinantur ad finem eius: sicut medicina aliis pigmentarie: ⁊ militaris equestri. Hinc dicit q̃ leges imperiales non solum non dedignantur sacros canones imitari. vt dicit in ca. Elerici. extra de iudi. immo vt in ca. Constitutiones. di. x. Felix papa dicit. Constitutiões principum contra canones ⁊ decreta presulum romanoꝝ vel bonos mores nullius sunt momẽti. Tertio potestas secularis pendet a spirituali in ratione cause finalis: quoniã sicut finis potestatis secularis que est felicitas politica ad quam ex naturalibus peruenitur: ordinatur (vt dictuꝫ est) ad finem potestatis spiritualis que est superna beatitudo totam facultatem humane nature trãscendens: ita potestas ad potestatem similiter ordinari videtur: hinc potestas secularis dicit data in obsequiuꝫ spũalis. Unde in ca. Principes. xxiij. q. v. dicit Ambrosi?. Principes seculi nonũq̃ intra ecclesiã potestati adepte culmina tenẽt vt per eandẽ potestatẽ disciplinã ecclesiasticam muniant. Ceterũ intra ecclesiã potestates necessarie nõ essent nisi vt qõ nõ preualẽt

sacerdotes efficere per doctrine sermonē potestas hoc imperet per disciplīne terrorē. Sepe per regnum terrenū celeste regnū proficit: vt qui intra ecclesiā positi contra fidē ⁊ disciplinam agunt rigore p̄ncipū cōteranť. Et .j. Cognoscant p̄ncipes seculi deo se debere esse reddituros rationē ꝓpter ecclesiaz quā a xp̄o tuendā suscipiunt. Septimo spiritualis potestas supereminet potestati seculari iurisdictione: quoniā potestas spūalis iudicat terrenam si eam deuiare contingat nō autē ecōuerso. Hanc superioritatis p̄eminentiā tangit venerabilis Hugo vbi sup̄ ita dicens. Potestas spiritualis terrenā iudicare habet si bona nō fuerit: ipa vero spiritualis a deo primuz instituta est ⁊ cū deuiat a solo deo iudicari habet ⁊ potest: sicut scriptum est .i. Cor. xij. Spiritualis homo oīa iudicat ⁊ ipe a nemine iudicatur. Ad hoc facit canon Gelasij pape in ca. Cuncta. ix. q. iij. vbi sic ait. Cuncta per mūdum nouit ecclesia q̄ sacrosancta romana ecclesia pbas habeat de oībus iudicandi nec cuiq̄ de eius liceat iudicare iudicio. Ad idem est ca. Nemo. ⁊ ca. Alioq̄. eadē causa 7. q. M vero a potestate spirituali potestas secularis cum eam errare contigerit veniat iudicanda aperte colligitur ex multis. Primo quidē ex eo q̄ vt habeť in ca. Alius. xv. q. vi. Gelasius papa scribens Anastasio imperatori inquit. Romanus pontifex zacharias regem francorum nō tam pro suis inquitatibus q̄ pro eo q̄ tante potestatis erat inutilis a regno deposuit ⁊ pipinnū karoli imperatoris patrē in eius loco substituit. Item vt testatur Gelasius papa in ca. Duo. di. xcvi. Innocentius papa excōmunicauit arcbadiū imperatorē. Item Stephanus papa secūdus trāstulit imperiū a grecis ad germanos in persona karoli magni: vt inducit Innocētius tertius in ca. Per venerabilem. extra de iudicijs. Item Honorij? tertius vt legiť in cronicis ffredericū imperatorem anatbematizauit ⁊ barrones ab ei? fidelitate absoluit: quē postea Innocentius quartus deposuit ab imperio ⁊ oīi regno in concilio lugdunēsi. Beatus etiam Ambro. vt legiť in ca. Duo. di. xcvi. licet non esset vniuersalis pontifex theodosium magnum imperatorem excōmunicans ab ecclesia excludit. Octauo potestas spiritualis p̄eeminet seculari superioritate p̄latōis. patet hoc. quia spiritualis potestas vt sepe cōmemoratum est ad superiorem finem dirigit ad quē finis potestaz terrene ordinatur. Sententia autē Aristo. est .i. Ethicoz. vt virtus vel ars p̄ceptiua sit oīm aliarum ad cuius finem fines aliarū ordinanť ⁊ reducunť. Hinc beatus Grego. in ca. Quis dubitet. di. xcvi. dicit. Quis dubitet sacerdotes xp̄i regum ⁊ p̄ncipum omniūq̄ fideliū patres ⁊ magistros censeri. Quocirca Gregorij? nazanzenus imperatorib? constantinopolitanis. vt in. c. Suscipitis. di. x. ita scribit. Lex xp̄i sacerdotali vos subijcit potestati atq̄ ꝛstis tribunalibus subdit. dedit em̄ nobis potestatez dedit ⁊ p̄ncipatum multo perfectiorē p̄ncipatibus vestris. an nunq̄d iustum vobis videtur si cedat spiritus carni: si a terrenis celestia superentur: si diuinis p̄ferant humana. q. d. non. Nono spiritualis potestas p̄ferť terrene siue seculari amplitudine p̄ncipatus. amplitudo em̄ p̄ncipatus spiritualis potestaz extendiť a mari vsq̄ ad mare ⁊ a flumine vsq̄ ad terminos orbis terraruz. ps̄. lxxi. ℔ q̄ exposuim? superi? in ca. xxxiij. Ell̄ de aplis dr̄ ps̄. xliij. Constitues eos p̄ncipes super oēm terram. Et petro dictum est a dño. Ego constitui te p̄ncipem super plebem meā. Item ei dicitur Matb. xvi. Quodcunq̄ ligaueris super terram ligatum erit in celo. Et Joh. vlti. Symon iobānis pasce oues meas. non discernens inť has ⁊ illas: sed quascūq̄ ei cōmēdat vt ait Bernardus. Hec autē p̄rerogatiua potestatis spiritualis satis euidenter designata videtur. vt inquit Innocentius tertius in ca. Nouit. extra de maio. ⁊ obe. Hieremi. i. vbi dictum a dño hieremi. legitur qui sacerdos erat. Ecce constitui te super gētes ⁊ regna: vt euellas ⁊ dissipes: edifices ⁊ plātes. Quā p̄eminentiam potestatis spiritualis maxime in romano pontifice. beatus Aug. admirās in sermone quodaz aplorz petri ⁊ pauli qui incipit. ffortis ⁊ humilis: ita inquit. O mira potentia ⁊ ineffabilis gratia saluatoris: quis plebeium piscatorem apostolorz facile crederet p̄ncipē ⁊ regibus obsistere: reges sanctificare: regib? oīb? imperare: mundū refrenare legibus ⁊c

Septima

Octaua

Nona

Decima

Decimo potestas spiritualis p̄eeminet seculari roboze firmitatis ⁊ fortitudinis: patz hoc quoniā potestates seculares parue duratiōis ⁊ exigue firmitatis sunt: sicut dicit de quattuor imperijs supra notatis. Dañ. vij. Unde bene dicit Eccli. x. Omis potētatus breuis vita potestas vero spiritualis stabilis semp perseuerat. Unde cum a christo dictum fuisset petro Matb. xvi. Tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiā meā: imediate de firmitate eius sequtur. Et porte inferi nō p̄euale bunt aduersus eam. vnde signāter stabilitas potestatis spiritualis maxime in aplica sede figurata videť per stabilitatem throni dauitici de quo. ij. Regl. vij. dicit. Stabilia throni

regni eius vsq; in sempiternū. Et.j. Thronus eius erit firmus iugiter.

Capitulū.xci. In quo ponūtur alique obiectiões cōtra ea que dicta sunt de preeminētia potestatis spūalis supra secularem.

Caplm. XCI

Quersus aliqua

a que dicta sunt de preeminentia potestatis spūalis supra secularem aduersarij plurima obijciūt

Argumētū pmū

Et primo q nō preemineat tēporis antiq̄tate arguiť sic. Prius tēpore fuit terrena potestas siue secularis q̄ sacerdotiū. ergo potestas secularis p̄cedit tēporis antiquitate spiritualem 7 nō ecōuerso. ꝓña patet. añs ostenditur ex tribus. Primo ex eo qđ dicit beatus Aug.xv.de ciui.dei: q Cayn ante diluuiū fuit primus domin⁹ inter homies: quo tēpore nullum videtur fuisse sacerdotiū. Secundo ex eo: q regnū videtur incepisse in nemrotb Gene.x. tempe legis nature: quanq̄ post diluuiū sacerdotiū aūt incepit in Aaron tempe legis scripte vt habetur Exodi.xxviij. nō est autem dubium q̄ tēpus legis nature p̄cesserit tēp⁹ legis scripte. Tertio ex eo: q veruz sacerdotium in xp̄o videť incepisse. verū aūt regnum electione diuina longe ante incarnationē xp̄i vt in saule incepit: vt habeť.i. Reg. x. Et ita videť q potestas terrena siue secularis p̄cesſit sacerdotium 7 per ꝓñs potestatē spūalem

Probatio pma.

Secunda

Tertia

Secūdum argu.

Secūdo q potestas spūalis nō p̄emineat seculari nobilitate originis arguiť sic. Quoz est vna 7 eadem origo nullum eoz alteri p̄eminere videť originis nobilitate: ꝫ potestas spūalis 7 secularis habent vnā 7 eandem originem.s.deū dicente Ap̄lo ad Ro.xiij. Nō est potestas nisi a deo. Propť qđ subiūgit. Qui potestati resistit: dei ordinationi resistit. vnde imperiū 7 sacerdotiū ex eodem principio prodierūt. in autēticis quo modo oporteat epos in principio col.ij. 7 ergo sequitur q ex parte originis nō sit aliqua preeminētia vni⁹ potestatis ad aliā. Tertio arguiť q potestas spiritualis nō p̄emineat seculari dignitate: quoniā vt dicit.i. Petri.ij. Subiecti estote omni humane creature ꝓpter deum siue regi tanq̄ p̄excellenti. vbi beat⁹ Petrus asserere videtur regalem potestatē cereris potestatib⁹ dignitate p̄cellere. Quarto arguitur q potestas spiritualis nō p̄excellit maioritate auctoritatis: qm̄ si eo q potestas secularis regalis inūgitur 7 benedicitur a potestate spirituali spiritualis potestas ē dicenda p̄excellere maioritate auctoritatis: sequeretur q episcopus bostien. qui summū pontificem consecrat maioz auctoritate summo pōtifice dicēdus esset

Tertium

Quartum

quod non est verum. ergo nec in proposito nostro ratio facta militare videť. Quinto arguitur q potestas spiritualis non p̄emineat seculari causalitate sic. Ambe iste potestates sunt immediate a deo: ergo vna earū causalitate non depēdet ab alia. consequētia patet. antecedens est notum de potestate spirituali. de seculari vero habetur in ca. Quesitū. xxiij.q.iij. vbi dicit Innocē. A deo concessam esse imperialem potestatē propter vindictam noxioz gladium fuisse permissum 7 dei ministerio esse datum. Sexto arguitur q spiritualis potestas nō p̄emineat seculari maioritate iurisdictionis: ita q eam errantē iudicare posset sic. Glosa super illud pś .l. Tibi soli peccaui: dicit sic. quia rex est oīnibus superior ideo tm̄ a deo qui maior eo est: est puniendus. si q̄s vero de pp̄lo errauerit deo peccauit 7 regi: rex ꝛo nō habz boiez q̄ eius facta dijudicet ergo nō videtur q potestas spiritualis possit punire secularē potestatē: vtputa regem aut imperatorē. Septimo arguitur q potestas spiritualis non p̄emineat seculari superioritate p̄lationis siue dominationis: sic. Non soluitur tributum per aliquē alicui nisi maiori aut superiori. vnde solutio tributi probatio esse videť subiectōnis. vt habeť tā ex ca. Magnum.xi.q.i. q̄ ex ca .ij. extra de censi. sed ecclesia soluit tributum imperatori. vt in ca. Si tributum.xi.q.i. ergo videtur q spiritualis potestas non terrene superemineat maioritate p̄lationis siue dominatiōis sed potius econuerso. Octauo arguiť q spiritualis potestas non superemineat seculari superioritate p̄incipatus: sic. Moyses qui fuit primus doctor populi israel 7 quasi imperator fuit superior q̄ aaron qui erat summus pōtifex populi israel. ergo superior est p̄incipatus secularis q̄ spiritualis. consequētia videtur nota. antecedēs vero patere videtur ex eo q potestate moysi aaron electus est in sacerdotē. ꝺm illud Exo. xxviij. Applica quoq; tibi aaron fratrē tuū cū filijs suis vt sacerdotio fungant mihi.

Quintum

Octauum

Capitulum.xcij. in quo respōdetur rationibus supra dictis contra preeminentiam potestatis spiritualis supra secularem.

Caplm XCII

Vm autem ea

c que de eminentia potestatis spiritualis supra secularem diximus: saluo semp meliori iudicio: vera esse credam⁹. respōdebim⁹ ad obiectiões factas i ꝓrariū. Ad pmā rndeť negādo añs: 7 ad pbatōez pmā i q̄ dicebať q chain ante diluuiū fuerit pm⁹ dñs inť hoies: dicim⁹ duo. Prio q chayn n̄ fuit ꝑe dñs: vtputa ordi

Ad pmū argumentum 7 ei⁹ primam pbationē.

nariam habens potestatem:sed fuit vnus tyrannus per violentiam ⁊ oppressionem querens sibi principatum. Secundum est q̄ anteq̄ chayn dominiū illō quod habuit vsurparet iam preceſſerat oblatio abel quē xp̄us in euangelio Luc.xi.iustum vocat que fuit vera res sacerdotalis.vnde subdit Gene.iiij.Et respexit deus ad Abel ⁊ ad munera ei⁹.⁊ propt̄ ꝫ vt sup̄ dixim⁹ dic̄ beat⁹ Aug.q̄ int̄ cet̄a iusticie precōia que fuisse in Abel cōprobantur est sacerdotiū.Ad id quod inducitur in p̄batione secūda de Nemroth pariter respōdetur

Ad p̄bationem secundam.

Primo q̄ etiam post diluuiū anteq̄ mētio fieret aut de dn̄io aut de regno p̄ius tempore fuit de re sacerdotali mō ad sacrificiū primente facta memoria.vnde cum Noe egressus eēt de archa cum filijs suis ⁊ vxore vt legit̄ Gen̄. ix.edificauit altare dn̄o:⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucribus mundis obtulit holocausta super altare:odorat⁹q̄ est dn̄s odorez suauitatis.Nec autem oblatio siue act⁹ sacerdotalis preceſſit tempore ipsum Nemroth de quo arguebatur cū fuerit quartus a noe.Noe enim genuit cham:⁊ post diluuiū cham genuit chus:⁊ chus genuit nemroth.p̄ceſſit g̃ rēpe spūalis dignitas talem.Scdo n̄r q̄ dn̄iuz siue regnū ipsi⁹ nēroth nō fuit legitimū ꝫ vsurpatum ⁊ violentū quēadmodum Gene.x.designat cū dicit̄ q̄ nemroth erat robustus venator coram dn̄o.i.oppressor hominū ⁊ extinctor vt exponit Alcbuin⁹.qō etiā ex illo colligitur q̄ p̄incipiū regni eius fuit babylon que interpretat confusio.Bene autē dicit̄ p̄incipiū regni eius cōfusio:qm̄ nec iustum fuit nec legitimū sed tyrannicū ⁊ vsurpatum magis latrocinīū dicēdum q̄ regnū.Et ideo ex tali vsurpato ⁊ violento dn̄io nō bene arguit̄ q̄ in ecclesia dei potestas terrena precedat spiritualem

Ad tertiam p̄batione.

siue sacerdotiū. Ad id qō tertio inducitur q̄ verū sacerdotiū in xp̄o inceperit:regnum aūt in saule.respōdet̄: q̄ verū capitur dupliciter. vno modo vt distinguit̄ cōtra fictum.alio mō vt distinguit̄ contra figuratū.Dicim⁹ ergo q̄ sacerdotiuz legale fuit verū sacerdotiū prout verū distinguit̄ contra fictū vel falsum cum a deo institutū fuerit vt habetur Exodi.xxviij. Deus aūt cuius perfecta sunt opera Deuto. xxxij.nihil facit fictum aut falsuz. Nihilomin⁹ dicim⁹ q̄ nō fuit verū prout verum distinguit̄ cōtra figuratiuū.Figurauit enim sacerdotiuz xp̄i prout oēs hostie veteris testamēti figurabant veram hostiā que xp̄us est.Unde ex hac parte qua legale sacerdotiū fuit figuratiuum dicit̄ nō verū:q⁹ nō veras hostias que petā deferent sed figuratiuas vere hostie offerebat:⁊ ita imperfectū iuxta illud ad Heb. vij. Nihil ad perfectū adduxit lex.Et ita licet sacerdotium verum prout distinguitur contra figuratiuum inceperit in xp̄o qui est sacerdos in eternum:sacerdotiū tn̄ legale,quod fuit verum sacerdotium prout verum distinguitur contra fictum aut falsum preceſſit in aaron qui preceſſit saul primum regem in populo dei:⁊ per consequēs sacerdotalis dignitas preceſſit regalem in populo dei. Ad secundam ratio-

Ad secūdā

nem in qua arguitur q̄ potestas spiritualis nō preemineat nobilitate originis:respondetur q̄ potestas cuiuscunq; dignitatis sit quantum ad duo ad presens considerari potest: videlicet quātum ad ipsam potestatem siue essentiam potestatis:⁊ sic oīs potestas est a deo vt argutum est.⁊ hoc modo cum sit vna ⁊ eadem origo oīs potestatis create scilicet diuina maiestas non differunt in origine potestas spiritualis ⁊ secularis.Alio modo potest considerari potestas quātum ad modum adipiscendi:⁊ sic potestas est a deo quando scilz aliquis ordinate adipiscitur potestatem. ſm illud ad Heb.v. Nemo sibi honorem assumit sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron.Quādoq; vero non est a deo sed ex peruerso hominū appetitu quo per ambitionē vel alio modo quocunq; inconuenienti potestatem adipiscūtur Amos.v. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua.Et hoc modo cuz vt supra declarauimus dominia terrena non legitime sed per vsurpationem ⁊ violentiam primo fuerint introducta: sacerdotium vero institutione diuina. dicimus potestatem spiritualem origīnis nobilitate preeminere potestati seculari. Ad tertiam rationē respon-

Ad tertiam

detur q̄ potestas regalis non nominatur sic excellens q̄ simpliciter preemineat oīm potestati sed bene in ordine ad secularium potestatem est excellens:⁊ ideo ex hoc non sequit̄ q̄ preemineat potestati spirituali que alteriꝰ ⁊ superioris ordinis est: vt supra dictum est

Ad quartam rationem respondetur q̄ licet papa ante consecrationem:vtputa si sit soluz dyaconus aut simplex presbyter sit episcopo hostien̄.consecrato maioꝛ auctoritate iurisdictionis:minoꝛ tamen est dignitate consecrationis illo.⁊ hoc non est inconueniens: sicut de archiepiscopo dicimus respectu suoꝝ suffraganeoꝝ a quibus consecratur.Et sic verum est q̄ maioꝛ est qui benedicit q̄ qui benedicitur in eo q̄ benedicit: sicut agens nobilius est passo.ij.de anima. Ad quintam

Ad quartum

Ad quintum

respondetur q̄ ad presens sufficit. Primo q̄ non intelligimus potestatē regalem causali-

tate in genere cause efficientis sic pendere a spirituali potestate ꝙ regalis potestas in quibuscūq; fuerit aut sit auctoritate instituta sit per spiritualē: qm̄ sicut argutum est ambe iste potestates ab eodem principio processerūt .s. deo: sed dicimus ꝙ ptās regalis in p̄mo rege qui fuit in populo dei ministerialiter dep̄enderit a potestate spūali siue sacerdotio: qm̄ sicut sup̄ inductū est p̄ sacerdotiū iubēte dn̄o ⁊ ordinante instituta est regalis ptās: sicut patz in saule p̄ samuelem. i. Regū. viij. ⁊ quodāmodo etiā in dauid quē idē samuel p̄cepto dn̄i inunxit in regem reprobato saule. i. Regū. xvi. Secundo dicimus ꝓut supra dixim⁹: ꝙ potestas secularis pendere causaliē a spūali potestate potest dici q̄tū ad perfectionē eius q̄ attēdit penes ordinē ad vltimū finē simpliciter qui est felicitas superna. Cū autē potestas secularis vt sic nihil noverit de vltimo fine nec de mediis perducētib⁹ ad illū: sed hoc sit ꝓpriū spiritualis potestat̄: necesse est ꝙ si in ordine ad vltimū finē potestas secularis dirigere habet subiectos suos hoc habeat ex derivatōe a spirituali potestate. vnde Aug. li. j. de civi. dei. c. xxi. dicit ꝙ sine summa iusticia nō p̄t regi res publica. vera aūt iusticia nō est in republica: cuius xp̄s nō est rector. Vñ sc̄tus Tho. dic̄ in iiij. di. xix. Reges inunguūt vt excellētia potestatis ip̄oꝝ a xp̄o descēdere significet ⁊ vt ipi sub xp̄o in pp̄lo xp̄iano regnent. Perfectio ergo potestat̄ secularis quodāmodo dependet in pp̄lo xp̄iano a potestate spūali. p̄terea etiā ratio facta nō ꝓcedit: qz dato ꝙ ptās secularis in rōne cause efficientis nō penderet a potestate spūali: pēderet tn̄ in rōne cause formalis ⁊ finalis vt dictū est. Ad sextā rōnē respōdetur ꝙ cū dr̄ ꝙ rex nō habet superiorē: intelligendū est in suo ordine. Est em̄ vt dictū est ordo potestatū dupler scz potestatū secularium ⁊ potestatū spūaliū. in ordine potestatū secularium oib⁹ maior est rex vel imperator. quēadmodū in ordine ptātū spūaliū superior oib⁹ ē papa. nihilominus collatione facta potestat̄ spūalis ad potestatē secularē potestas spiritualis est supra secularē: sicut spūs supra corpus vt dictū est. vnde Hieremie sacerdoti dicitur Ecce constitui te sup̄ reges ⁊ regna. Hiere. i.

Ad septimū rōnē respondet ꝙ eccl̄ia nō solvit tributū imperatori aut p̄ncipibus secularibus in recognitionē dominij vel subiectōis sed solū ꝓ pace ⁊ quiete servanda: quā ipe imperator ⁊ p̄ncipes seculares tueri ⁊ cōservare tenent̄: sicut colligit̄ ex eodē. c. Tributū. ⁊ ita ecclesia solvit tributū non in recognitionem dominij sed potius in recognitionē p̄fati beneficij seu in solutionē stipendij. vnde p̄prie non est tributū. Preterea nec ecclesia de oib⁹ temporalibus tributū solvit potestati seculari: quia nō de bis que possidet sorte spirituali ⁊ iure diuino: vt de decimis ⁊ oblationib⁹ sed de exterioribus bonis que possidet sorte temporali: vt titulo venditionis vel concessionis

Ad octauū respondet ꝙ moyses non tantū fuit princeps sed etiam sacerdos. Fm illud p̄s. Moyses ⁊ aaron in sacerdotib⁹ eius. vbi glosa dicit. Nota ꝙ moyses sacerdos dicit̄: qui ⁊ si non hostias tamen vota obtulit deo ⁊ pro populo supplicauit. Secundo dicitur ꝙ non est verus ꝙ moyses simplicit̄ maior fuit aaron qm̄ sicut moyses in aliquo maior fuit aaron: ita ecōverso aaron maior fuit moyse. in cuius signū in sacra scriptura quando simul combinantur aliquādo p̄ponit̄ moyses. vt in p̄s. cxxvij. Moyses ⁊ aaron in sacerdotibus eius aliquādo p̄ponit̄ aaron. vt Exō. vi. vbi dicitur. Iste est aaron ⁊ moyses. vbi dicit magister Nicolaus de lyra ꝙ p̄ponit̄ hic aaron ꝓpter duo. Tum ratione p̄mogeniture. Tum quia dn̄s p̄viderat eum ⁊ elegerat in summū sacerdotē. Moyses vero p̄ponit̄ aliquādo etiam ꝓpter duo. Primo quia illi p̄ncipaliter cōcessum erat educere filios israel de egypto. Secundo quia verba domini immediate recipiebat a deo ⁊ per aaron tanq̄ per interpretē reddebat populo.

Ad octauū

Capitulū. xciij. in quo circa potestatē sacramētalē siue ordinis ⁊ iurisdictionalē ponunt̄ duodecim ꝯclusiones

Caplm. XCIII

Ostquā ad rei p̄ publice xp̄iane regimen perfectum duas in ea ostendimus necessario dādas esse potestates: secularem scz ⁊ spiritualē: consequens est vt quid nomine spūalis potestatis intelligamus. de qua nunc p̄cipaliter loqui proposuimus subiūgamus. de seculari vero iterum in sequenti libro opitulante deo: repetemus sermonem cum an in summo pontifice ambe potestates concurrāt discutiemus. Dicimus autē ꝙ potestas spiritualis eccl̄ie duplex est: quedam scilz ordinis siue sacramentalis: et quedam iurisdictionalis. Potestas autem ordinis siue sacramentalis dicitur que per aliquā consecrationem confertur ad confectionem ⁊ administrationē sacramentorum. Potestas vero iurisdictionalis est ad regendum populū fm legem diuinā in ordine ad beatitudinē supernalē: que non per consecrationē sed simplici iniunctiōe dei aut hois cōfertur. De q̄b⁹ ptātib⁹ vt illustriorē faciam⁹ noticiā

describemus p conclusiones quid nos de illis
Cōclusio ꝑma sentiamus. Prima cōclusio sit ista. Utraq; harū potestatū spūalium in ecclesia originaliter est a deo. Patet cōclusio ista ratione ⁊ auctoritate. Rōne sic. Omne illud qđ est ⁊ excedit totā facultatē nature necesse est vt ab auctore nature originē duxerit: sed vtraq; potestas spūalis excedit totā facultatē nature. ergo necēe ē dicere vt illa a solo deo q̄ auctor nature est originē traxerit. ꝑña ē bona: ⁊ maior manifesta. minor etiā videt nota: primo q̄dez de potestate ordinis: qm̄ p istam ordinatus in sacerdotē habet potestatez ꝓficiēdi corp⁹ xp̄i ⁊ auctrem diuina sacramēta dispensandi: per que celestis gra digne illa suscipientibus tribuit: qui ꝑfecto sunt effectus oēm facultatez nature transcēdentes. Idem etiā patet de potestate iurisdictionis q̄ ad regendū populum xp̄ianū ꝑm legem diuinā in ordine ad beatitudinem supnaturalem est ordinata. Pz etiā cōclo auctoritate. Prio Mat. xvi. vbi xp̄s claui potestatē se daturū Petro pollicet dicēs Tibi dabo claues regni celor. Secūdo Joh. vltī. vbi xp̄s ouiū suarū petrū pastorē ⁊ rectorē ordinans inqt. Simon iohānis pasce oues
Secunda meas. Secūda cōclusio cōparando istas duas potestates adinuicē. Potestas prima. s. ordinis dignior est potestate secunda. s. iurisdictionis. Patet cōclusio: qm̄ potestas iurisdictionis ordinat ad potestatē ordinis: ad h̄ em̄ est potestas iurisdictionis vt populus arceat a malis ⁊ exerceat in bonis vt fit aptꝰ dignusq; participare sacramētis: ergo conclusio ꝑa.
Tertia Tertia cōclusio. Potestas ordinis siue sacramentalis licet p relationē ad corpus xp̄i verū sit equaliter in oibus sacerdotibus: nihilominus in relatione ad corpus xp̄i mysticū maior est in epo q̄ in simplici sacerdote. Prima ps huiꝰ cōclusionis patz: qm̄ oēs sacerdotes eq̄liter cōficiunt sacramentū corporis et sanguis xp̄i: ergo in relatione ad corpus xp̄i verū equaliter hec potestas sacramētalis est in omnibꝰ sacerdotibꝰ. Secūda pars etiā patet qm̄ simplex sacerdos nō valet dispēsare omnia sacramenta: qm̄ nō sacramentū cōfirmationis qđ solū ab epis perfici pōt: vt ait Eusebius papa in ca. manꝰ. de con. di. v. Nec sacramentum ordinis qđ etiā a solis epis ꝓfertur: ḡ in relatōe ad corpꝰ xp̄i mysticū potestas sacralis amplior est in epo q̄ in simplici sacerdote: qđ manifeste ostēdit Isid. in ca. cleros. di. xxi. ita dicēs Pbri ido sacerdotes nominātur q: sacra dāt sicut epi: q: licet pbri sint sacerdotes tn̄ pontificaꝰ apicē nō habent: q: nec chrismate frōtē signāt: nec paraclytum spiritū dant qđ solis debere episcopis actuū lectio apl̄or demonstrat. hec ille. Verū q̄ hec maioritas potestatis sacramētalis siue ordinis in epo q̄ in simplici sacerdote maior sit nō solū ex institutōe ecclie vt quidā dicere voluerūt sed etiā ex natura ordinis ⁊ cōsecratōis ꝑm diuinā institutionem ostendit sic. Ea que sunt in noua lege: figurata fuerūt per ea q̄ fuerūt in veteri lege: nūc autem ita est q̄ in veteri lege epūs siue summꝰ sacerdos ex diuina ordinatōne consecrabat speciali cōsecratōne ⁊ ad specialē actū vltra simplices sacerdotes. Nam vt habet Leuit. viij. solus summus sacerdos q̄ habebat in suis officijs alios ordinare ⁊ cui soli licitū erat in sctā sctōr semel i āno ingredi vngebat oleo sacre vnctiōis. ergo simili videt q̄ ex diuina institutione sit vt caput epi qui est summus sacerdos consecret vnctione chrismatis ad specialem actū qui ei cōpetit sicut est ministros consecrare ⁊ ordinare ⁊ alia huiusmodi q̄ solis episcopis cōueniūt que ponunt a beato Isidoro in ca. Perlectis. di. xxv. Veritas etiā huiꝰ conclusionis satis manifeste habet ex dictis in. c. lxxxvi. vbi ostēdim⁹ ex diuina institutōe differentiā esse realē inter episcopū ⁊ presbyterū.
Quarta Quarta ꝓclusio. ad vnā ⁊ eandē ordinis potestatē pertinēt isti duo actus sc̄z corpus xp̄i conficere ⁊ ad illius susceptionē populū aptū dignūq; reddere. Ista conclusio ostendit vera iuxta sctm̄ Tho. in. iiij. ꝓra gētiles. c. clxxviij. sic. Eiusdē virtutis esse videt aliquā ꝑfectōez tribuere ⁊ ad susceptionē illius materiam preparare: sicut ignis virtutē habet ⁊ vt formam suā transfundat in alterū ⁊ vt materiā disponat ad forme susceptionē. Cū igit potestas ordinis ad hoc se extendat vt sacramētū corporis xp̄i conficiat ⁊ fidelibus tradat oportet q̄ eadem potestas ad hoc se extendat q̄ fideles aptos reddat ⁊ cōgruos ad tanti sacramenti susceptionē. Reddit aūt aptus ⁊ congruus fidelis ad huius sacramēti susceptionē per hoc q̄ est a pctō immunis: qm̄ non pōt aliter xp̄o spūaliter vniri cui sacramētaliter cōiungitur hoc sacramētū percipiendo. Oportet ergo q̄ potestas ordinis se extendat ad remissionem peccatoꝝ per illoꝝ sacramētoꝝ dispēsationē que ad remissionē peccatoꝝ ordināt cuiusmodi sunt baptismus ⁊ penitentia. Habet ergo potestas ordinis hunc duplicē actū quoꝝ primus est conficere sacramentū corporis ⁊ sanguinis xp̄i. secūdus est p absolutionē peccatorum aptū facere suscipientē ad susceptionem
Quinta sacramēti. Quinta conclusio. potestas ordinis quo ad primū actū consecrare corpus xp̄i ⁊ alijs ministrare: data est aplis in cena dñi

quibus ait dñs Lu.xxij. Accipite inter vos et diuidite hoc est corpus meū quod ꝓ vobis tradet: hoc facite in meā cōmemorationē vbi gl. interli. hz: accipite ⁊ date. Quātū ꝫo ad scdz actū qui est absolutio pcōz data est. Joh.xx cū dictū est apl'is. Accipite spm̄ sctm̄ quorum remiseritis pcta remittunt eis. Sup quo ꝫbo dicit btus Greg. in homel. Principatū supni iudicij sortiti sunt vt vice dei q̄busdā peccata retineāt ⁊ q̄busdā relaxent. Sexta ꝯclusio Ptās ordinis qua soluunt pcta est idē essentialiter cū charactere sacerdotali siue cū potestate ꝯsecrādi corpus xpi ⁊ nō distinguunt nisi q̄ ad diuersos actus siue effectꝰ cōparant Illa cōclusio !z satis clare habet ex dictis nihilominꝰ ex dictis sancti Tho. in. iiij. di. xviij. sic ostendit. Ad duo quoz vnū est cā alterius vna ptās ordinat: sicut in igne ad calefaciendum ⁊ dissoluendū: sed omis gra ⁊ remissio in corpe mystico ex capite xpo puenit. q̄ eadem ptās videt esse p eēntiā qua sacerdos ꝯficere pōt corpus xpi: ⁊ qua pōt soluere ⁊ ligare si iurisdictio assit: nec differt nisi rōne fm q̄ ad diuersos actus effectꝰ cōparat: sicut etiā ignis dz fm aliā rōnē calefactiuus ⁊ fm aliā liq̄factiuꝰ. Et qz nihil est aliud character ordinis sacerdotalis q̄ ptās exercēdi illud ad qđ ꝑncipaliter ordo sacerdotij ordinat. videlicz ad ꝯsecrandū corpus xpi. sequit q̄ character ipe ⁊ ptās q̄ soluunt pcta sint idem essentialiter

Septima ꝯclusio. Ptās spūalis ꝯuenient designat noie clauiū. Pz cōclusio: qm̄ xpus q̄ dei sapia est ita ptātem illaz designat di. btō petro. Jldatb. xvi. Tibi dabo claues regni celoz. Pro quo notandū q̄ clauis a corpalibus ad spūalia transsumit. clauis em̄ materialis ē instrm quo ostiū clausum aperit. ⁊ sic in spūalibus clauis dz ptās p quā ingressus regni celoz aperit. ⁊ qm̄ regnuz celoz nō claudit nisi p pctm̄. ⁊ q̄tum ad maculā ⁊ reatū pene. ideo ptās qua tale obstaculū regni celoz remouet dz clauis. Hec aūt ptās dz triplex a doctoribꝰ scz quedā auctis q̄ est in solo deo q̄ solus aperit ꝑncipal'r p infusionē gre ⁊ claudit pmissiue iusto iudicio pmittendo hominē ruere in pctm̄ gram nō infundēdo. Quedā dz ptās excellentie que ponit in xpo rone humane nature qui celū aperit p meritū passionis sue. Alia ministerialis: in ministris eccl'ie. s. sacerdotibus q̄ celū aperiūt p dispensationē sacroz q̄ opant in ꝼtute passionis xpi. fm illud. i. Corinth. xiij

Octaua sic vos existimet hō vt ministros xpi. Octaua cōclusio. Conuenienter clauis diffinit cum dz. Clauis est ptās ligādi ⁊ soluēdi qua ecclesiasticus iudex dignos recipe ⁊ indignos excludere debet a regno. Pz ꝯclusio tum auctte Piero. qui illā ponit in glo. Jldat. xvi. sup illo. Tibi dabo claues regni celoz. Tum auctte mgri sniarū in. iiij. di. xviij. Cōueniēter ꝑfare diffinitōis rōe declarat sic. iuxt scm̄ Tho. i. iiij. ead di. fm Pbm. ij. de aia potentie p actꝰ distinguūt. vnde cū clauis sit ptās q̄dā vt dictū est. opz q̄ p actū siue vsum suū diffiniat ⁊ q̄ in actu obiectū exp̄mat a quo spēm recipit actꝰ ⁊ modꝰ agendi ex quo apparet potentia ordinata. actꝰ aūt ptātis spūalis nō est vt celū aperiat absolute: qz iā aptum est: ꝫ vt quantuz ad hunc apiat: qđ q̄dez ordinate fieri nō pōt nisi idoneitate eiꝰ cui aperiendū est pēsata. Et iō in ꝑdicta diffinitōe clauis ponit genꝰ. s. ptās: ⁊ subiectū ptātis. s. iudex ecclesiasticꝰ: ⁊ actꝰ. s. excludere ⁊ recipe fz duos actꝰ matiat clauis aperire ⁊ claudere: eiꝰ obiectū tāgit in ꝫ q̄ dicit a regno: modꝰ aūt ex eo q̄ dignitas vel idignitas in illis in quos actꝰ exercet pensatur.

Nona ꝯclo. Cōueniēter describunt claues ordinis due. s. scia discernendi ⁊ potētia digōs recipiēdi: vt indignos excludēdi a regno. Pz ꝯclusio auctte ex glo. Hier. Jldat. xviij. Rōne vero ista ꝯclusio ꝑfata. iuxt scm̄ Tho. in. iiij. di xviij. ostēdit vera. Jn oi actu q̄ req̄rit idoneitatē ex pte recipiētis duo sunt necessaria ei q̄ dz actū illū exercere. s. iudiciū de idoneitate recipientis: ⁊ expletio actꝰ. Et iō etiā in actu iusticie per quē redditꝰ alicui hoc quo dignus est oportet eē iudiciū quo discernat an ipse sit dignus: ⁊ ipsa redditio ⁊. ad vtrūq; boz auctas quedā siue ptās exigit. nō em̄ dare possumus nisi qđ in ptāte habem⁹: nec iudiciuz dici pōt nisi vim coactiuā bēat eo q̄ iudiciū iā ad vnū determinat q̄ q̄dem determiatio in speculatiuis fit p virtutē ꝑmoz ꝑncipioz q̄bus resisti nō pōt: ⁊ in rebꝰ practicis p vim impatinā in iudicante existentē. ⁊ q̄ actꝰ clauis req̄rit idoneitatē in eo in quē exercet: qz recipit p clauē iudex ecclesiasticꝰ dignos ⁊ excludit idignos vt ex diffinitione posita in superiori ꝯclusiōe patz. iō indiget iudicio discretōis quo idoneitatē iudicat ⁊ ipso expletionis siue redditiōis actu. ⁊ ad vtrūq; boz ptās quedā siue auctas req̄rit ⁊ fm hoc due claues distinguūt. Decima

Decima ꝯclusio. Jste due claues ordinis. s. scia discernēdi ⁊ potētia dignos recipiēdi et indigos excludēdi a regno nō distinguūtur in essentia auctis: ꝫ sūt vna ⁊ eadē p essentiam ptās siue auctas solūq; distinguūt per cōparationē ad actꝰ quoz vnꝰ ꝑsupponit aliū. Huc ꝯclusio ē sancti Tho. cuiꝰ ꝯclusionis veritas ex eiusdē doctoris dictis sic declarat. Ad eandē auctatem per essentiā cuiuscūq; debentis ex officio

aliquē actū exercere q̄ req̄rat ydoneitatez ex parte recipientis ptinet iudiciū de ydoneitate et expletio actus: sicut apparet in actu virtutis iustitie p quā reddit alicui hoc quo dign⁹ est q̄ ad eundē ad quē ptinet alicui digno reddere aliq̄d ptinet iudiciū an talis sit dignus vel nō. cū ergo vt dictū est in p̄cedēti ꝯclusione p clauē ordinis iudex ecclīasticus dignos recipiat et indignos excludat sit necessario q̄ ad eandē auctoritatē ptineat vterq; actus. s. iudicium de ydoneitate eius q̄ absoluēdus est. et actus absolutōis: solū ḡ dīnt he claues p cōparationē ad diuersos actus quoz vnus presupponit aliū. Clauis em̄ q̄ ōr ptās ligādi et soluēdi est q̄ immediate serā pcti remouendo celū aperit. Sed clauis que ōr scia serā ondit cui apiendū sit. ptās ḡ vna et eadē est que rōe boz diuersoz actuū subordinatoz varie noiatur: qm̄ rōne p̄mi actus q̄ est iudicare: dicitur clauis scie. rōe vero scōi q̄ est indignos excludere vel dignos admittere ad regnū vocatur clauis ptās.

Undecima

Undecima ꝯclusio est q̄ ptās clauiū aliquo modo se extēdit ad remissionez culpe et pene. Jsta ꝯclusio ꝓbat auct̄e et rōne. Auctoritate p illud Job. xx. vbi dns inq̄t apostolis. Quoz remiseritis pcta remittunt eis. Sed hoc nō pōt intelligi q̄tū ad manifestationem tm̄ vt aliq̄ dicūt: vt magr sniarū i. iiij. di. xvij. qm̄ sic sacerdos noui testamēti nō haberet maiorē ptātē q̄ sacerdos veteris testamēti q̄ solū ondebat in aliquo lepā esse mundatā: quā tn̄ nullo modo mundabat. qō nō est dicendū. ḡ sacerdotis noui testamēti ptās se extēdit vsq; ad remissionē culpe. et p̄ns pene Quod rōne sic ꝓbat. Sacramēta noue legis agūt quod significāt. qō ꝑz ex diffinitōe sacri Sacrm̄ em̄ est iuxta Augustinū inuisibil̄ gre visibilis forma ita vt ymaginē gerat et causa exter. Sed absolutio sacramētalis signat remissionē culpe. ꝑz ex forma eius. Ait em̄ sacerdos. Ego te absoluo. ḡ dicendū est q̄ ptās sacerdotalis aliquo modo se extēdat ad culpe et pene remissionē. Ad videndū aūt quō hoc sit est notandū ꝑm sanctū Tho. in. iiij. di. xvij. q̄ eodē modo se hz ptās clauiū in sacerdote ad effectū sacramēti penitētie sicut se hz virtus in aq̄ baptismi ad effectū baptismi. Baptismus aūt et sacrm̄ pnie cōueniūt quodāmodo in effectu. quia vtrūq; cōtra culpā ordinat directe quod nō est de aliis sacramētis. Sed in hoc differūt: qz sacrm̄ pnie eo q̄ hz act⁹ suscipiētis q̄si materiales nō pōt dari nisi adulte: in q̄bus requirit̄ ꝑparatio ad suscipiēdū effectum sacramētoz. sed baptismus q̄nq; adulte et q̄nq; pueris et aliis carētib⁹ vsu rōnis. et iō per baptismū dat̄ gra et remissio pctoz̄ pueris sine aliq̄ sui p̄paratione p̄cedente: nō aūt adultis in q̄bus p̄exigit̄ p̄paratio remouēs fictionē: q̄ quidē ꝑparatio q̄nq; p̄cedit sufficiens ad gre susceptoem antecq̄ baptism⁹ actu ꝓcipiat̄ sed nō ante votū baptismi post tp̄us ꝑpalate veritatis: et tunc baptism⁹ actu suscept⁹ nō ōr culpā auferre q̄ iam erat remissa: nec grāz cōferre: q̄ iam collata erat: ꝟ augere gram̄ prius collatā. Qnq; aūt talis ꝑparatio tpe nō precedit: ꝟ est sil̄ cū baptismi susceptiōe: et tūc p baptismi susceptōem gra remissionis culpe ꝓfertur. Sed p pnie sacrm̄ nunq; dat̄ gra nisi ꝑparatio assit vel pri⁹ fuerit. vñ si in penitēte aliq̄ sacrm̄ suscipiat penitentie p̄cedit sufficiens dispositio delens culpā et cōferens grām: tūc sacrm̄ pnie supueniens culpā nō aufert: q̄ nō inuenit. nec grām ꝓfert ꝟ prius collatā auget Si vero nō p̄cedit sufficiēs ꝓtritio q̄ culpā deleat sed attritio q̄ supueniēte sacro virtute clauū efficit sufficiens: sic p sacrm̄ actu susceptū delet culpa et ꝓfert gra: et ita virt⁹ clauiū se extendit ad remissionem culpe sicut et q̄ baptismi vel in voto existens vel in actu se exercens sed sicut baptism⁹ nō agit vt principale agēs sed vt instrm̄ nō q̄dē ptingēs ad ipsam gre susceptionē causandā etiā istrumētaliter: ꝟ disponēs ad gratiā p quā fit remissio culpe: ita ē de ptāte clauiū. Unō sol⁹ de⁹ remittit p se culpā et in virtute ei⁹ agit instrāliter et baptism⁹ vt instrm̄ inaiatum et sacerdos agit vt minister. Et ideo sacerdos agit vt minister. Et sic patet q̄ ptās clauiū ordinat aliquo mō ad remissionē culpe: nō sicut causans ꝟ sicut disponens ad eā. Unde si ante absolutionē nō fuisset aliq̄s pfecte dispositus ad grām suscipiendā in ipsa ꝓfessiōe et absolutōe sacrali gratiā ꝓseqūret si obicem nō poneret. Ex quo manifeste ꝯcludit̄ vt inq̄t idem sanct⁹ doctor in. iij. pte: q̄ expositio illa quā q̄dam dant dicētes. Ego te absoluo. i. absolutū ostēdo: ꝛ quantū ad aliq̄d sit vera nō tn̄ est pfecta expositio: qm̄ sacra noue legis nō solū significāt sed etiā efficiunt q̄ significant. vnde sicut sacerdos baptizando aliquē ostendit hominē interi⁹ illuminatū per verba et facta nō solū significatiue: ꝟ etiā effectiue: ita etiaz cum sacerdos dicit. Ego te absoluo: ostēdit hoiem esse absolutū nō solum significatiue ꝟ etiā effectiue. nec tn̄ sacerdos loq̄tur p̄esumptuose quasi de re incerta: q̄ sicut alia sacra mēta noue legis habent certuz effectū ex virtute xp̄i qui est institutor sacroz licet possit ipediri effectus sacri ex parte recipientis ita etiā in hoc sacramento. Un̄ Aug. in li. de adulterinis cōiugijs. Non erit turpis

nec difficilis post patrata ⁊ purgata adulteria reconciliatio cōiugij vbi p clauis celorum nō dubitatur fieri remissio pctōr. Duodecima cōclusio q̄ hmōi ptās clauiū solū cōuenit sacerdoti euāgelico. Jsta ꝓclusio hz duas ptes. Jn ꝑma dicit q̄ sol⁹ sacerdos hz ptātez clauiū: Scōa q̄ solus sacerdos euangelicus. Prima ps ꝓbaꝫ sic. Jd quod daꝫ p ꝓsecrationem nō habeꝫ nisi a cōsecratis. ꝧ ptās clauiū daꝫ p cōsecrationē sacerdotalē vt pz ex ꝟbis epi q̄ dicit i impositōe manuū. Accipite spm̄ sanctū quoꝝ remiseritis pctā ⁊c. que ꝟba directe importāt vsum clauiū. ꝯ ptās illa nō est nisi in habētibus ꝓsecrationē sacerdotalem. Patet et iā pars hec ex sexta ꝓclusiōe supius posita in qua dictū est. q̄ ptās clauiū ordinis esset idem eēntialiter cū charactere sacerdotali. Patet etiā hec ps aucte beati Ambro. dicētis li. suo de paradiso. ⁊ habeꝫ de pe. di. i. §. ecōtra q̄ hoc ius ligādi ⁊ soluēdi solis sacerdotibus est cōcessum. Scōa ps ꝑfate ꝓclusionis dicētis q̄ sacerdos legalis claues nō habuerit sed solus euāgelicus hēat. p ꝯns nec ꝯ sacerdos legalis q̄ erat dispēsatoꝝ illoꝝ sacramētoꝝ hēbat. ꝓbaꝫ sic: q: claues ordinanꝫ ad apiendū regnū celoꝝ: sed regnū celoꝝ aperiri nō poterat ante xpi passionē. ꝯ sacerdos legalis nō habuit claues regni celoꝝ. Secūdo sic Sacramēta veteris legis gram nō ꝓferebāt sed aditus regni celestis apiri nō pōt nisi per gram. ꝯ p illa sacramēta nō poterat aperiri: p ꝯns nec ꝯ sacerdos legalis q̄ erat dispensatoꝝ illoꝝ sacroꝝ hēbat claues regni celorum. Unde sicut illoꝝ sacra erant figura celestiuz ita illoꝝ sacerdotuz ptās figura fuit potestaꝫ clauiū. Ex hac ꝓclusione maxime ex ꝑma pte eiusdē corelarie sumiꝫ clarissime q̄ nulla cōmunitas in eccl̄ia siue vniuersitas p modum vniuersitatis habere pōt claues bas ordinis de q̄bus loq̄mur sicut Albertus magn⁹. scūs Tho. ⁊ dns. Bonauen. dicūt ⁊ ꝓbant in. iiij. di. xix. Quod ⁊ nos multiplici rōe ostēdimus Primo sic. Tota vniuersitas eccl̄ie nō ifignit̄ charactere sacerdotali. ꝯ tota vniuersitas ecclesie vt sic nec hz nec hre pōt ptātem clauiū. antecedēs est manifestū. ⁊ ꝯntia pz. Tū q: cū ptās clauiū deꝫ p ꝓsecrationē nō pōt hri nisi a ꝓsecraꝫ. Tū scōo q: cū ptās clauiū sit idem eēntialiter cū charactere sacerdotali nō ē capax clauiū q̄ nō est capax sacerdotij. Tū ꝯ vniuersitas vt sic nō sit capax sacerdotij pz corelariū. Scōo sic. vniuersitas vt vniuersitas non hz aiam rōnalē vt dicūt dni iuriste ⁊ est verū ꝯ ipa vt sic nō pōt subiectū eē ptātis clauiū. ꝯntia ē nota q: sola aia rōnal̄ pōt eē subiectū capax entis spūalis absoluti: cuiusmōi ē ptās ordinis siue clauiū: q̄ essentialiter est idē caractery sacerdotali. ꝯ corelariū verū. Tertio sic. oīs hns ptātem clauiū mediator est iter deū ⁊ populū ⁊ oīs talis ꝓstituiꝫ in his q̄ sunt ad deuz vt offerat dona ⁊ sacrificia p pctis: ꝯ ad illū ptinet tm̄ hec ptās ad quē ptinet offerre sacrificiū: ꝧ h̄ nō ꝑ ptinē. vniuersitati eccl̄ie ꝧ solū cōuenit sacerdotib⁹ ei⁹. ꝯ idem qđ pri⁹. Quarto sic. illi datur ptās clauiū qui minister ꝓstituiꝫ sacri pnie. sed vniuersitas ecclesie nō pōt esse ministeꝝ sacri pnie vt ei fiat sacramētalis ꝓfessio vt manifestū est. ꝯ corelariū verum.

Capitulū. xciiij. Jn quo ponuntur alique obiectōes contra aliquas cōclusiones positas in p̄cedenti. c.

Tautem veritas eoꝝ q̄ circa claues eccl̄ie dixim⁹ illustrioꝝ fiat: inducemus obiectōes quoꝝdā ꝓtra quasdā ꝓclusiōes positas in p̄cedenti. c. vz sextā: decimā: ⁊ duodecimam. Cap. XCIIII

Cōtra sextā conclusionem

Cōtra sextā in qua ponit̄: q̄ claues ordis ⁊ caracter sacerdotalis nō distinguunt̄ essentialiter ꝧ solū p relationē ad diuersos act⁹: arguitur. Prio sic. Illa distinguunt̄ essentialit̄ abinuicē quoꝝ vnū potest esse sine alio: ꝧ sacerdotalis caracter pōt eē sine ptāte clauiū: sicut pz in aplis q̄b⁹ in cena dni ꝟba illa. Hoc facite in meā cōmemoratiōnē: data est ptās ꝓficiendi corp⁹ xpi. ꝧ ptās clauiū data ē post resurrectionē cū dictū est illis. Quoꝝ remiseritis pctā remittūtur eis. ꝯ necessariū est dicere q̄ ptās clauiū distinguit̄ essentialit̄ a caractere sacerdotali. Scōo sic. Jlla q̄ diuerso tpe ifunduntur aut gnant̄ distinguunt̄ nccio: ꝧ caracter sacerdotalis ⁊ ptās clauiū infundūtur diuersis tpib⁹. ꝯ necessario distinguūtur. maior est Arist. in Topi. minor pz ex argumēto p̄cedenti vbi iductū est q̄ caracter sacerdotalis datꝫ ē in cena aplis: ptās ꝟo clauiū post resurrectionē xpi. Tertio sic. Jsta sepanꝫ in quolz sacerdote: ꝯ distinguunt̄. ꝯna pz: ⁊ añs ꝓbatur nā sacerdote nunc ordinato pri⁹ eps dicit. Accipite ptātem celebrādi missam tā p viuis q̄ p defunctis: dans ei calicē. Et q̄busdā interpositis ponēs man⁹ super caput eius dicit. Accipite spm̄ sanctū ⁊ quoꝝ remiseritis pctā remittūtur eis vel remissa erūt ⁊c. Quarto sic. xps habuit clauē ligādi ⁊ soluēdi (ꝯm illud Apoca. iij. Hec dicit q̄ hz clauē dauid) ⁊ nō habuit caracterē sacerdotalem cū nihil susceperit a sacramētis. ꝯ necessario distinguūtur claues a caractere. Quinto sic. Si claues eēnt idē qđ caracter sacerdotalis sequereꝫ q̄ sicut oēs

Secundum

Tertium

Quartum

Quintum

sacerdotes equaliter habēt characterem sacerdotij: oēs equaliter haberēt claues: quod nō videt verū cū de btō petro dicat in gl. Mat. xvi. q pre ceteros dotat⁹ fuerit clauibus regni celestis.

Sextum

Sexto sic. Scismatici heretici et excōicati pōnt cōficere cōficiūt nō autez pōnt absoluere vel ligare: vt in. c. audiuim⁹. et in. c. miramur. xxiij. q. i. ḡ hec duo. s. character sacerdotalis et ptās clauiū eēntialr distinguūt

Cōtra cōclusionē decimam

Argu. primū

Scdo pncipalr arguit cōtra cōclusionem decimā in qua dr q claues ordinis nō distinguant ab inuicē realiter. Arguit pmo sic. Omnia illa q cōtingit separari subiecto non sunt vnū et idem in eēntia: ꝫ sic est q istas claues pringit separi subiecto. ḡ necessario realr siue essentialr distinguunt. maior est nota. minor pbat: qm cōtingit q papa cōmittat aliq̄bus q cām aliquā discernant absq; hoc q super ea ferant sniam: immo mādabit q ad eū referant siue remittāt. Ecce q rales bēbūt ptātē discernēdi nō aūt diffiniēdi. et ita be due ptātes pōnt separi subiecto.

Secundū

Scdo sic Matth. xvi. xp̄us petro de clauib⁹ loquēs ait. Tibi dabo claues regni celor. vbi glo. dicit. Claues sunt scia discernēdi et potentia q̄ iudex eccl̄ia sticus dignos debet recipe et indignos excludere a regno. illa aūt q̄ absolute plurar dicūtur nō vident in vna essentia cōuenire. ḡ ꝛc.

Tertium

Tertio sic. Dia illa quor vnū augent et minuit altero pmanēte immobili nccrio realit distinguunt: sed sic est q scia discernēdi est in aliq̄bus maior et in aliq̄b⁹ minor manēte eq̄li ptāte ligādi et soluēdi: ḡ iste due claues realit distinguunt.

Cōtra cōclusionē duodecimam

Tertio pncipalr arguit cōtra pclusionē duodecimā et ei⁹ corelariū in q̄bus ponit q claues ordinis siue ptās ligādi et soluēdi ita solis sacerdotibus in eccl̄ia pueniāt

Argu. primum

q nō vniuersitati eccl̄ie. Primo sic. Claues regni celor sunt date vt eccl̄ie: ḡ nō solis sacerdotibus. pōtia videt nota: qm vt⁹ eccl̄ia cū sit collectio oīz fideliū. vt in. c. eccl̄ia dicit de cōse. di. i. nō est solū sacerdos. añs ē Augu. li. de doctri. xp̄iana. c. xiij. dicētis. q bas claues dedit xp̄us eccl̄ie vt que soluerent in terra soluta essent in celis et que ligaret ligata eēnt et similis snia habet ab eodē Aug. i multis alijs locis tam supra Jo. q in li. de agone xp̄iano. et nō pōt dici q nō loquat de clauib⁹ ordinis cū iste directe et immediate respiciūt regnuz celor vt dictū est.

Scōm

Scdo ꝫ id quod dicit q solus sacerdos euāgelicus claues bēat arguitur sic. Claues sicut dictuz est sunt due. s. scia discernēdi et ptās iudicādi: ꝫ vtrūq; sacerdos legalis bēbat vt pz. ḡ etiā sacerdos legalis bēbat claues. Et confirmat. Sacerdos legalis bēbat aliquā ptātez sup reliquū pplm nō tpalem: q sic ptās regia nō fuisset distincta a sacerdotali ḡ spūalē: ꝫ b ē clauis vt dictū ē: ḡ nō sol⁹ euāgelic⁹ sacerdos: ꝫ et legal claues būit.

Capitulum. xcv. In quo respōdetur ad obiectiones factas in precedenti capitulo.

Cap. xc

Js facile est re-
b spōdere attētis q̄ superi⁹ dixim⁹ iux gloriosi doctoris sācti Tho. doctrinam: de cui⁹ fonte pfatas sumpsim⁹ pclusiones.

Ad primū ꝫ sextā cōclusiōē

Ad primū ergo rōem factā ptra pclusionē sextā rnr negando minorē: dicim⁹ em q ptās sacerdotalis vna est p essentiā sed bz diuersos actus subordinatos quorū primus et pncipalis est psecrare cor⁹ xp̄i: et quo ad hūc data ē añ passionē in cena. Scōs act⁹ est absoluere a pctis: et quo ad hūc data ē post resurrectionē vt supra dixim⁹. Et ñ ista varietas tpm q̄b⁹ dr data ptās pficiendi et ptās absoluendi accipit in respectu et ordine ad diuersos act⁹ iter se ordinatos: et nō ad diuersitatez ptātis in essentia q̄ vna et eadē est. De quo exemplū satis apte dare possum⁹ in sole: q̄ licet quo ad substantiam fact⁹ dicat prima die cū facta ē lux: nihilomin⁹ dr fact⁹ quarta die Gen. i. q: data est ei spālis virt⁹ quo ad aliquos ptic̄lares effect⁹: vt tāgit sanct⁹ Tho. in. i. pte. q. lxvij. ar. vlt.

Ad secundū

Ad scdam rōnem eadē est rnsio: qm minor assumpta ē falsa. Non est em verū q ptās sacerdotalis et ptās clauiū diuersis tpib⁹ ifundant nisi intelligat quo ad substantiam earū: qm vt iā dixim⁹ varietas istor tpm q̄bus dicūtur ifundi nō ad substantiam ptātis refert q̄ vno tpe infusa est. s. i cena dñi ꝫ refert ad diuersos act⁹ eiusd ptātis subordinatos penes quos varijs tpib⁹ dr esse data: vt pdixim⁹.

Ad tertiū

Ad tertiā pz rnsio ex dict̄. be em prātes nō sepant quo ad essentiā ꝫ quo ad actus quor vn⁹ alterū psupponit

Ad quartū

Ad quartā rōem rnr: q nō est ad ppositum: qm impsentiarū de claue sacrali loq̄mur qua nō est clauis quā xp̄s bīe dr sed pot⁹ est sacralis clauis pncipiū: vtpote ptās auctis inq̄tū est deus et ptās excellentie inquātum homo.

Ad quintum

Ad q̄ntam rōez rnr: q claues ordinis absolute loquendo sunt equales in oīb⁹ sacerdotibus rite ordinatis: sicut et caracter sacerdotalis: vsus tn earū nō est equalis in oīb⁹ sed magis vel min⁹ extendit vel restringit ꝫm q iurisdictionis ptās sine qua ptās clauium in actum exire nō potest in vnoquoq; magis vel minus extenditur vel restringitur. Beat⁹ aūt Petrus dicit pre ceteris potestate clauiū ē dotatus: q ipse pre ceteris vocatus est in plenitudinē ptātis cū nōmi⁹ ꝓuincie: ꝫ totius

oꝛbis cõstitutus est magr̃ z rectoꝛ. De quo plenius in sequẽti libro dicẽt.

Ad sextum

Ad sextũ rñdetur negãdo ꝓntiam. z cũ dr q scismatici z heretici z excõicati nõ pñt absoluere vel ligare. dicim⁹ q̃ ꝑ nõ est q̃ in talibus nõ sit potestas clauiũ ordinis de q̃bus loq̃mur: sed q̃a caret iurisdictõe siue materia in quã exercea tur vsus ptãtis illius. Cũ em̃ vsus clauiũ plationẽ in vtẽte req̃rat respectu eius in quẽ vtitur: ꝓpria materia in quã exercẽt vsus clauiũ est homo subditus. Et q̃ p ordinatõnẽ ecclie subdit̃ vnus homo alteri. ideo etiã p ecclesie ꝓlatos põt subtrahi alicui ille qui erat ei subditus. Vñ cũ eccl̃ia hereticos z scismaticos z alios hmõi ꝑuat subtrahẽdo subditos vel simplr vel quo ad aliq̃d: ꝙtum ad hoc quo priuati sunt non possunt habere vsum clauium.

Ad primũ cõtra decimã cõclionẽ

Ad rõnem ꝑmã factã cõtra ꝯclusionẽ decimã rñdet negãdo minorẽ. videlz q̃ claues ordinis separent̃ subiecto. ad ꝓbatiõez rñdet̃ q̃ in iudicio siue foro ꝯscie quẽ ꝓncipalr respiciũt claues ordinis de q̃bus est pñs ꝑmo nunq̃ cõmittit̃ p papã vna clauis vni z altera alteri. vtputa vni clauis discretõis pctoꝛuz de q̃bus q̃s absoluendus venit z alteri potestas absoluẽdi sed vnus z idem. s. confessoꝛ q̃ vtrũq̃ exercet.

Ad scõm

Ad secũdã rñdet̃ q̃ clauel petro cõmisse. Mat. xvi. nõ noiant tm̃ claues ordis ꝙ claues ordis z iurisdictõis simul. sic dic̃ scus Tho. in. iiij. di. xvij. bene autẽ cõcedimus q̃ ille claues. s. iurisdictõis z ordinis distinguũt realr sicut in sequẽti. c. oñsuri sumus. Secũdo põt dici q̃ si p claues Mat. xvi. tm̃ claues ordinis designent̃: tũc pluralitas illa clauiũ nõ est accipiẽda penes pluralitatẽ essentiarũ: ꝙ penes diuersitatẽ actuũ quoꝝ vnus aliuz ꝓsupponit: sicut supra cõmemoratuz ẽ. nec opz q̃ omnia q̃ absolute pluraliter nominant̃ in scriptura scã etiã plura sint quo ad essentiam

Ad tertium

Ad tertiã rõem rñdet̃ q̃ rõ illa ꝓcederet si scia q̃ ds habitus siue infusus siue acquisit⁹ diceret̃ hic clauis. hoc nõ est verum: sed scia quẽ hic dicit̃ clauis est auctas exercẽdi actuz scie q̃ auctas q̃nq̃ sine scia est q̃nq̃ scia sine ipa sicut pz etiã in iudicibus secularib⁹. Aliq̃s em̃ est iudex bñs auctoꝛitatez iudicãdi qui nõ bz iuris sciam z aliq̃s ecõuerso bz iuris sciaz qui nõ habet auctoꝛitatẽ. z ita ratio non ꝓcedit.

Ad primũ cõtra duodecimã conclusionem

Consequẽter rñdendũ est ad rõnes factas cõtra duodecimã conclusionẽ. Ad ꝑmã rñdetur q̃ cũ dr q̃ claues date sint eccl̃ie: nõ ẽ intelligendum q̃ date sint singulis de ecclesia: q̃a sic oẽs fideles tam laici q̃ clerici dicẽdi eẽnt habere claues ordinis: quod est absurdũ nec etiam sic est intelligendũ q̃ claues ꝑfate date fuerint cõmunitati ecclesie vt vniuersitati: ita q̃ vniuersitas ipsa vt sic habeat in se subiectiue z formaliter istas claues: qꝛ ꝑ vt ostendim⁹ esse nõ põt. Dicendũ est g̃ q̃ oẽs auctes dicentes claues datas esse ecclesie intelligende veniũt hoc mõ quo sancti doctoꝛes dicũt: q̃ date sunt ei in principaliorib⁹ mẽbris eius: vz in sacerdotib⁹ z epis. Est em̃ ecclesia vnũ coꝛp⁹ diuersa bñs mẽbra in q̃b⁹ diuersas gras recipit: iuxta Apli m. i. ad Coꝛ. xij. Unde beat⁹ Hiero. sup illud Mat. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝛ: dicit sic. Unt iudiciariã ptãtem oẽs apli: bz etiã ois ecclesia in epis z pbr̃is. Dr aũt ois ecclesia bre in epis z pbr̃is banc ptãtem. Tuz qꝛ vbiq̃ terrarũ quã p oẽm decursum tpm vsq̃ in finẽ seculi habet z habitura est. Et ista ẽ vna intelligentia oim filium auctoritatuz. vñ pz q̃ files auctes nõ militant ꝓtra ꝯclusionez nostrã z ei⁹ coꝛrelariũ. Est tñ hic notandũ q̃ licet soli sacerdotes in eccl̃ia vtpote q̃ soli habent claues ligãdi z soluẽdi absoluãt a pctis: nihilomin⁹ ꝑ dr facere ecclesia ꝑm illud Aug. li. de agone xp̃iano: qui ait. Nec eos audiam⁹ qui negãt ecclesiã dei oia peccata posse dimittere: z hoc ꝓpter tria. Primo qꝛ hoc potiores in eccl̃ia. s. pbr̃i z epi faciunt. Cum aũt vt dic̃ Aris. ix. ethi. ciuitas dr esse id q̃d principalissimũ est in ea: solitũ ẽ attribui ciuitati siue cõitati id q̃d faciunt in ea principales. vnde tota ciuitas dr facere quod in ea rectoꝛes illius faciũt. Et eadẽ est rõ de oi alia re ex pluribus cõstituta vt dicit sanct⁹ Tho. in expositiõe li. ethi. Secũdo: qꝛ null⁹ habz vsum clauiũ extra vnitatem ecclesie ꝓstitut⁹: vt in. c nouatian⁹. vij. q. i. Propter q̃d beat⁹ Aug. inquit: q̃ claues ecclesie date sunt nõ vni ꝙ vnitati. Hac ergo rõne doctoꝛes sancti vsi videtur hoc modo loquẽdi dicẽtes. Ecclesia dimittit pctã: ecclesia excõicat: ecclesia absoluit z hmõi: vt in ca. quodcũq̃. xxiij. q. i. qꝛ null⁹ extra vnitatez ecclesie ꝓstitut⁹ ista agere valet: vt inq̃t Aug. in. c. multi. z in. c. remissionẽ. vij. q. i. Tertio qꝛ quẽadmodum in alijs sacris fides xp̃i z charitas ecclesie operat: ita etiã in clauib⁹ eccl̃ie. Unde Aug. dicit: vt in. c. ecclesie charitas. de cõ. di. iiij. q̃ ecclesie charitas dimittit peccata Hinc est q̃ q̃nq̃ ecclesie attribuit̃ actus ipse clauiũ: qꝛ fides z charitas ecclesie meritorie iteruenit: licet ministeriali auctoritate solis sacerdotibus attribuendus sit.

Ad secundum

Ad secũdam rõdetur: q̃ nõ quecũq̃ scientia discernẽdi z peccata iudicãdi dicũtur claues regni celoꝛum: sed tm̃ ille qui ad hoc se extendũt: vt per eas iudicãdus admittat̃ ad celestia. hmõi aũt nõ fuit potestas sacerdotũ legaliũ cum eoꝛuz

sacerdotium nō se extenderet ad celestia: sed ad figuras celestiū. Cū aūt sacerdotiū xpi bius fuerit ꝓgatiue vt eo bō introducak i celestia. ꝓfecto ptās q̄ xpi sacerdotiū siue euangeli cū ꝓsecq̄t ꝓuēiēt clauis regni celoꝝ ōz. ñ aūt ptās sacerdotij leuitici q̄ cū effectu ñ apiebat

Cap. xcvi. In quo posita distinctōe ptātis iurisdictionis ponunt cōclusiones duodecim.

Cap. XCVI

Eclarata mente

o nostra circa ptātem sacralez siue ordinis. ꝙns est vt de prāte iurisdictōnali q̄d nos iuxta doctrinā sanioꝝ doctoꝝ maxime sancti Tho. sentiamus enucleemus. Est aūt in ꝓmis sciendū q̄ ptās iurisdictiōis ꝓprie ōz ptās dicēdi ius p modū imperij ad obseruandū id quod p̄cipit obligādo. Circa quā sit ista ꝓma cōclusio: q̄ ptās iurisdictōis est duplex ꝑm q̄ō duplex distinguit fozū. s. ꝙscie ⁊ fozū causarū. Pz q̄m quedā est ptās iurisdictōis in fozo ꝙscie quaz bz q̄cunq̄ bz curā animarū: ꝑm quā pōt absoluēdos p imperiū ad aliq̄d faciendum ligare. Alia est ptās iurisdictōis in fozo causarū: per quā aliq̄s in negocijs ⁊ causis diffiniēdis que ꝓtunk inter dominē ⁊ boiem bz facultatē diffiniēdi ⁊ ius etiā in inuitū dicēdi de q̄ habet di. xx. c. i. vbi ōz. Aliud est terminū causis imponere: aliud est scripturas sacras diligenter exponere. Per hanc ptātē pōt q̄s ad correctionē aliquā ab eccl'ia p excōicatōez separi. de qua habet Mat. xviij. vbi ōz. Si eccl'iam nō audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus. Amen dico vobis q̄cūq̄ alligaueritk sup terrā erūt ligata ⁊ in celis. vbi dicit glo. Ptātē tribuit apl'is vt sciāt qui a talibus dammank humanā sniam diuina snia roborari. Harū autē duarū ptātum distinctio a q̄busdā doctoꝝ ōsignak sic. Oz ptās iurisdictōis in fozo cārū ōz ptās coertiue iurisdictōis: q̄ fieri pōt in inuitū. ptās ꝙo i urisdictōis i fozo ꝙscie ōz ptās iurisdictōis nō coertiue: q̄m in hoc fozo null? inuitus absoluik vel ligak. Scōa cōclusio. Ne due ptātes iurisdictōis distinguntk abinuicem ⁊ separank. Patet ꝙclusio. q̄m simplices sacerdotes curā animarū habētes habēt ꝑmā ⁊ nō scōam. vnde excōicare nō possūt nisi ex cōmissione eis facta siue in certis casib? a iure ꝓcessis ⁊ ecōuerso multi iudices nō sacerdotes in fozo causarū bnt scōaz qui nō habent ꝑmā: cū sacerdotes nō sint. vnde in fozo ꝙscie nō obedirek eis lz bene in causis sup quibus iudices sunt cōstituti. Tertia cōclusio Utraq̄ harū ptātū iurisdictōis distinguitur a ptāte ordinis. Cōclusio pz. Tum ꝑmo: quia

Cōclusio'prima

Secunda

Tertia

cū ptās ordinis vt supra dictū est in. c. xcij. circa ꝙclusionē. vi. idē sit cēntialr q̄ō character sacerdotalis. sed character sacerdotalis ē aliq̄d reale ⁊ indelebile in anima impssuz ⁊ ptās iurisdictiōis nō sit hmōi. manifestū ē q̄ hmōi ptātes realr abinuicē distinguank. Tuz scōo pbak sic. Illa distinguntk realr q̄ sic se bnt q̄ vnū pōt stare sine alio. sed sic est de istis clauibus. Nam multi ptātem ordinis bnt q̄ nullā bnt iurisdictōem sicut simplices sacerdotes nullā curā regiminis animarū bntes. Et ecōuerso multi bnt ptātem iurisdictiōis qui non bnt ptātez ordinis. sicut bntes curā animarū q̄ nōdū sunt sacerdotes. Item archidyaconi er electi ⁊ plures alij officiales nō sacerdotes q̄ tñ excōicare pnt. g̃ ⁊c. Quarta cōclusio. Licet ptās iurisdictōis realr distinguak a potestate ordinis: nihilomin? necessaria est ad hoc q̄ ptās ordinis in actū suū exeat. q̄ ē absolutō a peccatis. Probak cōclusio: q̄ necesse est vt dispēsato: sacri pnie talis sit q̄ possit impare aliq̄d agendū. imperiū aūt nō cōperit alicui: nisi ei qui hz sup aliū iurisdictionē. Unde nō sufficit q̄ volūtarie se subijciat q̄ vult absolui sed requirik q̄ ad cūte superioris sit subiect? ꝙfessori. g̃ de necessitate huius sacri est nō solum q̄ minister hēat ordinis ptātem sed etiā q̄ hēat ptātez iurisdictōis. Scōo pz sic iuxta sanctū Tho. in. iiij. ō gētiles. Minister eccl'ie in vsu clauiū iudiciū quoddā exercet: nulli aūt iudicium cōmittitk nisi in sibi subiectos q̄ō fit per iurisdictōem. Tertio cōfirmak sic. Judicium eccl'ie in fozo pnie nō debz esse minus ordinatum q̄ iudiciū seculare: sed in iudicio seculari nō q̄libet iudex pōt iudicare quēlibet boiem: sed solū sibi subditū. g̃ fil'r in fozo pnie nō q̄libet sacerdos pōt iudicare pcrōz sed illū q̄ est sibi subditus. vñ canon. xvi. q. v. q̄ō nulli ⁊c. Quinta ꝙclusio. Ptās iurisdictōis etiā in fozo ꝙscie nō cōuenit equalr oib? sacerdotib? Patet ꝙclusio q̄m aliq̄bus sacerdotib? vrputa epis ampliozi data est iurisdictio tā quo ad ppl'm subiectū q̄ quo ad casus refuatos: et rōnabiliter. Unde in veteri lege p cuius sacerdotij iudiciū sacerdotij euāgelici iudiciū ⁊ potestas figurata sunt minoribus iudicibus nō omnia cōpetebat discutere sed ad superiores recurrebāt vnde ōz Exo. xviij. Si quid ozcum fuerit qōnis referet ad eos. s. ad aaron et burq̄ ampliozis ⁊ supiozis erant ptātis. ergo ita i sacerdotio euāgelico cōueniēter obseruandus venit q̄ alij alijs ptāte iurisdictōnis supiozes sint ⁊ maiozes. Sexta cōclusio ptās spūalis iurisdictōis in fozo causarū siue exteriozis iudicij lz dicak clauis nō tñ ita ꝓprie ⁊ immē-

Quarta

Quinta

Sexta

diate sicut ptās ordinis. Patet cōclusio cum ptās ordinis se extēdat ad ipm celū immediate remouēdo impedimēta introitus in celum p dimissionē peccati. ptās aūt iurisdictionis directe se extēdit ad ipm celum sed mediante eccl'ia extra quā nō est salus sicut nec extra archam noe. extra. de sum. trini. & fide ca. §. vna. Per excōicationē aūt fit homo extra eccl'iam militantē. & p absolutionē intra. clauis ergo ptātis iurisdictiōis a qua hec ꝓcedunt nō est clauis regni celoꝝ immediate sed mediate.

Septima

Septima ꝓclusio. Sicut in ptāte ordinis due assignant claues. s. clauis scie & clauis potestatis: ita in ptāte spūali iurisdictōis. Patz ista ꝓclusio ex ꝓbatōe none ꝓclusionis posite c. xcij. vbi in summa dictū est q in omni actu q̄ req̄rit ydoneitatē ex pte recipiētis duo necessaria exigebant. videlz ptās discernēdi de ydoneitate eius in quē iudiciū est ferendū: et ptās ipa diffiniēdi siue iudicādi in cā. & p hec distinguūt due claues in foro conscie. Cum g̃ hec duo ita necessario req̄rant in foro cārū fiue exteriozis iudicij sicut in iudicio ꝓscie. seq̄tur q fili necessitate scia discernēdi & ptās iudicandi siue diffiniēdi ponerent claues ptāt̄

Octaua

iurisdictiōis sicut & ptās ordinis. Octaua conclusio. Sicut claues q̄ assignant in ptāte ordinis nō distinguūt eēntialr inter se: sed p relationē ad diuersos actus sicut dictū est in c. xcij. circa ꝓclusionē. x. ita claues in ptāte iurisdictiōis ordinarie nō distinguūt in eēntia auctis sed sunt vna & eadē eēntialr: distinguūtur aūt p relationē ad act? subordinatos. Pz cōclusio: qm̄ ad eādē auctē ad quā ptiet ex officio diffinire aliquā cām ad eādem pertinet discretio iusti & iniusti circa illaz. Unde sicut ptās ordinis dr vna clauis. s. ordinis ꝓpter vnitatē essentie auctoritatis dr vna clauis. s. iurisdictiōis. ꝓpter tn̄ dualitatē actuū subordinatoꝝ q̄ sunt discernere q̄d sit iustū & quid nō & ꝓdemnare vel absoluere: dicunt due claues eisdē noibus designate q̄bus claues ordinis nominant. s. clauis

Nona

sciētie & clauis ptātis. Nona ꝓclusio. Licz apud iudices seculares in causis secularibus terminādis ad plenū iudicandū requirat raz ptās discernēdi de meritis causarum q̄ ptās diffiniēdi in causis absoluēdo vel ꝓdemnādo ptātes tn̄ ꝓdicte claues regni celoꝝ nominari nō p̄nt. Patet ꝓclusio: qm̄ p̄fate ptātes cū seculares sint. & p ꝑs nō se extēdāt ad spūalia nec mediate nec immediate possunt dici aperire regnū celoꝝ. g̃ nō possunt habere rōnem clauiū respectu regni celestis. ꝑa ē manifesta

Decima

Decima ꝓclo. Licet cōuenienter mulieri? vtputa abbatissis & p̄positis q̄nq̄ cōmittatur aliq̄s vsus clauiū. s. correctio subditarū mulierū: nullo tn̄ mō cōuenit eas bīe ptātem clauiū Cōuenientia ꝑo p̄me ptis hui? ꝓclusiōis ꝑz. q: cū necesse sit in omni multitudine ordinata vnū p̄esse & alia subiici. i. Politice: & piculosū sit viris regere mulieres cōueniēter vni femie cōmittit ptās alias regendi & gubernādi. Cōuenientia ꝑo scōe ptis ꝓclusionis ostendit ex eo: q mulier nō est idoneū subiectū p̄incipatus: cū ꝑm Ap'lm sit in statu subiectōis. Dicit em̄ Ap'ls. Mulieres in ecclesia taceāt: nō em̄ p̄mittit glo. ab aliq̄ auctē eas loqui sed subditas esse. & i. ad Thi. ij. Mulierem docere in ecclesia nō p̄mitto nec dn̄ari. glo. aliqua p̄latiōe spūali. Tn̄ etiam Pbs dicit in politica sua: q corruptio vrbanitatis est cū regimen siue dn̄i um ad mulierē p̄uenerit. q̄d si de regimīe siue ptāte terrena verū est: multo magis de spūali censendū est. Ceterū hec ꝓclusio ex eo manifesta nobis fit: q beatissime virgini marie lz excellentioꝝ sit ap'lis: nō tn̄ illi sed ipsis xp̄us claues tradidit regni celoꝝ: vt in. ca. noua. ex. de pe. & remiss. dr.

Undecima

Undecima ꝓclo. Ptās spūalis iurisdictōis lz alijs q̄ sacerdotib? cōuenire possit nō tn̄ puris laicis aut ēt religiosis corona clericali nō insignit̄. Ꝑia hui? ꝓclusionis ps ꝑz ex tertia ꝓclōe posita in hoc. c. Scōa ps patet p̄imo rōe: scōo auctē. Rōe sic. Spūalis ptās nō cōuenit nisi hoī assumpto ad statū vite spūalis & deputato singulariter cultui diuino: ꝟ corona clericalis est p quā p̄imo inter fideles de statu laicoꝝ q̄s trāsit ad statū clericoꝝ & ad mancipandū diuinis officijs. vnō vt notāt doc. in. i. sniarū di. xxv. tonsura est signū distinctiuū p̄paratiuū & susceptiuū. Distinctiuū quidē stat? clericalis a statu laicali. ꝑparatiuū vero seu dispositiuū vt transeat ad susceptiōem ordinū q̄bus spūalis ptās dat̄. Est aūt susceptiuū bonoris regalis: q: p ipsam deputat̄ q̄s ad diuinū cultū seu seruitiū. Seruire aūt deo regnare est: vt dicit Greg. g̃ nō nisi insignito corona clericali ptās iurisdictionis spūalis cōmittēda est etiā si habeat monachalem coronam Auctē pater p̄fata ꝓclusio. Primo ex. c. i. di. xcvi. vbi dr. q nō solū de ordinib? sed etiā nec de rebus ecclesiasticis laicis legitur aliqua tributa disponēdi facultas. Secūdo ex ca. decernim?. extra de iudi. vbi ex synodo Eugenij pape sic dicit̄. Decernimus vt laici ecclesiastica negocia tractare nō p̄sumāt et epi & abbates archiepiscopi & alij ecclesiarū p̄lati de negocijs ecclesiasticis maxime

de illis que spualia ee noscunt laicor iudicio
Duodecima nō disponāt: nec ppter eor phibitionē eccle
siasticā dimittāt iustitiā exercere. Duode
cima cōclusio est q3 ptās sacramēt alis siue
ordis immobilr adhereat: ptās tn iurisdictō
nis separabilis est. Pater pma ps conclusio
nis huius: qm ptās ordinis dat p consecratōem
aliquā. oms aūt consecratōes eccle sunt immo
biles manēte re q consecrat: sicut p3 in rebus
etiā inaiatis. Naz altare semel consecratū non
consecratur iterū nisi fuerit dissipatū: g talis po
restas fm suā eēntiā manet in hoie q p conse
crationē ea est adeptus q diu viuit siue in scis
ma siue in heresim labat. quod patz ex h: q re
diens ad eccliā non iterū consecrat. sicut dicit
btūs Aug. cōtra donatistas. Scōa ps conclusi
onis etiā p3: qz cū ptās iurisdictōis nō p cōse
crationē det sed ex simplici intūctione homis
cōferat nō immobilr heret his q̄bus confert
vnde in scismaticis z hereticis nō manet. p3
sicut dicit Aug. cō donatistas. Non em possūt
absoluere aut excōicare aut indulgētias face
re. sicut ex. c. nouatian⁹ colligit. vij. q. i. vbi be
atus Cypianus inqt. Qui nec vnitatem spūs
nec cōtūctionē pacis obtuat z se ab ecclie vi
culo atq a sacerdotū collegio separat epi nec
ptātem potest habere nec honorē. Idez etiaz
potest colligi ex eo qō Alexāder. ij. dicit in. c.
audiuimus. xxiij. q. i. z qō Nicola⁹ papa dicit
in. c. miramur. ibidem.

Capitulum. xcvii. In quo ponūtur aliq obiectōes cō
tra aliquas cōclusiōes positas in pcedēti capitulo.

Cap. XCVII

Uersus maxi:

a me duas pclusiones positas in
pcedēti capīo obijcit ab aduer
sarijs. Et pmo cōtra pclusionē
Cōtra quartam conclusionem quartā: in qua babet in snia q habēres ptātē
ordinis in actū clauiū absoluēdo aliquē a pec
catis exire nō pnt nisi habeāt auctoritatē iu
risdictōis. arguit sic rōnibus dni Durandi in
iij. di. xviij. vbi multis rōnibus pbare nitit:
Argu. primū q circūscripta omni ordinatiōe eccle q̄libet
sacerdos pōt quēlibz absoluere. Primo sic
Cōcurrētib⁹ oibus ad sacm q̄ sunt de necessi
tate sacramēti z debita dispositiōe suscipiēt
est verū sacm z suscipiēs recipit oēz effectuz
sacramēti. sed circūscribēdo a sacro pnie oēm
ordinationē eccle q̄libet sacerdos est debit⁹
minister z cōfessio oim pcōr est debita mate
ria. forma autē debita est. Ego te absoluo ꝛc.
Cōfitēs aūt si sit penitēs est sufficiēter dispo
situs ad suscipiendū tam sacm q̄ effectū sac
mēti. ergo eis cōcurrētibus nō solū est verum
sacm sed etiā suscipiēs vere suscipit omnem
effectū sacramēti. maior p3. minor est clara q̄
tum ad materiā z formā sacramēti sed dubia
q̄tum ad ministrū z dispositionē sacramēti: z
q̄tum ad hoc pbat tribus medijs. Primo Probatio
fic: qz q̄ q̄libet sacerdos nō sit debitus minister
nec q̄libet pcōr penitēs sit sufficiēter dispo
situs ad recipiendū sacm pnie z eius effectū
a quolibet sacerdote nō pōt dici nisi qz pnia
est sacm iudiciale. z iō req̄rit q minister eius
eius sit sacerdos iurisdictionē habēs z q iu
dicādus sit eius subditus: qō nō inuenitur in
quolibet sacerdote respectu cuiuslibz pcōris
sed istud nō cogit: qz si pnia sit sacm iudicia
le est voluntariū. Unde sacerdos q est iudex i
sacro pnie magis est arbitrarius de volūtate
partiū assumptus q̄ hns de se iurisdictiōem
sup ptibus eis inuitis vel altera inuita. Cum
em sacm pnie agat inter deū z hoiem. cōstat
q sacerdos ex pte dei est iudex volūtarie assū
pt⁹ q̄ fecit sacerdotes mediatores z arbitros
inter se z hoies. z ita est ex pte hoim: qz q̄tūcū
q sacerdos sciret pcm penitētis nisi ipe pe
nitens volūtarie exprmeret z exponeret se iu
dicio sacerdotis nō posset sacerdos iudicialr
agere cū eo quo ad forū pnie. g pcōr voluntа
rie se subdēs iurisdictioni sacerdotis assumit
iōm quasi arbitrū quē deus ad hoc assumpsit
pus. videt q iste sit verus iudex z ille ver⁹ sub
ditus duz tn sit penitēs. Scōo confirmat sic Cōfirmatio p
Papa nulli pōt esse subditus nisi q̄tum volū
tarie alteri se subijcit. ex iure em diuino nulli
subijcitur sed oibus pest. ex iure etiā humano
nulli pōt subijci: qz statuta canonum papam
nō obligant sicut nec leges imperatoꝛ. vt no
tat extra de pst. c. i. in glo. g cū subijciat se al
teri in foro pnie necesse est q sufficiat subie
ctio que fit ex mera volūtate. Quod etiaz Cōfirmatio
p3 tertio ex alio: qz papa non pōt se subijcere
iurisdictiōi alteri⁹ quo ad forū cōtentiosum. vn
nō pōt cōicare alicui q excōicet eū nisi sentē
tie eius paruerit. qz talis iurisdictio inuolun
taria est quo ad subditū z ex alteri⁹ volūtate
dependet z silr eet in iurisdictiōe fori pnie nisi
eet mere voluntariū. Scōo sic pncipalit. Secundum
Si ex ordinatōe diuina minister sacri eet ha
bēs iurisdictōem in casu extreme necessitatis
nō posset q̄libet sacerdos quēlibet pcōrē ab
soluere: qz nulla necitas mutat ministrū a deo i
stitutū. Un sic i extrema necitate null⁹ pōt ab
solui sacralr nisi a sacerdote eo q sacerdos ē i
stitut⁹ minister sacri pnie. sic null⁹ pt absolui ni
si a sacerdote hnte iurisdictōez si iurisdictō re
q̄reret ad ministrū ex institone xpi. Tenet aūt ec
clesia q i casu necitat q̄libz sacerdos pt quēli
bet pcōrē absoluē ꝺ quolibz pcō nec eccl'ia

Tertium forte posset ordinare ꝓxiū: g̃ ꝛc. Tertio idez ꝓz sic: q; dato q; minister sacri sit sacerdos habens iurisdictionē idem sequit: q; cōsuetudo dat iurisdictionē: sed tūc fuisset cōsuetudo q; q̄libet absolueret a quolibet. g̃ ꝛc.

Cap. XCVIII

Cap. xcviij. In quo respondet ad obiectōes factas in precedenti capitulo.

Ne absq; omni dubitatiōe tenendū videt: q; nullus sacerdos pōt vsum clauium habere absoluēdo aliquez a peccatis: nisi adiunctā hēat ptāti ordinis ptāte iurisdictionis. Unde fatendū est q; sacerdos carēs iurisdictiōe nō est debitus minister sacramēti pnie nō solum ex ordinatōe ecclie sed ex ordinatōe diuina quod sic ostendit. Cōcurrentibus oibus q̄ ex ordinatōe diuina requirunt ad sacrm. ecclia vel papa nō pōt impedire effectū sacramēti: q̄a sicut ecclia vel papa non pōt immutare sacrm. ita nō pōt eius effectuz impedire cōcurrentibus illis q̄ ex ordinatione diuina req̄runt. Cum g̃ pctor cōfitēdo ꝛ penitens sit sufficiēter dispositus ad recipiēdū tā sacrm q̄ rem sacramēti: ꝛ integra ꝓfessio peccatoꝝ sit materia debita ex ordinatōe diuina vt ꝛz ecclia si sacerdos carēs iurisdictōe ex ordinatōe diuina sit debitus minister ecclia nō pōt impedire q̄n pctor cōfitēs ꝛ penitēs a sacerdote tali nō babēti iurisdictōem sit ꝑ absolutus. Sed cōstat de facto q; ecclia impedit: q; tenet q; talis nō sit absolut? sed tenet iterū eadē pctā cōfiteri. Si forte dicat q; talis non est absolutus: nō q̄dē ꝓpt defectū ministri: ꝙ ꝓfitendo sacerdoti alteri q̄ habēti iurisdictionē sup ipm peccauit faciēdo ꝯ ordinationem ecclie. vñ cōfitēdo alteri q̄ debet ꝑm ordinationē ecclie mortal̄r peccās absolutiōis beneficiū recipe nō poterat. Sed ꝫ nō valet q: nō cōstat q; mortal̄r peccet cōfitēdo alteri q̄ ꝓpio sacerdoti: cū ecclia sub ꝓceptione nō ꝓhibuerit ꝛ ordinauerit q; q̄libet semel in anno suo ꝓpio sacerdoti cōfiteat. peccatū autē veniale nō impedit fructū absolutōis. ꝛ preciue hoc cōstat si ex deuotōe ꝛ nō ex ꝓmptu cōfiteat ignorās ordinationē ecclie. Preterea ecclia nō tenet q; talis nō sit absolut? q: subiciēdo se alteri q̄ deberz peccauit: qm̄ ꝫ sine oi pctō pōt fieri si sacerdos dicat se ꝫre auctoritatez. Sed ꝓ tāto tenet ecclia q; iste nō sit absolutus: q: ꝓfessus est nō babēti auctē sup ipz. Si aūt dicat q; est vere absolut? sed ecclia nō tenet eū absolutū ꝓpter picula q̄ inde posset sequi. Hoc aūt eē nō pōt: qm̄ inconuenientissimū est dicere q; ecclia dogmatizaret falsitatē quod faceret si euz q̄ vere ꝛ realr sacrāt esset absolut? teneret ac doceret nō eē absolutum. Pz g̃ q; simplex sacerdos carēs iurisdictione nō est debitus minister sacri pnie. Et hinc est q; in diffinitiōe clauiū aliud ponit ptinēs ad ordinē ꝛ aliud ptinēs ad iurisdictionē: cuz ōr q; est ptās ligandi atq; soluendi q̄ eccliastic? iudex dignos recipe dz ꝛ indignos excludere bz a regno. Ad ꝓmuz

Ad ꝓbationez

His babit dicendū est ad rōes in ꝓiū. Ad ꝑmā cū ōr q; sacerdos carēs iurisdictōe est debitus minister. rndet q; ꝫ non sit verū. Et qd̄ ad ꝓbationē huius inducit q; minister hui? sacri est arbitrari? de voluntate partiū assumpt? nō valet: q: lz de volūtate dei volūtarie sit assumpt? in sacerdotē nō sequit tn̄ ex hoc q; ex volūtate dei sit q; vtaī clauē in quēlibet: nisi alio modo ꝓbet. sicut lz ex voluntate regis sit q; aliq̄s efficiat balliuus vel prepositus. ex hoc tn̄ nō bz q; possz suo officio vti in quēlibet sui regni. Et qd̄ ōr q; ex pte subditi sit etiā volūtari?: dicim? q; reqrit ex pte ꝓfitentis q; volūtarie sua pcta ꝓfiteat nō q; ista voluntaria ꝓfessio ꝑbeat auctorem absoluēdi sacerdoti. sed q; est dispositio necria ad hoc q; cōfitens bñficiū recipiat absolutōis. Pōt eīm aliq̄s pctor alicui volūtarie cōfiteri cui auctorem absoluēdi nō dedit: vt de se pz. Ad illud quod scdo inducebat in ꝓfirmatōe supioris rōis rndet q; papa pōt se subijcere cui voluerit cū curaillī? nulli sit dem̄iate cōmissa ad cui? arbitriū satisfacere habet. Non sic aūt est de alijs quoꝝ cura cōmissa est alteri: vt pura petro q̄ pastor cōstitut? est oim fideliū ꝑm illd. Pasce oues meas Joh. vlt. Ūn̄ si petr? mortal̄r peccasset tenebat ꝓfiteri: ꝛ q: nulli erat spāliter obligat? poterat cuiq; sacerdoti se subijcere ꝛ subijciēdo iurisdictōem dare in seipm in foro ꝓscie. lz ipe in seipm vti clauiū ptāte nō possz ꝛ ita de successoribus. Et si dicat q; nō potest dare qd̄ nō bz in se. Rndet q; lz nullus det qd̄ nō bz. dat tn̄ aliq̄s aliq̄d qd̄ nō eo mō sed alio mō hēat. Ūn̄ ꝑlatus dat ꝑbēdā quā nō bz ad possidēdū sed ad dandū. sic in hoc loco papa dat alijs iurisdictionē quā bz sed nō in seipm ꝑ seipm exercendā sed ꝑ alium. Quare vt dñs Bocauen. dicit in. iiij. di. xix. lz q: iurisdictioꝝ subiectio est ad alterū nō possit q̄s sibi eē subiectus nihil tn̄ prohibet ipm subijci posse alij maxime si est libere ptātis. Quod ꝑ tanto dicimus: q: et si alij quoꝝ cura cōmissa ē aliq̄b? determinate ꝫ facere nō pñt: is tn̄ q̄ nulli determinate subiectus est sed est liber pōt ꝫ facere sicut et si .a. ꝓuus petri nō pōt se facere ꝓuum martini: tn̄. b. q̄ liber est pōt se alteri tāq̄ ꝓuz aut simplicit aut quo ad aliquid submittere.

Ad cōfirmatōez primam.

Ad secundā confirmatōez

Ad scōz ꝓfirmationē rndeꝝ. q rō fctā vt dicit dns Bonauen. dupl'r deficit. Primo qa excōicatio est cōtra hoiem: sed absolutio pro hoie. ⁊ hō nō pōt aucte vti ꝑ se q̄uis posset ꝑ se. Scōo vt dicit scūs Tho. ⁊ dns Bonauen. q exterius iudiciū est ꝑm hoies siue int' hoies iudiciū ꝯo ꝓfessionis est quo ad deū apō quē aliqs reddit minor ex hoc q pecccat nō autē apud hoiz plationes. ⁊ iō in exteriori iudicio sicut nullus in seipm sniam dare pōt excōicationis. ita nec alteri cōmittere vt seipm excō municet. sed in foro ꝓscie pōt alteri cōmittere absolutionē sui lz ea ipe vti nō posset sicut supius dictū est.

Ad scām argū.

Ad scām rōnem pncipalem rndemus negādo ꝓntiā. qm vt inqt scūs Tho. in. iiij. di. xx. qs pōt vti iurisdictōe alteri us ex eius volūtate: q ea q̄ iurisdictiōis sunt pnt cōmitti. Ex volūtate aūt eccl'ie ē q vnusq; quisq; sacerdos nō bns iurisdictionē beat vsū iurisdictōis in articulo necessitat⁹ ⁊ h̄ maxime appet q̄tū ad snias excōicatiōis a q̄b⁹ cōstat q sacerdos int̄ duz sacerdos est absoluere nō pōt: ⁊ tn in articulo necessitat⁹ pōt q̄dem: qd nō pōt ee nisi ex iurisdictōe cōmissa in illo casu.

Ad tertium

Ad tertiā pncipalē rndeꝝ: q cū dicit q cōsuetudo dat iurisdictionē. dicim⁹ q h̄ verū sit si cōsuetudo iusta sit ⁊ nō p̄iudicās iuri diuino siue intētioni legislatoris secus iurisdictionē nō daret. Cū aūt iure diuino ois xp̄ianus dempto petro v'l eius successore satisfacere debet: ꝓria cōsuetudo si fuit nō valuit. Et si aliq̄ in pncipio eccl'ie legant' vt puta apl'i vel alij sancti apud eos apud quos declinabant clauiū ptāte indifferenter vsi fuisse hoc nō tn sufficit nisi volūtate exp̄ssa xp̄i aut petri. ⁊ ita p ꝓns auctoritate fulti hoc egerant.

Capitulum. xcix. Ostēdens q ptās spūalis clauium tam bonis sacerdotibus q̄ malis cōis est.

Cap. xcix

Qod autē spūalis ptās clauiū nō tm̄ bonis sacerdotibus sed etiā malis ⁊ dispcholis cōis sit: ita vt p malos sicut p bonos sacramēta dispēsari possent facile est ostendere multis rōnibus. Pro quo in pmis ꝓsiderandū iuxta sanctū Tho. in. iiij. di. xix. q agens p se ⁊ agens instrumētale in hoc differūt. q agens instrumētale nō inducit in effectū similitudinē suā sed filitudinē pncipalis agētis. Principale aūt agēs inducit similitudinē suā. ⁊ ideo ex hoc aliq̄d cōstituit pncipale agens q h̄z aliquā formā quā in alterū transfundere pōt. nō aūt ex hoc ꝓstituit agēs instrumētale: sed ex hoc q est applicatū a pncipali agente ad effectū aliquē inducendum

Cum g̃ in actu clauiū pncipale agens sit ipe xp̄s vt deus p auctoritatē vt homo p meritū ex ipa plenitudine diuine ptātis ⁊ bonitatis in eo⁹ ex pfectōe gr̃e ꝓsequit q possit in actū clauiū. sed homo alius nō pōt in actū clauiuz sicut p se agēs: q nec ipe alteri gr̃am qua remittuit pctā dare pōt nec sufficiēter mereri. et iō nō est nisi sicut agens instr̃ale: vn̄ ⁊ ille q̄ effectū clauiū ꝓsequit nō assimilat vtēti clauibus sed xp̄o. Et ꝓpter hoc q̄tūcūq; aliquis bēat de gr̃a nō pōt pting̃ere ad effectū clauiū nisi applicēt ad hoc quasi ministeꝛ p ordinis susceptionē. Patet g̃ q ptās spūalis in ministris eccl'ie sicut p bonitatē vite nō acquirit sic nec p malicia amittit. Secūdo hoc idem ostendit sic iuxta scm̄ Tho. in. iiij. ꝯ gentiles. Nihil pōt in id qd̄ eius facultatē excedit nisi accepta alīūde ptāte: qd̄ tam in naturalibus q̄ in ciuilibus ptz. Non em̄ aq̄ calefacere pōt nisi accipiat v̄tutem calefaciēdi ab igne. nec balliuus ciues coercere pōt nisi accepta ptāte a rege. Ea aūt q̄ in sacramētis agunt' facultatē humanā excedūt. g̃ null⁹ pōt sacra dispēsare q̄tūcūq; sit bon⁹ nisi ptātem accipiat dispensandi. Bonitati autē malicia opponit' ⁊ pctm̄. g̃ nec p pctm̄ ille q̄ ptātem accipit impedit quo min⁹ sacra dispēsare possit. Tertio sic. Homo ōz bon⁹ vel malus ꝑm v̄tutem vel vitiū q̄ sunt habit⁹ q̄dā. habit⁹ aūt a potētia in hoc differt: q p potētiā sum⁹ potētes aliq̄d facere. p habitū aūt nō reddimur potētes vel ipotētes ad aliq̄d faciēdū. ꝑ habiles vel inhabiles ad id qd̄ possum⁹ bn̄ vel male agendū: p habitū g̃ nec dat' nec tollit' nobis aliq̄d posse sed h̄ p habitū accipim⁹ vn̄ bn̄ vel male aliq̄d agamus. Non ergo ex hoc q aliqs est bon⁹ v'l malus est aliqs potēs vel impotēs ad dispēsandū sacra. ꝑ ydoneus vel min⁹ ydoneus ad hmōi dispēsandū. Quarto sic. De bonitate ⁊ malicia alteri⁹ hois hō iudicare nō pōt. h̄ em̄ solius dei est qui occulta cordis rimatur. Si em̄ malicia hois impedire posset actū clauiū siue effectū sacramēti: nō posset homo habere fiduciā certā de sua salute: vt ꝓscia sua libera maneret a pctō. dato em̄ illo nemo sciret vtrū absolueret vel ligaret ⁊ vtrū absolut⁹ sit vel ligatus. ⁊ ita dubitatio maxima ⁊ ppletitas in eccl'ia dei relinq̄ret: qd̄ nullo modo conuenit ꝓstitutioni eccl'ie q̄ fundata est in fundamento veritatis eterne. g̃ ⁊c. Quinto sic. Si ptās clauiū sequeret sanctitatē vite cū tota die fiat trāsmutatio in scitate: q q̄ modo min⁹ sanctus est fit magis sanctus ⁊ ecōuerso. sequit q modo subditus fieret plat⁹ ⁊ modo plat⁹ subditus. ⁊ ita nulla stabilitas esset in eccl'ia

q̃ exboꝛret fides recta. g̃ idem quod ꝓius

Sexto idē oñdit ex eo quod dñs ait Mat. xxiij. Sup cathedrā moyſi ſederunt ſcribe et phariſei q̃ aũt dicũt vobis ſuate ⁊ facite. ſm aũt opa eoꝝ nolite facere. Ecce q̃ malis ꝓlaꝯ xp̃s iubet obediẽdum q̃ nõ faceret niſi i eis etiã malis exñtib⁹ ſpũalis ptãs maneret. Nõ g̃ ꝓpter pctã miniſtroꝝ ptãs ſpũalis eis collata amittit aut minuit in eis. Ex q̃bus manifeſta luce excludit ꝓmo erroꝛ dicentiũ: q̃ oẽs boni fideles bñt ptãtẽ ſacra diſpẽſandi. Secundo erroꝛ dicentiũ q̃ nulli mali ſacerdotes babẽt ptãtem diſpẽſandi ſacramẽta. Tertio erroꝛ dicentiũ q̃ omnis ptãs ſpũalis a cbriſto eccleſie miniſtris data ſit ita euacuata ꝓpter maliciam eoꝝ.

Cap. C Erroꝛ valdeñ.

Cap̃.c. In quo ponunt obiectões aliq̃ aduerſarioꝝ cõtra ea que dicta ſunt in.c. precedenti.

Verunt aũt qui

f dã pditi boies noie valdẽſes. q̃ dogmatizare p̃ſumpſerũt ſolis ſacerdotib⁹ qui vita ⁊ doctrina pollerẽt ſicut apl̃i ꝓceſſum eẽ ptãtez ligandi et ſoluẽdi. Quẽ erroꝛẽ auctoꝛitatib⁹ ⁊ rõnib⁹ fulcire conati ſunt. Argu. primũ

Primo ſic. In donatõe ſiue ꝓmiſſione clauiũ q̃ facta eſt petro: primo cõmẽdatus eſt petrus. vñ dicꝛuz ẽ ſibi. Btũs es ſymõ bariona. ⁊ poſtea ſequit. Et ego tibi dabo claues regni celoꝝ. g̃ videt q̃ ſi claues regni celoꝝ date ſint petro rõne bone ⁊ fidei ꝓfeſſionis. ⁊ in petro date ſunt oibus ſacerdotib⁹. vt Ambꝛo. Hiero. ⁊ Augu. teſtant: q̃ ad illos tm̃ clauiũ ptãs deriuata ſit q̃ petri in vita ⁊ doctrina imitatoꝛes ſunt. Unde Aug. dicit ſup Job. q̃ qñ dictũ eſt petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ: petrus typũ gerebat boꝝ. g̃ videt q̃ ſoli boni ſacerdotes babeant vſum clauiũ. Secundũ

Scdo ſic. Joh. xx. cũ date ſũt claues apl̃is dictũ eſt. Accipite ſpm̃ſanctum quoꝝ remiſeritis pctã ⁊c. Si g̃ añ donatione ſiue vſuz ptãtis dedit illis xp̃s ſpm̃ſcm̃ videt q̃ qui nõ babeãt ſpm̃ſanctũ nõ bẽant ptãtez ſiue vſum clauiũ. ſed mali nõ babẽt ſpm̃ſactũ q̃ vt babeẽt Sapie. i. Spũs diſcipline fugiet fictũ. g̃ ⁊c. Tertio ex eo q̃ ait btũs Augu. in li. de baptiſmo. ⁊ recitat de cõ. di. iiij. in. c. quõ. Sacrm̃ gr̃e dat deus etiã p malos. ſ̃pam ꝓ gr̃am nõ niſi p ſeip̃m vel p ſcos ſuos: ⁊ ido remiſſionẽ pctoꝝ p ſeip̃m facit vel per ipſius columbe mẽbra. Sed remiſſio pctoꝝ eſt vſus clauiũ. g̃ pctõres qui nõ ſunt columbe mẽbra vſum clauiũ nõ babẽt. Tertium Quartum

Quarto oñdit idez ex illo Aug. quod babeẽt in. c. remiſſionẽ. vij. q ꝓma. Remiſſionẽ pctoꝝ auari nõ dant que p

oratione. i. per columbe gemitũ dat. ⁊ ſequit Non em̃ raptoꝛibus ⁊ feneratoꝛibus dñs dic̃ ſi cui remiſerit̃ pctã remittent̃ eis: cui non remiſerit̃ tenebunt̃. g̃ id quod ꝓius. Quintum

Quinto arguit̃ ex illo Grego. Illi ſoli bñt in hac vita poſiti ligãdi ⁊ ſoluẽdi ptãrem ſicut ſãcti apl̃i qui illoꝝ exempla ſit̃ cũ vita tenẽt. Sexto idē arguit̃ ex dicto Origenis dicẽt̃ vt deducit magr̃ ſniarũ in. iiij. di. xxvij. Hec ptãs ſoli petro ꝓceſſa eſt ⁊ imitatoꝛib⁹ eius. nã q̃cunq; veſtigia petri imitant̃ bñt recte ligãdi ⁊ ſoluendi ptãtem. Sexum

Septimo rõne ſic. Nullus ſapiẽs rex diſpenſatione theſauri ſui cõmittit ſuo inimico: ſed vſus clauiũ cõſiſtit in diſpenſatione theſauri celeſtis regis. g̃ mali ſacerdotes qui eum p pctm̃ mortale ſunt inimici dei: nõ videnẽ habere vſuz clauiũ. Septimum

Octauo ſic Nullus ſapiẽs diſtributoꝛ dat potentiã diſtribuẽdi illi quem ſcit oino indignũ. ſed pctoꝛ in pctõ exñs eſt oino indignus tali ptãte abſoluẽdi. ſ. et ligãdi. ⁊ dñs hoc nouit q̃ talẽ tribuit ptãtem: g̃ vel deus inſipiẽter largitur dona ſua: quod nõ eſt dicendũ: vel nulli tali idigno tribuit talem ptãtem. Octauum

Capitulum. ci. In quo dantur reſponſa ad obiectiones factas.

Remiſſis nõ ob

Cap. CI

p ſtãtib⁹ dicẽdũ eſt vt ꝓus. videlz q̃ ptãs diſpẽſandi ſacra ſiue clauiũ vſus cõis ſit tã ſacerdotib⁹ bonis q̃ malis. Nõ etiam ꝓuenienti̊ſſime atq; ſapiẽti̊ſſime ordinatũ eẽ ſic oñdit ſanct⁹ tho. in. iiij. ꝯ gẽtiles. Inconueniẽs videt vt ſpez ſalutis in bonitate puri bois q̃s ponat. Dicitur em̃. Hiere. xvij. Maledict⁹ bõ q̃ cõfidit in bomine. ſi aũt bomo ꝓſequi ſalutẽ p ſacra nõ ſperaret niſi a bono miniſtro diſpenſata: videret ſpem ſue ſalut̃ aliq̃liter in bomie ponere. vt g̃ ſpem nr̃e ſalut̃ in ſolo xp̃o ponam⁹ q̃ de⁹ ⁊ bo eſt. ꝓfitẽdũ eſt q̃ ſacra ſunt ſaluraria ex ꝓprute xp̃i ſiue p bonos ſiue p malos miniſtros diſpẽſent. Dicẽdũ eſt g̃ ad rões factas in o ppoſitũ Pro quarũ ſolutõe notãdũ iux̃ dñz Bon auẽ. in. iij. ſniarũ. di. x. q̃ dupl̃r loq̃ poſſum⁹ de clauiũ collatõe alicui. Aut q̃tũ ad ea q̃ ſũt de neceſſitate. aut q̃tũ ad ea q̃ ſunt de ydoneitate Si loq̃mur ꝓmo modo q̃tũ ad ea q̃ ſunt de neceſſitate ſiue ad eẽ clauis ſufficit donũ ſpũſſãcti ſm̃ gr̃am gratꝫ datã. Bẽ em̃ infallibil̃r ſm̃ diuinã inſtitutionẽ dat omni ſuſcipiẽti ordinis ſacrm̃ ſiue ſit bon⁹ ſiue ſit mal⁹. Rõ aũt huius eſt: q̃ donũ gr̃e g̃tis date nõ repugnat iniquitati q̃ in ſimul eẽ põt cũ ea: ſicut pz in ſcia ⁊ i alijs donis. Et rurſus puerſitas nõ repugnat

vtilitati illius doni: sicut enim ꝓdicator male vite sepe bene ꝓdicat & frequenter fructificat. Propter quod dñs noluit ꝓhibere eum q̄ in noie eius eiciebat demonia q̄uis eū non sequeretur. vt habet Math. ix. q: hoc erat ad vtilitatem alioꝝ: sic q: bonū illud gratie gratis datę ordinatū est ad vtilitatē cōem q̄uis nōvaleret accipiēti tñ valet alijs. Et ideo dñs qui in distributōe sacramentoꝝ vtilitatē cōem cōsiderat & suam institutionē nō retractat: malis etiā cōfert istam potentiā q̄ ordinati sunt ꝑm eccl'ie catholice formā. Si g̃ q̄tuz ad id quod de necessitate clauiū loquamur siue q̄tum ad esse siue q̄tum ad executionē: cū nihil exigat ad h̄ nisi ordo & iurisdictio ꝑfata ptās clauiū tam in bonis q̄ in malis ē. Si aūt loquamur q̄tum ad ea que spectāt ad ydoneitatē: cū ad debitū vsum officij cōcurrat meritū & auctoritas ꝑlationis. cōuenit vt talis habeat charitatē siue vite sanctimoniā: q: cū illud sit officiū mediatoris & reconciliatoris. & auctas ista sit iudiciarie ptātis: & nullus sit bonus mediator q̄ est inimicus: nullusq̄ sit bonus iudex i ea cā in qua est reus: cōueniētissimū est vt minister huius ptātis sit mūdus & sanctus. Vñ Esa. lij. Mūdamini qui fertis vasa dñi. alias & si minister sit nō tñ ydoneus siue dignus est.

Responsio cōis ad obiecta

His notatis facile est rñdere obiect'. Ad oēs nāq̄ auctoritates inductas in oppositū vnica rñsio dari pōt: videlz ꝙ loquant' de clauib⁹ siue de vsu earū q̄tum ad ydoneitatē: nō aūt q̄tū ad necessitatē: qm̄ lz oēs sacerdotes habeant ptātem soluēdi & ligādi nō tñ recte ac digne bñt nisi qui vitā & doctrinā aplicā seruant. vnde ꝓmisse auctes nō dicūt malos sacerdotes ptātem ꝑfatam non habere: ꝟ illos solos digne ac recte hac ptāte vti significant qui ꝓdita sunt vitā & doctrina aplica. vt exponit magister sniarū in. iiij. di. xx.

Ad primum

Ad ꝓmum igit' rñdet': ꝙ lz vite sanctimonia requirat' in ministro vtente claue de cōgruitate nō tñ de necessitate: vt supius ostensum est. Unde cuz soli aplī imitatores digne recteq̄ possint ligare & soluere. rō illa bñ ꝓbat ꝙ nemo digne habeat vsum clauiū qui non fuerit sctimonie petri imitator. Ad quē sensum dicit Augu. ꝙ btūs petrus qui cū ptāte habuit ydoneitatē in receptione clauiū figurā gesserit bonoꝝ

Ad scōm

Ad secundā & est eadē rñsio. dicimus em̄ ꝙ ad vsuz clauiū requirit' de necessitate donum spūssancti: intelligēdo ꝑ donū spūssancti donuz gratie gratis datę qđ est ipa ptās clauiū. Sz intelligēdo ꝑ donū spūssci donū gr̃e q̄tuz faciētis nō requirit' de necessitate: ita vt sine eo fieri nō possit: bene de cōgruitate, siue q̄a fine eo incōgrue vel nō recte fit ex pte vtentis q̄uis subiiciens se clauibus clauiū cōsequat' effectū. & iō ratio nō ꝓcedit.

Capl'm

Ad tertium

Ad tertiū rñdetur ꝙ btūs Aug. vt dicit scūs Tho. loquit' de remissione peccatoꝝ ꝑm ꝙ sancti homies cooperant' ad ipam nō ex vi clauiū sed ex merito cōgrui. Et ideo dicit ꝙ etiam ꝑ malos sacramēta ministrat inter q̄ absolutio sacramēt talis cōputanda venit sed ꝑ mēbra colūbe. i. ꝑ sanctos viros facit remissionē peccatorum in q̄tum eoꝝ intercessionibus pcā remittit. Vel pōt dici ꝙ mēbra colūbe noīat oēs ab eccl'ia nō ꝑscisos. qui em̄ ab eis sacra recipiūt gr̃am cōsequunt': nō aūt qui recipiūt ab illis q̄ sunt ab eccl'ia ꝑscisi. q: hoc ipso peccāt excepto baptismo quē in casu necessitatis lz etiaz ab excōicato recipe.

Ad quartum

Ad quartā respondet' eodē modo ꝙ Aug. loquit' de remissiōe pcōꝝ q̄ fit nō vi clauiū sed merito cōgrui siue suffragio oratōis eccl'ie. vnde ait: que ꝑ oratiōez. i. columbe gemitū dat'. vel loquit' q̄tuz ad ydoneitatē nō q̄tuz ad necessitatē. vñ gl. decreti dicit sic. Quari remissionē pcōꝝ nō dāt. i. nō sunt digni dare. Vel etiā ꝑ quaros raptores & feneratores intelligit ꝑscisos: vt eadē gl. etiā exponit.

Ad quintum

Ad q̄ntā rñdet' ꝙ dictū dri Greg. accipiendū est quēadmodū dictū beati Aug. scz q̄tuz ad ydoneitatē vsus clauiū seu dispēsationis sacroꝝ: qm̄ verissimū est ꝙ nullus digne recteq̄ hoc exeq̄ pōt sicut aplī nisi q̄ eoꝝ doctrinā & vitā imitatus fuerit.

Ad sextum

Ad sextam que est auctas Origenis eodē mō ē rñdēduz.

Ad septimum

Ad septimā rōem rñdet' iurta scm̄ Tho. in iiij. ꝙ cū ꝺr: ꝙ null⁹ sapiēs &c. h̄ verū sit ꝺ rege q̄ defraudari aut decipi possit ālęs sūt reges terreni. talis aūt nō est rex celestis q̄ defraudari nō pōt. quicq̄d em̄ facit totū ad eius honorē cedit etiā ꝙ aliq̄ male clauibus vtantur q: nouit ex malis bona elicere & etiā ꝑ malos multa bona facere. & iō nō est fil'e.

Ad octauum

Ad octauā iurta dñm Bonauē. in. iiij. rñdet' dupliciter. Primo ꝙ de⁹ nō dat indigno ꝓpter se ꝟ ꝓpter cōem vtilitatē. & iō malus q̄uis nō sit dignus babēdi: pōt tñ esse vtilis: & ideo ei ꝓfert. Secūdo ꝺr: ꝙ hoc facit deus ad oñendū abūdātiā largitat' sue q̄ solē suū oriri facit super bonos & malos. Mat. v. Et hec ꝓ ꝓmo huius summe libro.

Explicitus est ꝑmus summe de eccl'ia liber qui de vtili eccl'esia tractauit.
Sequit' scūs qui de romana eccl'ia et de ei⁹ pōtificis ꝑmatu tractatur⁹ est.

Capitulum primū ostendens q in ecclesia sit ordo.

Capkm I

Expleto ser-
mone de vri ecclia in
supiori libro: reliquus
est vt secūdū librum in
quo de ecclia Romana
7 pōtificis eius pmatu
nos loqui polliciti su-
mus attingam⁹. Ostē
demus aūt in pmis tā
q̄ omniū dicendorū in hoc libro potissimum
fundamētū: q̄ i ecclia quā in superiori libro
multipliciū ordinū statuū ac officioꝝ varieta
te distinctā ornatāq; ostendim⁹) esse debeat
7 sit ordo siue gradus supioritatis: quo q̄dam
in ea ptāte ac dignitate siue officio alijs supe
riores sint ac potiores. Quod nobis ostēdere
ex multis facile est. Primo sic iurta sanctus
Tho. in. iiij. Deus em̄ ita opa sua in sui simili-
tudinē pducere voluit vt pfecta essent 7 p ea
cognosci posset. 7 ideo in suis opibus repsen-
tare nō solū sm̄ q̄ in se est sed etiā sm̄ q̄ alijs
influit. Hanc legem naturalē posuit omnib⁹
vt vltima p media pficerent 7 media p prima
vt dicit dns Diony. Decētissime ergo ne bu-
iusmodi pulchritudo deesset ecclie posuit or-
dinem in ea: vt q̄dam alijs influerēt sacramē
ta alijs dispensando suo modo in hoc deo assi-
milari quasi deo cooperatores. ergo in ecclesia
est ordo et graduū dria prātis. Secundo sic
Eque vel magis debet esse regulat⁹ pcessus
ecclesie ordinatus ad esse gratie q̄ pcessus na
ture ordinatus ad esse nature. sed in processu
nature est ordo quo quidam alijs sunt sup io-
res officio 7 habēt alijs influere. ergo 7 in ec-
clesia debet esse ordo quo q̄dam alijs sunt su-
periores potestate 7 officio 7 habēt alijs influe
re: doctrina. s. et sacramētorum dispēsatione.

Tertio sic. Ecclesia militās exemplata est a
triumphante siue celesti. sm̄ illud Exodi. xxv
Inspice 7 fac sm̄ exemplar tibi monstratū in
monte. Unde beatus Dionisius in. c. vi. eccle
sia. bierar. dicit ita. Nostra enim bierarchia a
deo traditis ordinibus sancte dispositā sanctā
7 celestibus bierarchijs cōformis est. De qua
etiam conformitate ipse celorum conditor et
amator inquit. Job. xxxviij. Nūquid nosti or-
dinem celi 7 rationez eius pones in terra. sub
audi vt ego: inquit beatus Gregorius in glo.
Ordo quidem celi in terra ponitur: hoc est in
militante ecclesia: cum a triumphantis eccle
sie exemplari militans disponitur 7 formatur
sed in ecclesia triumphanti est ordo quo qui-
dam angeli sunt alijs potestate superiores et
dignitate 7 habēt eis influere diuinas illumi
nationes. ergo similiter in ecclesia militante ta-
lis ordo siue gradus superioritatis ponendus
est quo quidam alijs habeāt diuina ministra-
re. Et hec est rō beati Greg. in. ca. ad B. lxxxix.
di. ita loquētis. Quia vero quecunq; creatura
in vna eadēq; qualitate gubernari vel viuere
nō potest celestiū militiarū exemplar nos in-
struit: q: dum sunt angeli 7 archangeli: liquet
q: nō equales sunt sed in potestate 7 ordine si
cut nostis differunt alter ab altero. Quarto
cōfirmat̄ ista ratio sic. Ecclesia militās est in-
stituta ad formā bierarchie. Unde de ecclesia
stica bierarchia beat⁹ Diony. librū illustrē fe-
cit qui ita de ecclesiastica bierarchia intitula
tur. Ex ratio bierarchie in ordine potestatis
pfistit. Dr̄ em̄ bierarchia a bieros q̄d ē sacrus
7 archos quod est princeps: quasi sacer princi
pat⁹. Et Diony. diffiniēs bierarchiā lib. cele.
bierar. c. iij. dicit: q̄ est ordo scia 7 actio 7 c. g̃ se
quit̄ q̄ prefatus ordo bierarchic⁹ sit in eccla
ponēdus. Quinto sic. Eccla cōstituit̄ ex du-
plici pariete siue latere. s. laicali 7 clericali. ꝑ
in pariete laicali est ordo: vtpote iperator: rex
dux: comes: tribun⁹: ballliu⁹: centurio: decurio
oia hec ordinē dicunt. ergo videt̄ q̄ in pariete
clericali q̄ spirituali militia deo militat debe
at esse bmōi ordo. ratio est manifesta. Sexto
sic. Dis multitudo aut ꝓfusa est aut ordinata
sed vniuersitas eccl'ie cū sit a sapiētissimo xp̄o
instituta: 7 Apl's dicat ad Ro. xiij. Que a deo
sūt ordinata sunt. cōfusa esse nō pōt. Unde de
ipsa dr̄ Cant. iiij. q̄ sit vt castroꝝ acies ordina
ta. ergo necesse ꝓfitendū est q̄ in ea ordo sit et
esse debeat: maxime cū ordo faciat ad pcordiā
7 decorē 7 ad firmā existentiaz vniuersitatis:
sm̄ illud beati Greg. in. c. ad hoc. di. lxxxix. ita
dicentis. Ad hoc dispensationis puisio grad⁹
diuersos 7 ordines ꝓstituit esse distinctos: vt
dum reuerentiā minores exhiberent potiori-
bus 7 potiores minoribus dilectionē impēde
rent: vera cōcordia fieret 7 ex diuersitate con-
textio: 7 recte officioꝝ gereretur administra-
tio singuloꝝ. nec em̄ vniuersitas alia poterit
ratione consistere nisi huiusmodi eam magn⁹
differentie ordo seruaret. hec ille. Ratione au
tem pulchritudinis que in eccl'ia ex huiusmo-
di ordinis differentia cōsurgit dicit̄. iij. Regl.
x. q̄ regina saba videns oēm sapientiam salo-
monis 7 habitacula seruoꝝ 7 ordines ministrā
tium non habebat vltra spiritum. Quod ver-
bum pertractans Origenes li. ij. super Cant̄.
dicit. Per hoc puto ecclesiasticum ordinē di-
ci qui in episcopatu vel presbyterij sedibus
habetur. Ex quibus apertissime conuincitur

errorꝝ ꝛ stultitia negantiū ordinez in ecclesia: asserentes omnes ecclesie ministros equalis esse potestatis.

Cap. ij. ondēs ꝙ talis ordo sit ꝛ debeat eē in eccl̄ia vt vn⁹ in ea supior sit p̄inceps ac rector existat.

Cap. II

Rdo aūt qui in

o ecclesia est ꝛ esse debuit: ita accipiēdus est: vt vn⁹ in tota vniuersitate reip. xp̄iane summus p̄nceps rector ac gubernator esse credat. Ꝟ multiplici rōne colligit. Primo sic. Ex dict̄ ordo p̄ātis est in eccl̄ia: vt in p̄cedenti. c. est ostensum. sed ordo iste intelligit ꝑm plationē ꝛ subiectionē. platio aūt attendit ꝑm ascēsuz et descensuz nō ꝑm equalitatē: ꝛ ascendendo supius necesse est status ꝛ reductio ad vnum cum nō sit p̄cessus in infinitū ꝛ econuerso descendendo multiplicatio. q̄ ꝑm rectū ecclesie ordinem oportuit aliquē vnū esse prelatum ꝛ supremū in quo totius potestatis eccl̄iastice esset status qui oim aliorum esset rector et pastor. Unde dns de hac ecclesie siue regiminis dispositione futura loquēs per ꝓphetam ait. Suscitabo sup eos pastorē vnuz. Eze. xxxiij. Et pastor vnus erit oim vestrū. Ezech. xxxvij.

Secūdo sic iuxta sanctū Tho. in. iij. contra gentiles. Nulli dubium esse debet q̄n ecclesie regimen sit optime ordinatum: vtpote p eum dispositū per quē reges regnant ꝛ legum conditores iusta decernūt. Optimū aūt regimen multitudinis est ꝙ regat̄ per vnū. quod ptz. tum auctoritate Aristo. xi. Methaphisice. et iij. politicoꝝ. tum ex fine regiminis. Pax autē et vnitas subditoꝝ est finis regētis: vt inquit Augustinus. Unitatis autē causa cōgruētior est vnus q̄ multi. ergo regimen ecclesie sic a deo esse dispositum credit̄: vt vnus in eo toti ecclesie p̄sit. Tertio sic. Ad vnitatē eccl̄ie requirit̄ ꝙ omnes fideles in fide conueniant. Unde ꝑme ad Corinthios ꝓmo inquit Apostolus. Idipm dicatis omnes et nō sint in vobis scismata. Est autem fides religionis christiane fundamentuz. ꝑm illud ad Hebreos. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Circa ea vero que sunt fidei contingit questiones moueri. per diuersitatē autem sententiarum diuideretur ecclesia nisi in vnitate per vnius sententiā cōseruaretur. Exigitur ergo ad vnitatem fidei in ecclesia conseruandā vt sit vn⁹ qui toti ecclesie p̄sit vt doctor et rector. manifestum est autē ꝙ christus ecclesie non defecit in necessarijs quam dilexit et ꝓ qua sanguinem suum fudit: cum et de synagoga dicatur per dnm. Quid vltra debui facere vinee mee ꝛ nō feci Esa. v. Non est ergo dubitandū quin ex ordinatione xp̄i vn⁹ toti ecclesie p̄sit.

Quarto sic. Ecclesia militās sicut in p̄cedenti. ca. argutum est ab ecclesia triūphante deriuatur. vnde Joh. in Apoc̄. xxi. ait. Vidi ciuitatem sanctā hierusalem nouam descendentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. sed in triumphante ecclesia vn⁹ p̄sidet qui etiam p̄sidet toti vniuerso. s. deus. ergo in militante ecclesia etiam debet esse vnus p̄sidens etiam vniuersis. Hac ratione beat⁹ Bern̄. vrit̄ li. iij. de ꝯsideratione ad Eugenium ita dicens. Non vilem reputes formā hāc que in terris formā habet in celo. vidit hoc q̄ dicebat. Vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouā descēdentē de celo ꝛ. sicut em̄ seraphyn ꝛ cherubin ꝛ ceti ordines sūt sub vno capite deo ita ꝛ hic patriarche archiep̄i ꝛ reliqui sub vno pontifice summo. quod non est parui pendendū q̄ deum habet auctorem ꝛ q̄ de celo ducit originē. Hec ille. Quinto sic. In ecclesia dei nō debet esse minor vnitas q̄ in synagoga: imo tanto maior q̄to sacerdotium euangelicū excellentius est leuitico: sed in synagoga erat vnus summ⁹ pontifex qui p̄erat omnib⁹ sacerdotibus s. Aaron ꝛ postea Eleazar: ꝛ sic de alijs successoribus. cū is qui summo sacerdoti nō obediebat reus erat mort̄: vt habet Deut̄. xvij. ergo multomagis in eccl̄ia debet eē vn⁹ summus pontifex cui oēs tanq̄ superiori obedire teneātur. Sexto sic. In vno speciali populo vni⁹ ecclesie requiritur vnus episcopus qui sit toti⁹ populi caput: cū summa regimis fidelis populi ad episcopalez pertineat dignitatem. ergo etiā in toto populo xp̄iano requiritur q̄ sit vn⁹ totius ecclesie caput. ꝟña patz. Septimo sic iuxta sanctū Tho. in. iij. Ubicūq̄ sunt multa ordinata in vnū oportet esse aliquod vniuersale regitiuū sup particularia regitiua: q̄ in oibus virtutibus ꝛ actibus: vt dicitur. i. Ethicoꝝ: est ordo ꝑm ordinez finis. bonum aūt cōmune dicit̄ diuinius q̄ bonū speciale. ꝛ ideo supra potestatem regitiuā que cōmunicat bonū speciale oportet esse ptātem regitiuam respectu boni cōmunis: alias nō pōt esse colligatio ad vnū: ergo cum tota ecclesia sit vnum corpus oportet si ista vnitas debeat cōseruari q̄ sit aliqua ptās regitiua respectu totius eccl̄ie supra potestatē episcopalē q̄ vnaquēq̄ specialis ecclesia regitur ꝛ gubernatur ꝛ hec est potestas pape. Unde ex hoc concludit sanctus Tho. q̄ qui hanc potestatem supremā negant scismatici dicūtur quasi diuisores eccleiastice vnitatis. Octauo sic. Regimen ecclesie nō creditur minus ordinatū esse

q̄ regimen nature: immo ordinatius dispositum cuz gratia supergrediat naturam: sed in his que videmus in natura vbicunq; est regimen naturale semp illud totum regimen reducitur ad vnū p̄ncipale regitiuū omniuz: vt in corpore animalis in quo sunt diuersa membra diuersis officijs 7 actibus diuersis deputata oportet dare vnū membrū: videlicet cor vel caput vnde omniū alioꝝ membroꝝ motꝰ sensus 7 gubernationis regimen deriuet. Jtē tota machina vniuersi est vnū celeste corpus videlicet primū mobile per cuius motuz mouentur 7 regunt motus corporū inferioruz: vt habet p Aristotelē. viij. phificoꝝ. Jn toto etiā mūdo est vnus supmus. scz deus vnus rex vniuerse terre: ergo pariter in regimine ecclesie oportet q̄ sit vnus qui toti xp̄iane vniuersitati p̄sideat caput et rector illius. Nono sic. Tota ecclesia dei est vna. Cantico. vi. Una est columba mea. Est vnū corpus. i. Corin. xij Multi vnū corpus sumus. Est vna ciuitas: ꝑm illō ps. Jerusalē que edificat vt ciuitas Una hierarchia: vt patet p sanctū Dyonisiū lib. eccle. hierar. Unum ouile. Joh. x. ergo necessario in tota ecclesia est dandus vnus supmus p̄sidens 7 rector: vnū caput totius corporis. vnus p̄nceps totius ciuitatis. vnꝰ hierarcha totius hierarchie: vnus pastor totius ouilis siue gregis dominici. 7 ita idem quod ꝑus: hinc dicit Joel. ꝑmo. Congregabuntur filij iuda 7 filij israel parit et ponēt sibi caput vnū. Et dñs ait. Joh. x. Erit vnū ouile 7 vnus pastor. Decimo sic. Ecclesia est regnuz: siue ecclesie principatus est monarchicus siue regalis. Hoc pz tū ex multis sacre scripture locis vbi ecclesia regnum celoꝝ nominatur. Unde 7 Esa. nono dicit. Paruulus natus est nobis 7 filius datus est nobis. Et sequit. Super solium dauid 7 regnuz eius sedebit. glo. i. ecclesiam. 7 Luce ꝑmo ꝺ. Regni eius nō erit finis. Tum etiā q: optimū genꝰ politie est monarchicū siue regale: cū in xta sn̄iam Arist. iij. politi. oīm vrbanitatū pfectissima sit regnum q̄ ꝓsistit ex omni ordine ad vnū ꝑm pfectissimā gubernationē. ꝓpter q̄ Ayo. li. de di. noc. ij. dicit. Ubi regnū est ois finis legis et ordis distributio: sed regnū est in quo ptās regiminis residet apud vnū toti multitudini p̄sidentem: vt tam ex. viij. etbi. q̄ ex. iij. politi. aperte colligit. ḡ talis a deo eccl'ie p̄ncipatus ꝓstitutus est vt vnus in eo supior ptāte p̄sideat et p̄ncipet. Hoc em̄ est de rōne legalis siue monarchici p̄ncipatus vt dictū est. Dicitur enim monarchicus a monos q̄ est vnum 7 archos q̄ est p̄nceps: quasi vnus p̄nceps toti multitudini p̄sidēs. Et ꝓfirmat p illud q̄ idem diuus Dion. in principio tam celestis q̄ ecclesiastice hierarchie dicit. Ubi rō ornat 7 decentissime disp̄sitōis attendit in ordinatoꝝ cōsonātia 7 cōnexione adinuicē 7 ad vnū simpliciter primū monarchā. Undecimo sic. Principat' ille vī oīb' alijs p̄stātior 7 nobilior quo inter subditos charitas 7 pax ac ꝯcordia maxime nutrit fouet 7 conseruat: 7 quo seditio 7 discordia q̄ est cuiuslibet cōionis corruptio p̄cipue deuitat. hoc pz: qm̄ sunt q̄ maxime principes cuiuscūq; principat' tenet nutrire 7 fouere in subditis. Nā vt Cassio. in epl'is suis dic. decet regalis apicis curam: gentē sibi cōmissam custodire ꝯcordem: qm̄ ad laudē regnantis trahit si a sibi subdit' pax habet. nihil q̄ est q̄ sic p̄ncipē p̄dicet sicut q̄etus popul' et cōcors senat' totaq; resp. morū honestate vestita. Uñ p̄nceps pacis xp̄s sup cui' humerū factus est p̄ncipat' Esa. ix. corpaliter a fidelibus discessur' pacem 7 dilectionē p̄cipue illis cōmendauit di. Pacem meā relinquo vob pacem meā do vobis Joh. xiij. Et iterū. Hoc est p̄ceptū meū vt diligatis inuicē 7c. ꝯ hoc magis 7 ꝯgruenti' fit si p̄ncipat' fuerit apd vnū sicut est in regno: q̄ si fuerit apud plures sicut i aristocratia siue in politia: vnitatis em̄ 7 pacis ꝯgruentior cā est vnus q̄ plures. ḡ sequit q̄ talis ecclesie p̄ncipat'. i. monarchic' siue regalis in quo oīm ordinatoꝝ reductio ac adunatio est redigat ad vnū p̄ncipē ptāte 7 aucte oībus p̄sidentez. Hinc ecclesia p arcbā noe designat que in vno cubito consummata fuit Gen. vi. Duodecimo p̄fatus ordo. i. oīm ad vnū adunatio in ecclesia clarissime ꝓbat ex eo q̄ cōmēdabilior est atq; p̄stantior. Uñ de eius cōmendatione loquitur dominus Albertus magnus in li. suo de missa dicens. Hec adunatio. i. multoꝝ per omnē ordinem gradum ecclesie ad vnum caput in celo refulget: in naturis ostenditur: in operibus exemplificat in diuinis legibus p̄cipitur: 7 in toto corpore mystico obseruat. Jn celis enim angeli ad archangelos. archāgeli ad p̄ncipat'. 7 p̄ncipatus ad potestates. ptātes ad virtutes. ꝟrutes ad dñationes. dñationes ad thronos. 7 throni ad cherubyn. 7 cherubyn ad seraphyn ꝑm obedientie 7 illuminationis ordinem ordinati ordinātur: 7 ipsa multitudo angeloꝝ que in quolibet est agmine ad vnam p̄sonā que in quolibet ordine p̄eminet adunat. Et ideo ordo celi vocatur: q: omnis ordo est multoꝝ in gradibus differentium ad vnū Job. xxxviij. Numq̄d nosti ordinem celi 7 rationem eius pones in terra. Hoc etiam in naturis ostēditur:

vbi multi ramusculi ad virgas: vbi multe virge ad ramū: vbi mlti rami ad stipitē vnū: vbi multi stipites in vna radice infigunt. vt oia socia fiant ⁊ participia succi qui est in radice ad Roma. xi. Socius radicis oliue ⁊ pinguedinis factus es. Sic multe grues vnā sequūt ordine lrato. sic multa mēbra in corpe vni⁹ capitis pcipiūt beneficia. i. Corinth. xij. Sicut em̄ multa membra in vno corpore habemus: omnia aūt membra nō eundē actum habent: ita multi vnū corpus sumus in xpo. In christi opibus bec adunario etiā exemplificat: quia xpi opus semp est in vnuz colligere dispersa. Dyaboli aūt opus ē adunata diuidere ⁊ dispgere. Hinc est q̄ Joh. x. dr. Fiat vnum ouile ⁊ vnus pastor. Et Mat. xij. Qui nō colligit me cū dispgit. Nec adunatō pcipit i legib⁹ dinis quia sicut dicit btūs Dyo. Lex diuinitatis est p̄ma media. ⁊ p media vltima reducere. Talis aūt reductio vltimoꝝ ad media ⁊ mediorum ad p̄ma nō pōt esse nisi in ordine ad p̄mū sic ergo lex diuinitatis est sicut descensus est illuminationū ⁊ charismatū ab vno sic reductio ad primū. Nec ei lex sicut superiora mouet et ligat ad inferioꝝ prudentiā ⁊ curam. ita inferiora ligat ad superioꝝ obedientiā vt oia ꝺ modo sint cōnexa. ps. xlvij. Distribuite ḡdus eius vt enarretis in progenie altera. ⁊ Dan. x. Sta in gradu tuo. Sic em̄ octo gradib⁹ ascenditur ad deitatis templū ⁊ culturā: vt dicitur Ezechiel. xl. Papatu seu patriarchatu: p̄matu. archiepatu. epatu. abbatum reuerentia: ꝓpositura. decanatu. cura parochiali. Curam em̄ archidyaconoꝝ sub ꝓpositura comphendimus. Hoc etiā i toto corpore mystico quod est ecclesia obseruat in quo omnia ad vnū dirigunt que petri clauibus cōmittunt. Mat. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊ quodcūq; solueris sup terrā ⁊c. Nec clauis vni cōmittitur vt plenitudo ptātis in vno ostendat ⁊ in alios ab illo ꝺm partē sollicitudinis ad quaz vocant cōmittat: hec Albert⁹ magnus. Ex q̄ bus manifeste ꝓuicit error dicentiū p̄ncipatū ecclesie nō esse monarchicū.

Aliter domos eius

Cap. iij. In quo ponūtur obiectiones quedā aduersariorum contra p̄dicta de vnitate vnius presidentis ⁊ capitis in ecclesia.

Capm III

Unt quidā aduersarioꝝ p̄dicte veritatis hostes qui rōnes inductas in precedēti. c. ad ostendendū q̄ in ecclesia dādus sit vn⁹ p̄nceps rector ⁊ gubernator cūctoꝝ fidelitū euacuare molientes rndent ad rōnes p̄fatas dicētes: q̄ ille vn⁹ rector et pastor quē rōnes p̄fate in ecclesia eē nccio ꝓcludunt sit xp̄s q̄ caput est oīs principat⁹ vt inqt Aplus ad Colo. i. ⁊ q̄ null⁹ alius pur⁹ hō p̄nceps in vlī ecclia vnus dandus sit. Quā rnsionem trib⁹ rōnibus fulcire nitūtur. Primo. Argu. primū qz (vt dicūt) vnitas vlis ecclie ex ordine populi xp̄iani ad vnū caput q̄ō est xp̄us saluator ⁊ redēptor ipsi⁹ ⁊ cui fide ⁊ spe ⁊ charitate cōiungitur ⁊ nō respectu alicui⁹ alteri⁹ sumēda est. Secūdo: q: dicūt q̄ etsi p̄ncipatus ecclesie sit monarchicus siue regalis hoc est respectu xp̄i ⁊ nō respectu alicui⁹ alteri⁹ qui vn⁹ p̄ncipet ⁊ p̄sideat toti ecclesie cuiusmodi sit papa: qm̄ si respectu alteri⁹ principat⁹ ecclesie esset regalis iam ali⁹ q̄ xp̄s rex vlis ecclesie veniret dicend⁹ q̄ō nō vr cōueniēs. Tertio dicunt: q̄ sicut in ptāte ⁊ principatu seculari nō obstantib⁹ p̄fatis rōnibus nō vr necessarium nec forte expediēs q̄ vn⁹ sit princeps sup oēs alios laicos principes ⁊ reges: ita nō vr in p̄nciparu ecclesiastico necessariū q̄ dek vn⁹ qui omnibus presideat. Secundum Tertium

Capitulum. iiij. In quo ꝓfutat predicta aduersariorum rnsiones ⁊ rnsiones eorum.

Cap. IIII

Bod rnsio q̄ p̄fata aduersarioꝝ ad rationes inductas in p̄cedenti. c. p vnitate vni⁹ rectoris ⁊ principis q̄ toti ecclesie p̄sideat nulla sit: nec rōnes inducte in fauorē eoꝝ alicui⁹ sint roboris faciliter ostendem⁹. Et p̄mo q̄ rnsio data nulla sit sic. Oportet oēm cōitatem hīe vnū caput siue rectorem qui visibiliter cū illa cōuersēt circa psonas illius regiminis sui ministeriū p varietate tpm locoꝝ ac psonarū exercendo sentētiādo de illa vel de illa: corrigendo banc vel illā psonam ꝺm cōem cursum. Xp̄s aūt nō cōuersatur nūc cū fidelib⁹ suis modo p̄dicto. Necessariū ḡ vr ꝺm rōnes prius factas ad bonū regimē ecclie q̄ aliq̄s alius a xp̄o vices tñ ei⁹ gerens sit ipsi⁹ ecclesie rector ⁊ pastor qui cū ipsa ecclesia visibiliter cōuersēt. Un̄ beatus Tho. in. iij. cōtra gentiles. c. lxxvi. relpōsionē p̄fatā aduersariorū tanq̄ minus sufficienter euacuans ita inqt. Si aūt quis dicat q̄ vnū caput ⁊ vn⁹ pastor ē xp̄s qui est vn⁹ vni⁹ ecclesie sponsus nō sufficienter relpōdet. manifestū est em̄ q̄ omia sacra xp̄s ipse p̄ficit: ipse em̄ est qui baptisat Joh. i. ⁊ ipse est qui peccata dimittit Joh. i. ipse ē verus sacerdos q̄ se obtulit in ara crucis in cui⁹ virtute corp⁹ eius cōtinuo in altari cōsecrat: vt etiā hēt ex. de sum. tri. ⁊ fi. carbo. ca. i. §. vna de ꝓse. di. ij. c. q: corpus. Et rñ q: corpaliter nō erat cū fidelib⁹ oīb⁹ pmāsur⁹ elegit ministros

p quos p̄dicta fidelibus dispēsaret: eadē rōe qua pn̄tiam corporalē erat ecclie subtractur⁹ oportuit q̄ alicui cōmitteret qui loco sui vniuersalis ecclie curā gereret. Vnde est q̄ petro inquit ante ascēsionē suā. Pasce oues meas. Joh. vlti. Et ante passionē. Tu aūt aliq̄n cōuersus ꝓfirma fratres tuos. Lu. xxij. ℔ sanctus

Ad primum Tho. Quero rōnes quas aduersarij in suo ruꝫ errorꝫ fauorē inducūt nullius roboris sint oñdimus. De p̄ma q̄dem pꝫ. Licet em̄ vnitas corpis xp̄i qđ est eccl'ia p̄ncipalit̄ sumenda sit ex ordine ad x̄pum qui principale caput eius est: cui oēs fideles qui eius vera mēbra sunt fide spe⁊ charitate cōnectunt: nihilominus ecclesia vnitas q̄tum ad gubernationē exteriorem ꝑm quā ex diuina institutōne est ordo inter ipos eccl'ie p̄latos ⁊ rectores etiaꝫ assumenda est ⁊ assumit ex ordine ad vnū p̄ncipalem x̄pi vicariū totius vīs eccl'ie p̄ncipem et pastorē. Est aūt hmōi vnitas oñs̄ua ⁊ ꝓseruatiua vnitatis interioris eccl'ie ad x̄pm. Oñs̄ua q̄dem. Dicit em̄ Lypanus in epistola ad Magnū. Dns̄ insinuās nobis vnitatē de diuina auctoritate venientē ponit ⁊ dicit. Ego et pater vnū sumus. ad quā vnitateꝫ redigēs eccl'iam suā ait. Et erit vnus grex ⁊ vnus pastor. Item in. c. loquit. xxiij. q. i. Lypanus ita inquit. Loquit dns ad petrū. Ego dico tibi q⁊ tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edificabo ecclesiam meā. sup vnū edificat eccl'iam. Et. j. Exordium ab vnitate ꝓficiscit vt eccl'ia x̄pi vna monstret. Ceterū vnitas hec in eccl'ia penes ordinem ad vnū generalē gubernatorē et rectorem eccl'ie est ꝓseruatiua vnitatis interioris fidelium ad x̄pm. Dicit em̄ glo. super illud Matth. xvi. Tibi dabo claues ⁊c. Spāliter prātem clauiū x̄ps petro cōcessit vt ad vnitatem nos inuitaret. ideo em̄ eū p̄ncipē apl'orū cōstituit vt eccl'ia vnū p̄ncipalem x̄pi haberet vicariū ad quē diuersa mēbra recurrerent si forte inter se dissentirēt: q⁊ si diuersa capita essent in ecclesia vnitatis vincula rūperent: hec ibi. Et Hiero. ait. Ex. xij. vnus eligit: vt capite cōstituto scismatis tolleretur occasio.

Ad secundum Secūda rō aduersarioꝝ etiā nullius est roboris: qm̄ falsum est qđ aiūt. videlz q⁊ p̄ncipatus eccl'ie respectu pape nō sit monarchicus siue regalis. Hoc em̄ videt̄ ꝓbari ⁊ sacre scripture ⁊ rōni. Sacre q̄dē scripture ꝓdicit: quē br̄. Joh. x. Erit vnū ouile ⁊ vn⁹ pastor. Itē scripture sancte illi vbi btūs. Joh. apoc. xxi. ait. Vidi ciuitatē sanctā hierl'm nouā descēdētē de celo ⁊c. vbi eccl'ia militās ꝓximitatōne descēdere a celo: q⁊ formā ordinis celestis habet sicut btūs Bern. ait. ij. de consideratione ad Eugeniū papā ita di. sicut fuit supra in. j. c. in ductū. Non vilē reputes formā hāc q̄ in terris est: formā hz in celo. vidit em̄ hoc qui dicebat: vidi ciuitatē sanctā hierusalē nouā descendētem ⁊c. sicut em̄ ibi seraphyn ⁊ cherubyn ⁊ ceteri ordines sunt sub vno capite deo: ita ⁊ hic patriarche archiepi ⁊ reliqui sub vno pontifice summo: qđ nō est paruipendendū q̄ deū hz auctorē ⁊ q̄ de celo sumpsit originem. hec ille. Ex q̄bus pꝫ q⁊ aduersariorꝝ fantasia sacre scripture aduersat. Quod aduersetur etiā rōi pꝫ. Tū q⁊ eadē spēs politie manet in p̄ncipatu respectu p̄ncipalis ⁊ respectu vicarij istituti a p̄ncipali cū plēitudine ptātis. vñ idē ꝓsistorū reputat epi ⁊ sui vicarij: vt in. c. rōana. ex. de appel. li. vi. Tum q⁊ eccl'esie regimen nō solum in p̄ntia corpali x̄pi debuit optime disponi: qđ ē dispōni ⁊ ordinari sub suprema ⁊ nobilissima specie regiminis siue politie cuiusmodi est regalis: ꝫ etiā in eī⁹ absentia corpali. Sunt etiā ad hoc rōes facte supra. in. ij. c. Facit etiā ad hoc Primo: q⁊ naturalior est p̄ncipat⁹ vnī⁹ in multos q̄ possit esse multoꝝ in vnū. Natura em̄ principioꝝ amat singularitatez: vt ait beat⁹ Aug. primo de nuptijs ⁊ ꝓcupia. Vnde Aristoteles ꝓbans vnitatē primi p̄ncipij. xij. metaphy. ait. Entia nolūt male disponi: neq̄ bona pluralitas principatuū: vn⁹ g̃ p̄nceps. in apib⁹ etiā vn⁹ est princeps. ⁊ grues vnā sequūtur ordine lrāto ait beat⁹ Hiere. in. c. in apib⁹. vij. q. i. Secūdo: q⁊ iter spēs regiminis humanarū ciuilitatū nobilior ⁊ pstantior est spēs regalis regiminis in quo summa ptātis ⁊ principat⁹ auctas est apud vnū vt. iij. polit. Arist. docet. Tertio: q⁊ hmōi regiminis dispositio magis assimilatur diuino regimini in quo de⁹ p̄sidet toti mundo vn⁹ de⁹ oīm gubernator ⁊ rector. Ecclesiastici. i. Vn⁹ est altissim⁹ creator omniuꝫ. Quarto: q⁊ in triūphante ecclesia a qua ecclesia militās exēplariter descēdit Apoc. vlt. hierarcha vn⁹ supremꝰ est cunctis ordinib⁹ p̄sidens: in quē oīs hierarchia cōsummat: vt ostēdit diuus Diony. v. eccle. hierar. Quinto: q⁊ in lege veteri q̄ figura noue legis fuit: vnus summus sacerdos diuina dispositione fuit institutus cui ceteri oēs parere deberent. Sexto: q⁊ vno toti ecclesie p̄sidente nulli dubiū q⁊ vnitas fidei per quam ecclesia maxime vna dicit melius cōseruat. de qua Apl's. i. ad Eorin. i. Idipsum dicatis oēs ⁊ nō sint in vobis scismata. Nō vero aduersarij arguūt: q⁊ si p̄ncipatus ecclesie esset regalis respectu alteri⁹ q̄ x̄pi alius q⁊ x̄ps rex ecclesie dicēdus veniret qđ incōueniens esse putant. Hoc paruꝫ valet Tum primo: q⁊ nō est inconueniens reputan- Responsio

Replicatio

dum papā dici regem ecclesie: sub xpo tm̄ sicut eius vicariū. lz hoc vsus nō habeat: qm̄ cū papa rector ecclie sit q̄tum ad interpratiōnē vocabuli. nō dubiū q̄n rex recte ⁊ veraciter dici possit. Dicit em̄ rex vt ait Jsiō. a regēdo. Preterea nō videt magis incōueniēs q̄ papa rex nominet q̄ q̄ pnceps. Legit aūt a xpo nominatus pnceps p̄m illud qō ecclia dictū esse a xpo petro cōmemorat cū ait. Sy mō petre ante q̄ de naui vocarē te noui te ⁊ sup plebē meam pncipē te cōstitui. Leterū hoc noie etiam oīes apli a spū sancto p os pphete appellati legunt. ps. xliij. Lonstitues eos pncipes sup oēm terrā. vnde etiā epi loca aplox tenētes pncipes noiant in. c. ecclie pncipes. di. xxxv. Quocirca nō mirū si etiam reges noiarent ac tento maxime q̄ apli ipsi eorumq̄ successores sub regis nomine a spū sancto describuntur. ps. xliij. vbi ōr. Delectauerunt te filie regum. Qd verbū Aug. exponēs sup ps. xliij. ita inquit. Etem̄ oīes eccle que illis euāgelizantibus ⁊ pdicātibus nate sunt filie regum sunt: et eccle filie aplox filie regū sunt. Ille em̄ rex regū illi aūt reges de q̄bus dictū est. Sedebitis sup duodecim sedes iudicātes duodecim tribus israel: ꝫ Aug. Nihilominus tm̄ lz papa ⁊ plati eccle reges nūcupari veracit possent hoc tm̄ nō fit duplici de cā vt tangit domin⁹ Aluarus in li. suo de ptāte ecclīastica. Prima est ppter superbiā vitandā q̄ noie regis ipotari videt: p̄m illud apli Petri. Regi q̄si excelléti. i. Petri. ij. Lxīstus em̄ humilitat magister. iuxta illud Mar. xi. Discite a me q: mitis sum ⁊ humilis corde. suos discipulos ac vicarios voluit p opia humilitatē seruare. Unde Luce. xxij. dicebat. Qui maior est vestruz fiat sicut minor: ⁊ q̄ precessor: sicut ministrator. ppter quod illos nō solū supbiā. verūetiā superbie vocabula voluit declinare: maxime cū nihil in epali ceruice splēdidius fulgeat q̄ humilitas. vt in. c. ꝯ morem. di. c. Scda causa est vt quēadmodū iter spūales ⁊ tpales pncipes est discretio ptātis. ita etiā sit in noibus differentia. Assumpserūt g̃ sibi seculares pncipes nomen mūdane gl'ie exp̄ssiuū. i. nomen regis. Spūales vo alijs humiliorib⁹ pp̄ū officiū designātibus ⁊ vltimū finē demōstrantib⁹ nominibus nūcupant. Dicunt ei pastores rectores iudices sacerdotes p̄positi pontifices ⁊c. Unde in. c. duo sunt. di. xcvi. ōr. Duo sunt q̄b⁹ pncipal'r hic mūdus regit: auctas sacra pontificū ⁊ regalis ptās. Patet g̃ q lz papa rone humilitatis rex nō nominet ecclie. ex hoc tm̄ nō sequit q̄ pncipat⁹ ecclie nō sit monarchicus siue regalis: et q̄ regimen ecclesie non sit monarchicuz siue regale: q: pp̄ria ratio regni in hoc cōsistit: q̄ regimen ⁊ principatus eius sit apud vnū qualicūq̄ noie nominet ille vn⁹ siue regis noie siue ducis aut pōtificis siue pastoris siue iperatoris. Tum secūdo rō aduersatioz vacua est viribus: qm̄ vt patet ex dictis nō est incōueniens vt alius in persona a xpo dicat rex aut rector aut pastor aut pncipes ecclesie: dū tm̄ nō sit alius aucte. Papa em̄ cū vicarius sit xp̄i vices ei⁹ gerens in ecclesia non est alius rex ecclie alietate auctis q̄ xps. Ad tertium

a ſumptā ex.c.i.Act.aplorꝝ rñdetur negando ꝓñtiam. 7 rō eſt: qm lz petrus nō ſolus ꝑ ſimul cū aliis elegerit matthiā. non eſt factū ex defectu ptātis que fuerit in petro ad electionē illam faciendā cū ꝓnceps aplorum foret. Unde ſup illud. Exurgēs petrus in media fratrū dixit. dicit glo.interli. Paſtor ꝓ ouibus loquik:ſed factū eſt religioſa intētiōe pacis 7 vnitatis cā. Ꝏ manifeſte btūs Thoꝛ ſo.exponēs hunc locū ſup actus aplorꝝ ꝓfitek ita di. Petrus vt inflāmatus 7 ſicut ille cui a xꝓo cōmiſſum erat ouile 7 vt ꝓnceps aplorum ſemp ꝓmus incepit ſermonē. vide autē qz petrus omnia facit cōmuni oim volūtate nihil agit ꝓncipaliter aut dñatiue. Et.j. Oportz g ex his qui nobiſcū ſunt viris in omni tempe. quare ita palā oibus loquik: ne cōtētioſe res fierent 7 ad litem deuenirēt. 7 ideo ſcandala vitabat. Quapropter incipiēs dicit. Viri fratres opz eligi ex vobis.mltitudini populi electionem cōcedit vt 7 ipe a cōtentione libera rek 7 alis bonoꝛ exhiberek. Et.j. Quid g 7c. Euz eligere nō poterat: vtiq poterat:ſed ne videret ipe graz dare ideo nō fecit. Et.j. Lentum 7 vinginti erant 7 vnū querit ex oi multitudie. Opportune ꝺo ꝓmus petrus hmōi rei dñak:qz ipe oms in prāte accepat:ad eum eñ dixit xꝑus. Et tu aliqñ cōuerſus cōfirma fres tuos:hec Ebriſo. Ex qua expoſitōe bti Ebriſ. multa aduerſarioꝝ deliramēta confundūtur que ex falſa intelligētia libri actuuz aplorum cōflata ſunt. Ad ſecundā rōem que ſumik ex.c.vi.de electiōe.vij.dyaconoꝝ patet rñſio ex rñſione data ad rōem ſupiozē negādo cōſequentiā. cuius ratio eſt: qm nō obſtat prīmatui ſiue ꝓncipatui beati petri q ad id quod ſolus agere poterat alij apoſtoli ſecū ad agēdū cōuenirēt:cū hoc nō ex eo factū ſit q alij apoſtoli maioris ptātis eēnt q ſolus petrus: aut q petrus egerit illoꝝ adiutorio poteſtatis: ſed factū eſt ita rōnb⁹ iam dictis iuxta btm Ebriſo. videlz vt cōtentio vitaretur: vt bonoꝛ etiā alis exhiberek apoſtolis: 7 vt in petri obſeruātia doctrina magiſtri ſui refulgerz. Qui maioꝛ eſt i vobis fiat ſicut miniſter. Ad tertiam rōem ſumptā ex.c.vij. de miſſione petri rñdetur q aſſumptū eſt falſuz. videlz q oīs miſſio importet ſuperioritatē i mittēte reſpectu miſſi. hoc eñ fuit vnū de fundamētis Arrij ad ponendū inequalitatē ſubſtātie 7 poteſtatis in diuinis ꝓſonis: qz in ſcriptura ſācta legik 7 pater mittere 7 filius 7 ſpūſanctus leguntur mitti. vt ex.iij.de tri.beati Aug.apte colligik. Prefatū etiā fundamentū aduerſariorum fuit vnū de fundamētis armenoꝝ ꝺ ꝓmatū romani pont. vt deducit dñs Richardus in lib.de queſtionibus armenoꝝ.li.vij.c. iij. Item q ſit falſum ꝺ ſuppoſitum illud patz ex illo Matb.ij.vbi ꝺ. Herodes mittēs tres reges magos qui venerant adorare dominuz in bethleem dixit eis. Ite 7 interrogate diligenter de puero 7c: 7 tamen clarum eſt q herodes nullā auctoritatis ſupiozitatē habebat ſupra reges ꝓdictos. Leterū Geneſ.xli. dicit Joſeph fratribus ſuis. Mittte te exvobis vnū vt adducat fratrē veſtrū minimū. planū ē q hmōi miſſio nō importabat ſuperioritatē auctoritatis in mittētibus reſpectu miſſi. Dicik ergo q eſt miſſio videlz ſm auctis imperium vt ſuus mittik a dño:quēadmoduz rex mittit ſeneſchalcum aut papa legatum. Alia eſt ſm conſiliuz: vt conſiliarij ſiue ſenatus dicik mit

Ad ſecundam

Ad tertiam Capitu

rere regem ad bellandū. Iſtos duos modos miſſionis tangit ſanct⁹ Tho. in .i. parte. q. xliij arti. i. Tert⁹ modus ē ꝑm auctoritatē amoris: ſicut quādoq; ſocij aut etiā inferiores mittunt nunciū ſiue ambaſiatorē ad regē ſiue papā aliquē maiorē inter eos: reſpectu cui⁹ nullā habēt auctoritatē prelatōnis ꝫ tm̄ amoris. Qua diſtinctione habita pōt duplicit dici. Primo q̄ apli nō miſerūt auctoritat⁹ imperio: ſed miſert eū prudentie cōſilio ſuggerētes ei vt ipſe iret vtpote magis accōmodus. Tum rōne auctoritatis. Tum quia pre ceteris maiori ſplēdebat miraculoꝝ gr̄a. Talis aūt miſſio nō dicit ſuperioritatē auctoritat⁹ in mittēte. Et q̄ talis fuerit illa miſſio videt aperte colligi ex glo. ordi. eiuſdē tert⁹ que dicit ſic. Petr⁹ iohannē aſſociat ſibi: q̄ virginitas eccl̄ie grata ē & placet. plane ſi iſta miſſio facta fuiſſet ab aliquo ſuperiori nō diceret q̄ petr⁹ aſſociat ſibi iohannē: ſed diceret magis q̄ iohānes aſſociat⁹ ſibi eſſet ab alijs. Secūdo pōt dici q̄ iſta miſſio qua petrus dicit miſſus ab aplis fuit vt dicit dn̄s Vlricus in ſumma ſua theologie auctoritate amoris q̄ gradū neſcit: nō auctoritate plationis: cum petr⁹ verte fuerit aplor̄. hec ille.

Capitulum. xv. Qz beatus petrus non ſolum inter apoſtolos ſed ſuper omnes fideles in toto orbe terrarum habuit principatum.

Capm. XV

Quod vero beatus petr⁹ nō ſolum alior̄ aplor̄ p̄nceps fuerit: ſed in totuz xp̄ianum orbē p̄ncipatū & plationis habuerit auctoritatē: tam ſacrarū ſcripturarum teſtimonijs q̄ rōnib⁹ efficacib⁹ facile oſtēdemus. Imprimis ex eo q̄ Matth. xvi. inq̄t dn̄s. Tu es petrus & ſup hanc petrā edificabo eccl̄iam meā: & tibi dabo claues regni celor̄. Qd̄ verbū btūs Criſoſto. ſup Matth. pertractans ita inquit: put inducit ſctūs Tho. Filius q̄d patris ē & ipſi⁹ filij ptātem petro vniuerſaliter p̄ceſſit vbiq; terrarū & homini mortali oim q̄ in celo ſunt dedit auctoritatē: dando ei claues ad hoc vt eccleſiam vbiq; amplificet. Itē ſup Act̄. aplor̄ idē btūs Criſo. ita ꝓpoſitum optime cōfirmat. Petr⁹ aplus a filio ſup oēs qui filij ſūt ptātem accepit nō vt moyſes in gēte vna ſed in vniuerſo orbe. Secūdo idē trahit ex illo Joh. vlti. vbi xp̄s petro ait. Symon iohānis paſce oues meas inter bas & illas nō diſtinguēs: ſed vniuerſas ei⁹ cure cōmēdat. Vn̄ btūs Criſo. exponēs hoc verbum ſic ait. Paſce oues meas. i. loco mei p̄poſitus & caput eſto fratrum: vt ipi te in loco meo aſſumētes vbiq; terrarū te in throno tuo ſedentē p̄dicent & cōfirmēt. Tertio idē oſtendit ex illo Joh. etiā vlti. c. vbi xp̄s ait petro. Sequere me. Quod verbū nō tam intelligi debet de gr̄ie martyrij q̄ de ordine magiſterij. Nā & andreas & q̄dā alij p̄ petrū in crucifixiōe ſecuti ſunt xp̄m: ꝫ ſolū ſibi petrus ſubſtituit dn̄s & in officio vicariū & in martyrio ſucceſſorē. Vnd̄ ſctūs Tho. exponēs hunc locū de vtroq; dicit ſic: vel ꝫm Criſo. Sequere me in plationis officio. q. d. ſicut ego habeo a deo patre curam eccleſie. pō. ij. Poſtula a me & dabo tibi gentes &c. ita tu loco mei ſis ſup̄ totā eccl̄iam. Vnde Theophilus ſup eodē verbo inq̄t. Per hoc q̄ dn̄s ait petro: ſeq̄re me: cūctor̄ fidelium prelatum eū inſtituit. Et btūs Bern̄. ad Eugeniuz lib. ij. de cōſideratōe. c. vi. ex hoc loco euāgelij amplitudinē p̄ncipat⁹ aplici ꝓbans ita illi inquit. Tu es cui tradite ſūt claues regni celor̄: cui oues tradite ſunt. Sūt q̄dē & alij celi tianitores & gregū paſtores: ꝫ tu tāto gloriōſi⁹ q̄to & differēti⁹ vtrūq; pre ceteris hereditaſti. Habent alij aſſignatos greges ſinguli ſingulos tibi vniuerſi crediti ſunt: vnus vni nec modo ouiū ꝫ & paſtor̄: tu vn⁹ oim paſtor. vñ illō ꝓbetur q̄ris: ex ore dn̄i cui nō dico eor̄ ꝫ aplor̄ etiā ſic abſolute & indiſtincte tote cōmiſſe ſūt oues. ſi me inq̄t amas paſce oues: q̄s: illi⁹ vt illius ppli ciuitat⁹ aut regiōis aut certe regni? oues inquit meas cui nō planū nō deſignaſſe aliq̄s ꝫ aſſignaſſe oēs? nihil excipit vbi dr̄ nihil: & forte p̄ſentes ceteri diſcipuli erāt cū cōmittens eccl̄iam vni vnitatē oib⁹ cōmēdaret in vno grege in vno paſtore ꝫm illō. Vna ē columba mea formoſa mea p̄fecta mea: vbi vnitas ibi p̄fectio. reliq̄ nūeri p̄fectōnē nō habēt ſed diſtinctōnē recedētes ab vnitate. Inde ē q̄ alij ſingulas ſortiti ſūt plebes ſciētes ſacr̄m Deniq; iacob⁹ q̄ vocat⁹ colūna eccl̄ie vna content⁹ hieroſolymitana petro vniuerſitatē cedens. pulchre ꝛo ibi poſit⁹ ē ſuſcitare ſemē defuncti fratris vbi occiſus ē ille. nā dict⁹ ē frater dn̄i: porro ſedēte dn̄i fratre q̄s ſe ingeraret alter p̄rogatiue petri g̃ iuxta canones tuos alij in partē ſollicitudinis tu in plenitudinē potestatis vocatus es &c. Quarto eadē ſentētia colligit ex illo Joh. in eodē ca. vbi ſolus petr⁹ ſup mare venire iuſſus ē: p q̄d̄ dabat intelligi q̄ totū mūdū p mare deſignatū ſub vna diōe obtineret. Vn̄ btūs Ber. vbi ſup̄ ita prefato pontifici ſubinfert. Accipe illō q̄d nibilominus p̄rogatiuā tuā cōfirmat. Diſcipuli nauigabant & dn̄s apparebat in littore: ſciēs petrus quia dn̄s ē in mare ſe miſit & ſic venit ad ipm alijs in nauigijs venientibus. Quid iſtud eſt? nempe ſignū ſingularis pontificij petri p hoc nō nauim vnā vt cereri quiſq; ſuā: ſed ſeculuz

ipsuz susceperit gubernandū. Mare em̄ secu lū: naues ecclesie. Hinc est etiaz q̄ altera vice instar dñi gradiēs supra aq̄s vnicū se xp̄i vica riū designauit: qui nō vni populo sed cunctis p̄esse deberet. siquidez aque multe pp̄li. itaq̄ cū quibusq̄ ceteroꝝ sua tibi vna cōmissa ē na uib⁹ facta ex oībus ipsa vl̄is ecclesia toto orbe diffusa. Hec Bern̄. Quinto pōtificat⁹ ap̄lici vniuersitas ostendit̄ ex eo qđ p̄sequēter in eo dem euangelio Johānis seq̄tur: vbi legit̄ pe trus solus ascēdisse & traxisse rete in terrā ple nū magnis piscibus. Sup quo beat⁹ Greg. ra tionē assignans hmōi inquit. Ipsi em̄ sancta ecclesia est cōmissa. ipsi ꝺr spāliter: pasce oues meas. hoc aūt ipse nūc p̄figurat in opere: nā pisces ad soliditatem littoris perrahit: q̄ sta bilitatē eterne patrie fidelib⁹ ostēdit. Sexto idē ostendit̄ ex illo Act. x. vbi soli petro osten sum est linteū submissum de celo & sup eū so lum submissum: in quo erāt oīa quadrupedia & serpentia terre & volatilia: & sibi soli dictum est de oībus illis aialib⁹. Surge petre occide et manduca. Qđ linteū nemo ambigit vni uersum mundū cū cunctis boībus diuersoꝝ rituū designare. nec dubiū q̄n occidere & mā ducare nō aliud erat q̄ peruersos moꝛes in ip sis p̄scindere: & eos in sua persona toti incoꝛ poꝛare ecclesie vt satis colligit̄ ex glo. interli. Unde & beat⁹ Aug. tractās hoc verbū sup il lud p̄s. xxx. Potabūt oēs bestie agri: ad ꝓpositū nostrū de extensione p̄cipat⁹ petri in om nes boies fideles quarūcunq̄ nationū ita lo q̄tur. Quattuoꝛ em̄ lineis vas submissum ē de celo petro vbi erant oīs gener⁹ aialia: & sonuit ei voꝛ. Surge petre macta & manduca. omēs em̄ mactat petr⁹ in eo q̄ mali sunt: & māducat in coꝛp⁹ ecclesie traȝciendo. Et. ⁊. Oēs enim erant in arcba: oēs in disco: oēs mactat petr⁹ & manducat oēs. Nec Aug. Septimo ꝟ idē ostendit̄ ex illo qđ ecclesia per totū oꝛbē in fe sto beati petri ap̄li dicit ad petrum. Tu es pa stoꝛ ouiū p̄inceps apostoloꝝ: tibi tradidit de us oīa regna mundi. Octauo ex illo qđ in ea dem hystoꝛia fertur dñs dixisse petro. Symō petre ante q̄ de naui vocarem te noui te & sup plebē meam p̄cipem te constitui. plebs au tem xp̄i tota vniuersalis ecclesia dicit̄. Relin quitur ergo ex ꝺuctis sacre scripture testimo nijs clarissimū: q̄ beatus petrus fuit & nūc ei⁹ successoꝛ habet auctoꝛitatem p̄lationis sup totam ecclesiam xp̄i vt veraciter sit seru⁹ ille. de quo dicit xp̄s Luce. xij. ⁊ Fidelis seru⁹ & p̄udens quem constituit dominus super familiā suam. glo. dicit. i. ecclesiam. Nono hoc idem ostenditur ex concilio calcedonen̄, qđ sanct⁹ Thomas in tractatu cōtra errores grecoꝝ in ca. lxvij. inducit ad hoc ꝓbandū scilz q̄ ꝑdict⁹ xp̄i vicari⁹ in totā eccl̄iaz vniuersalē p̄lationem obtineat. Legit̄ em̄ in calcedonen̄. cilio q̄ tota synodus Leoni pape acclamauit. Leo sanctissim⁹ apostolic⁹ & ycomenicus. i. vl̄is pa triacha p̄ multos annos viuat. Item inducit Criso. sup Joh̄. dicens. Jacobum localiter in loco terminat: petrū aūt totius oꝛbis oꝛdinat magistrū & doctoꝛē. Hoc etiā rōne sic ostēdi tur. Princeps lex & finis videnꝫ sic cōmēsura ta vt sibi ꝓnuicē paris sint vniuersalitat⁹ & ex tensionis. ꝓncipiū. s. regulatiuū: mediū quo: et finis ad quē: sed sic ē q̄ lex euangelica ꝑm quā pōtifex ecclesiastic⁹ regit eccl̄iam: & finis quē intēdit in regimine eccl̄ie ipe ꝓnceps ecclesia sticus. s. suprema beatitudo se extēdit ad oēm boiem fidelē: ad oēm sexum & ad oēm statū. er go ad oēs fideles cuiuscūq̄ cōditōis & status existant cōgregatos simul localit̄ siue disper sos p oꝛbē extendit̄ auctoꝛitas regiminis & ad ministratōis summi pōtificis. Ex q̄bus aptis sime cōuincit̄ erroꝛ dicentiū beatū petrū siue romanū pōtificē nō habere ꝓmatū siue ꝓnci patū sup totā ecclesiā. De cui⁹ erroꝛis grauita te btūs Tbo. contra errorē grecoꝝ in ca. lxvi. ita loquit̄. Similis aūt erroꝛ ē dicentiū xp̄i vi cariū romane eccl̄ie pontificē nō habere vl̄is eccl̄ie ꝓmatū: erroꝛi dicentium spūm sctm̄ a filio nō ꝓcedere. Ipse em̄ xp̄s dei filius suā eccl̄iaz cōsecrat & sibi consignat spūsctō q̄si suo cara ctere & sigillo: vt ex suprapositis auctoꝛitatibus manifeste habeat̄: & similit̄ xp̄i vicarius suo p̄i matu & puidentia vniuersalē eccl̄iam tanq̄ fi delis minister xp̄o subiectā ꝓseruat. ꝟ san. tbo.

Capitulum. xvi. inquo ponuntur aduersarioꝝ obiecti ones contra id quod dictū est q̄ roman⁹ pontifex habe at vniuersalis eccl̄ie p̄matū: & respōsio ad illas.

Duersus p̄ꝺi

Capm xvi

a craarguūt aduersarij ex aliq̄b⁹ auctoꝛitatibus sanctoꝝ. Prio Argumēti p̄
ex ca. Prime sedis. xcix. dist. vbi ex cōcilio aphricano habet. q̄ p̄me sedis epūs nō appellet ꝓnceps sacerdotū aut sūmus sa cerdos aut aliq̄d huiusmodi: ꝟ tm̄ p̄me sedis epūs. Secūdo arguūt ex ca. Nullus. ea. dist. Secundum in quo habet q̄ romanus pōtifex nō appellet vniuersalis. Tertio ad idē arguūt ex ca. seq̄n ti ecce. in quo btūs Grego vniuersalē se voca ri ꝓhibet Sed istis nō est difficile respōdere Tertium

Ad p̄mā em̄ dicimus q̄ nō sit ad ꝓpositum Ad primum
q̄m̄ ca. illud non loquit̄ de epo p̄me sedis sim pliciter q̄ est romana sed de p̄me sedis scz pa triarchalis pōtifice. Unde glo. supra illud ca.

ita habet. Prie. i. patriarchalis: alʒ papa bñ. Eodē modo exponit dñs archidyaconus dic. Prie sedis. i. patriarchalis. Ad alia duo sequentia que loquūtur de romano ponti. dicimus: q nō ideo ꝓhibitū est romanū ponti. vocari vniuersalem qz nō sit vlis pastor toti⁹ ecclesie ⁊ caput vlis ecclesie: cum in ꝯcilio calcedonen. acclamatū legat̄ btissimo Leoni pape viuat Leo sanctissim⁹ ycomenicus. i. vlis patriarcha. Preterea multi sancti pōtifices ita se noiasse in suis epl̄is legunt̄. vñ beat⁹ Sixt⁹ scribēs oibus epīs ita in. ij. epla vt recitat beatus Jsi. in li. pontificū loq̄tur. Sixt⁹ vlis apostolice ecclesie epūs omnib⁹ epīs ⁊c. Jtē sanct⁹ Victor papa in epistola de pascha et baptismo Theophilo alexan. directa sic scribit. Victor romane ac vniuersalis ecclesie epūs. Jtez sanct⁹ Eleutheri⁹ in epistola quam vniuersis epīs per gallie ꝓuincias scribit dicit sic in fine. Huius rei gratia vlis nobis a xp̄o iesu cōmissa est ecclesia. Sed ideo ꝓhibetur vocari vniuersalis. Tum ꝓpter humilitatē. Tum ꝙa nō preficit̄ cuilibet particulari ecclesie vt prius ⁊ spālis illius ecclesie rector ⁊ imediat⁹ administrator. vnde sanct⁹ Tho. in li. ptra im pugnātes religionem ad boc. c. respondēs dicit sic. Q aūt papa vniuersalem pontificez se ꝓhibet noiari nō ideo hoc est q ipse nō habeat auctoritatē imediatam ⁊ plenā in qualibet ecclesia: sed qz nō preficitur cuilibet particulari ecclesie vt proprius ⁊ specialis illi⁹ ecclesie rector: sic em̄ cessarent omniū alioꝝ pontificum potestates. ⁊ boc. c. inductū nullus pro rōne inducit. hec sanct⁹ Tho.

Ad secūdū ⁊ tertium.

Capitulū. xvij. Quib⁹ rationib⁹ beatus Petr⁹ fundamentum ecclesie dictus est.

Capm. XVII

Ostquā proba

p tissimis testimonijs ostendim⁹ beatum Petrū apostolum iter apostolos habuisse primatū et ecclesie principem ac rectorem a xp̄o istitutū esse: perscrutabimur consequenter quibus de causis fundamentū ecclesie dictus sit. Dicimus autem q etsi omnib⁹ apostolis fundamēti vocabulum attributum legamus iuxta illō ps̄. lxxxvi. Jpsi fundamenta eius in montib⁹ sanctis. glo. i. in apostolis. Et Apo. xxi. dicatur. Jllur⁹ ciuitatis. i. ecclie bñs fundamenta. xij. ⁊ in ipsis. xij. nomina. xij. apostolorum. Et boc quia omnes apostoli fundauerunt ecclesiam in fide ⁊ doctrina xp̄i. Sicut fundauerat apostolus Paul⁹ qui dicebat. i. Cor. in. iij. Ut sapiens architectus fundamentum posui. glo. fidem xp̄i nō aliam. Nihilomin⁹ singulari quadam prerogatiua beatus petrus post xp̄m fuit ⁊ dictus est ecclie fundamētū. Unde Jlla thei. xvi. ita xp̄s singulariter petro loquit̄. Ego dico tibi petre qz tu es petrus ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiā meā. Q verbū ptractans btūs Piero. in cōmentario ita inq̄t. Tu mihi dixisti: tu es xp̄s filius dei viui: ⁊ ego dico tibi sermone nō casso ⁊ nullū opus habēte sed dico tibi qz meuz dixisse fecisse est: qz tu es petrus. sicut em̄ lumē apostolis donauit vt lumen mūdi appellarent̄: ⁊ cetera q̄ a dño dicta sunt vocabula: ita ⁊ symoni q̄ credebat in petram xp̄m. petre largit⁹ est nomē. ac ꝑm metaphoꝝ petre recte dī ei edificabo ecclesiā meā sup te. ⁊ boc est qō sequit̄. ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiā meā. hec Piero. Percurrētes aūt nos plures sanctoꝝ patrū expositiones ⁊ cōmētaria: inuenim⁹ multis rationib⁹ siue cōsiderationib⁹ nomē fundamēti siue petre petro cōuenientissime apertissimeq; attributū. Primo quidē rōne illius glorioſissime confessionis q̄ xp̄m pre ceteris oīmbus aplis xp̄m cōfessus est dicēs Jlla th. xvi. Tu es xp̄s filius dei viui. Confessio certe omni laude digna: in qua toti⁹ eccl'ie fides offertur: vt inq̄t Augu. Xp̄m em̄ ⁊ deū verum ac hoiem verum cōfitet̄: vt inq̄t glo. Confessio certe salutifera ac necessaria: absq; qua nullus celoꝝ regnū ingreditur: vt inq̄t glo. Hanc rōnē tangit btūs Jlla ximus in ꝑmone aplorum petri ⁊ pauli qui incipit. Glorioſissimos xp̄iane fidei ꝓncipes: ita dicēs. Dic ē petrus cui xp̄s dñs cōmunionem libēter indulsit. vt em̄ sicut aplus Paul⁹ edocuit. petra aūt erat xp̄s: ita p xp̄m petr⁹ factus est petra. dicēte em̄ dño. Tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edificabo eccliam meā. Nam sicut in deserto iussu dñico sitienti pplo aqua effluxit e petra: ita vniuerso mūdo pfidie ariditate lassanti de ore petri fons salutifere cōfessionis emersit. hec ille. Et Leo sanctissim⁹ in sermone. ij. ordinatōis de hac petri cōfessione ita loquit̄. Tu es xp̄us filius dei viui. quotidie petr⁹ dicit ⁊ ois lingua q̄ dñm cōfitet̄ magisterio huiusmodi vocis imbuit̄. Hec fides dyabolū vincit ⁊ captiuoꝝ eius vincula dissoluit. Hec exutos mundo inserit celo: ⁊ porte inferi aduersus eā prevalere nō possunt. Tanta em̄ diuinit⁹ soliditate munita est vt eā nec heretica vnq̄ corrūpere prauitas nec pagana potuerit superare perfidia. Secūdo beatus petrus dictus est cōueniētissime ecclie fundamentū q: ꝑmus in natiōibus fidei iecit fundamenta: vt inquit Ambro. in ca. Fideliores. l. dis. Siue vt inquit btūs Anacletus in ca. In nouo. di. xxi. Primus ad fidē virtute sue predica

tionis adduxit verboq; instituit. ipse em̄ aplis petrus p̄mos iudeos p̄mos gentiles post xp̄i ascensionē ad xp̄i fidē conuertit. vnde die pē thecostes ob eius exhortatiōis verbū circiter iudeoꝝ tria milia cōuersa baptismi sacramentum suscepisse legunt. Act̄. c.ij. ac deinde cornelium centurionē gentilē ꝛ suos q̄si gentiū primitias baptizasse actuū hystoria testat. Tertio petrus dictus ē ecclie fundamentū ꝓpter constantiā singularē ac insuperabilē fidei firmitatē. de quo btūs Leo papa tractās in sermone. i. cōsecratōis sue illud Luc. xxij. Ecce symon sathanas expetiuit vos: ita loquit. Commune erat oīm̄ aplis periculū de tēptatōne formidinis ꝛ diuine ꝓtectiōis auxilio pariter indigebant: qm̄ dyabolus oēs cupiebat elidere ꝛ tamē specialis a dño petri cura suscipitur ꝛ p fide petri ꝓprie supplicat tanq; alioꝝ status certior sit futurus si mens principis victa nō fuerit in petro. ergo oium fortitudo munit ꝛ diuine gr̄e ita ordinat auxiliū vt firmitas q̄ per xp̄m petro attribuit per petrū aplis cōferatur. Quarto btūs Petrus cōuenientissime ecclie dicit fundamentū: qm̄ alioꝝ oīm fact⁹ ē fundamentū ꝛ firmamentū. vñ dñs ait Luce xxij. Tu aliq̄n cōuersus confirma fratres tuos Ō verbū pertractās btūs Amb. li. i. homeliarum. ꝛ habet in ca. Fidelior. di. l. ita in ǫt. Fidelior factus ē petrus post q̄ fidē se perdidisse defleuit atq; ideo maiorē gr̄az repperit q̄ amisit. tanq; em̄ bonus pastor tuendū gregē accepit: vt q̄ sibi ante infirmus fuerat fieret oīb⁹ firmamentū: ꝛ q̄ se interrogatōis temptatiōe mutauerat ceteros fidei stabilitate fundaret. hec ille. Item Theophilus tractans p̄fatus verbū Confirma fratres tuos ita inquit. Hoc em̄ decet te qui mecū robur es ꝛ petra ecclesie Item Criso. sup illo verbo Matth. xvi. Tu es petrus ꝛc. ita ꝓposito nostro alludit sic dicēs. Vide qualiter xp̄s reducit petrū ad excelsam de ipso intelligentiā: hec em̄ ꝓmittit que sunt ꝓpria dei solius. s. soluere pctā ꝛ ecclesiā immutabilē siue nō ꝙuertibilē inter tot ꝓsecutionū ꝛ tempestatū procellas facere. Ad idem btūs Hilarius sup eodē verbo ita loquit. Est autē in nūcupatione noui nois felix ecclesie fundamentū digna edificatiōe illius petra que inferi leges ꝛ tartari portas ꝛ oīa claustra mortis dissolueret. hec ille. Item Damasus papa scribens stephano archiepiscopo sic inquit ad ꝓpositum. Scitis fratres charissimi firmamētū a deo firmum ꝛ immobile atq; titulum lucidissimum suoꝝ sacerdotum: id est omniū episcoporum apostolicā sedem esse constituta ꝛ verticem ecclesiarū. tu es em̄ sicut diuinū ꝓnunciat veraciter verbum: petrus ꝛ super firmamentū tuū ecclie columne que episcopi intelligunt confirmate sunt. ꝛ tibi claues regni celorum cōmisi atq; ligare ꝛ soluere potestatem ꝛ que in celis sūt ꝛ q̄ in terris ꝓmulgaui. hec ille. Item Leo papa in sermone. iij. ordinatiōis sue pertractās illud Matth. xvi. Et ego dico tibi q: tu es petrus ꝛc. ita pulchre ad ꝓpositū loquit. Ego dico tibi. hoc est: sicut tibi pat̄ meus manifestauit diuinitatē meā: ita ꝛ ego notam facio tibi excellētiā tuā: q: tu es petrus. i. cū ego sim inuiolabilis petra: ego lapis angularis q̄ facio vtraq; vnū ego fundamentū p̄ter q̄ nemo pōt ponere aliud: tu quoq; petra es q: mea virtute solidaris vt que mihi p̄tare sunt, ꝓpria: sint tibi mecū participatōe cōmunia: ꝛ sup hanc petrā edificabo ecclīaz meam: ꝛ porte inferi nō p̄ualebūt aduersus eam: super hanc inǫt fortitudinē eternū extruā templum ꝛ ecclie mee celo inserenda sublimitas in huius fidei firmitate cōsurget. hec ille. Ad idē est beatus Grego. papa in epla ad syracusanū epm̄. Quis nesciat sctām ecclesiā in apostoloꝝ ꝓncipis soliditate firmatā: qui firmitatem mētis traxit in nomine vt petrus a petra vocaret cui veritatis voce dicitur. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Item Pasce oues meas. Itaq; cū multi sint apostoli ꝓ ipoꝝ ꝓncipatu sola aplorum ꝓncipis sedes in auctoritate cōualuit. Quinto ecclie fundamentum petrus dictus est ꝓpter eius cathedre insuperabile magisteriū: in qua vt in ca. In sede. ꝛ in ca. Nec ē fides. xxiij. q. i. habet. extra maculaz semp est catholica seruata religio. Quocirca beatus Iero. in ca. Cū vetus. Ibidē clamat cathedre petri cōmunione consocior: sup illā petraz ecclesiā fundatā scio: quicunq; extra hanc domum agnū comederit ꝓphanus est: qui in arcba non fuerit peribit regnāte diluuio. Et Cyprianus qui cathedrā petri supra quā fundata est ecclia deserit: in ecclia esse nō confidat.

Sexto petrus ecclie fundamentū dictus est rōne sui ꝓmatus: cuius sedis auctoritas quoddam fundamentū est ecclesie vt dicit sanctus Tho. in fine. ij. li. b. sentētiarū. Sedes em̄ petri ꝓma est a xp̄o ꝛ sup xp̄m fūdata. vt in ca. Oēs di. xxij. a qua ipsa vniuersi ordinis ecclesiastici dispositio pendet ac totius ecclesiastici edificij altitudo post xp̄m consurgit. Ipsa em̄ est q̄ vt ait Nicolaus papa in ca. Omnes. dist. xxij. Oēs siue patriarche in cuiuslibz apicem siue metropoleon ꝓmatus aut archiepiscopatuuz cathedras vel ecclesiarū cuiuscūq; ordinis dignitatē instituit ac fundauit. illam vero solus ipse fundauit ꝛ supra petrā fidei mox nascent

eretit q̄ beato petro eterne vite clauigero terrem simul ⁊ celestis imperij iura cōmisit. Et q̄ modo videtur intelligendū illud qđ Damasus in sermone de transfiguratione respōdens petro dicēti. Bonū est nos hic esse faciamus hic tria tabernacula. dicit. Non te dñs tabernaculorum sed vniuersalis ecclesie ꝓstructorem cōstituit. Quocirca vt beatus Aug. in sermone quodā qui legitur in festo cathedre sancti petri inquit. Recte ecclesie natale sedis petri colunt quā apostolus ꝓ ecclesiarū salute suscepit dicente dño. Tu es petrus ⁊ sup̄ hanc petram edificabo ecclesiā meam. Petrum itaq̄ fundamentū ecclesie nominauit: ⁊ ideo digne hoc fundamentū ecclesia colit supra quod edificij altitudo consurgit. hec Aug. Item idem beatus Aug. in sermone quodā apostolorum petri ⁊ pauli q̄ de btō petro loquēs ita inq̄t. Petrus audire meruit: amen dico tibi q̄ tu es petrus ⁊ super hanc petram edificabo ecclesiaz meam. Dignus certe qui edificādis in domo dei populis lapis esset ad fundamenta: columna ad sustentaculū: clauis ad regnū. Item idē Aug. ⁊ habetur in. c. pudēda. inquit. xxiij. q. i. q̄ ecclesia est fundata in radice apostolice sedis. Septimo beat⁹ Petrus dictus est fundamentum ecclesie ratione irrefragabilis firmitatis iudicioꝝ sue apostolice sedis. De quo Origen. in glo. sup illud Matt. xvi. Quodcunq̄ ligaueris ⁊c. dicit sic. Vide quantā potestatem habet petra supra quā edificat ecclesia vt etiā iudicia eius maneant firma quasi deo iudicante per ipsam. Item Maxim⁹ in sermōe apl̄oꝝ petri ⁊ pauli qui incipit. Beatissimorū apostolorum ⁊c. de hoc ita inquit. Quid etiam de petro referā cuius est a deo tanta approbata iustitia tantaq̄ ei attributa est potestas iudicandi vt in arbitrio eius poneret celeste iudicium? perspicite ergo ⁊ estimate quanto sit nobis Petrus apostolus honore reuerendus cuius sententiam in terris prolataz sempiterni iudicis equitas nō repellit. Et beat⁹ Bernar. in sermone quodā apostolorum Petri et Pauli qui incipit. Petrus apostolorum princeps vnus est quē ꝑnobilitāt singulari ꝑmia⁹ insignia: clauicular⁹ regni: celoꝝ ligua: fidei fundamentū. cōsummatus bonor: ⁊ dignatio gloriosa. dominē in terris positum in celis imperare ⁊ iter angeloꝝ choros iudiciarie potestatis exercere virtutem ⁊ in terra ligādi ⁊ soluēdi: nullus angelorum possidet. adest petrus et ad eius arbitrium vniuersitas orbis ligatur ⁊ soluit: ⁊ precedit petri sententia sententiaz redemptoris. quia nō qđ xp̄s hoc ligat petrus: sed quod petrus hoc ligat xp̄us. ipso ad ipsum attestante Quodcunq̄ ligaueris ⁊c. O q̄ potens dignitas. q̄ digna potētia: iudicabit petrus ⁊ omipotēs petri iudicia cōfirmat: ⁊ est in manu petri manus altissimi. soluscz ille efficitur familiaris xp̄i qui petri familiaritatem habuerit. hec ille.

Capitulum. xvij. in quo aduersarioꝝ obiectōes quedam ponūtur contra hoc quod dictū est q̄ petrus apl̄s ecclie catholice fundamentū vere dictus sit.

Capl̄m. XVIII

Duersarij ꝓma

a tus apostolici hostes sanctoꝝ patrum doctrinis nō consentientes aliū q̄ xp̄m dici ecclie fundamentū nō ferētes ausiczq̄ dicere q̄ beat⁹ petr⁹ vere nō fuerit dictus fundamentū ecclie talib⁹ nitunt ꝓbare rōnib⁹. Argumētū ꝓmū

Primo sic. i. Coꝝ. iij. paulus apl̄s inquit. Unusquisq̄ videat quō edificet. fundamentuz em̄ aliud nemo ponere pōt ꝓter illud quod positū est xp̄us ihesus. ergo manifeste apparet q̄ null⁹ alius pōt veraciter poni fundamentū ecclie. Secūdo in glo. interli. sup illō Matth. xvi. Tu es petrus: habek sic. A me petra ita tamēt mihi retineā fundamēti dignitatē: ⁊ tu sup me ordinabis lapides mūdos ⁊ abijcies leprosos. Ecce q̄ xp̄s retinet sibi dignitatē fundamēti. ergo sequit̄ q̄ nec petrus nec alius apl̄s fundamētū ecclie dicendus sit Secundum

Tertio idem arguit̄ ex expositiōe quā beat⁹ Augu. ponit in de verbis dñi homel. xij. vbi tractās illud Matth. xvi. ita inq̄t. Tu es ergo inquit petr⁹ ⁊ sup hanc petrā quā cōfessus es edificabo eccliaz meā: sup me edificabo te: nō me sup te. Et sup Job. dicit. Non sup petram petrū: sed sup petrā xp̄m edificasse eccliam: ergo idem qđ ꝓius. Tertium

Quarto sic. vnius edificij nō est nisi vnū fundamentū: sed ecclie edificium vnū est: cū eccl̄ia vna sit: ergo sequit̄ q̄ illius vnū tm̄ sit fundamētū. Item duz. s. xp̄s ⁊ nō plura. Quarto

Quinto sic. fundamēti nō ē aliud fundamentū: qz sic esset ꝓcessus in infinitū: sed petrus habet fundamentū sui. s. xp̄m: ꝑz ex dictis beati Aug. ergo ipe nō pōt dici alter⁹. s. ecclie fundamētū. Quintum

Sexto sic. fundamētū est ꝓius eo cuius est fundamentū: sed petrus nō potest dici ꝓior eccl̄ia q̄ ab ipso abel iusto dicitur incepisse. ergo sequit̄ q̄ petrus nullo modo pōt dici vere fundamentū ecclesie. Sextum

Capitulū. xix. In quo respondet ad superiores obiectiones aduersarioꝝ.

Capl̄m XIX

On parum certe

n admirandum est q̄ aduersarij int̄ tot sanctoꝝ patrum luminaria. s. splendissima testimonia tanta cecitate laborant: vt petrum apostolū ꝓsumāt fundamē-

tum ecclesie negare: nihilominus tamē respō deamus ad rationes eoꝝ. Ad ꝓmā que sumi
Ad primum tur ex apostolo. i. Loꝝ. iij. respondetur ꝙ xp̄us est ꝓmū ⁊ precipuū fundamētū ecclesie: vtpo te a quo ecclesia ꝓncipaliter dependet ⁊ sustē tatur: ⁊ preter hoc fundamentuꝫ nemo potest aliud ponere tanq̄ ꝓmū ⁊ ꝓncipale: nihilomi nus apostoli secundario dicti sunt fundamen ta: ⁊ inter eos ꝓncipaliter ⁊ maxime btūs pe trus vt visum est supra. Unde aplūs Paulus vt beatus Dionysius testat: fertur dixisse bea to petro versus mortē. Pax tecū fundamentū ecclesiarū pastoꝝ ouiū xp̄i. vnde ly preter in au ctoritate apli magis videt nota anthonoma sie q̄ sit nota exclusionis: sicut ibi. Tu solus sā ctus. Cui? sentētie est doctor egregius Aug. sup ps̄. lxxxvi. ita di. Ut noueritis ꝙ fundamē tum xp̄s sit ꝓmū ⁊ maximū. fundamentū inq̄t aplūs. nemo pōt ponere aliud preter id qđ po situm est qđ est xp̄s ihesus. quō ergo fundamē ta ꝓphete ⁊ apli: ⁊ quō fundametuꝫ xp̄s ihesus quo vlterius nihil est: quō putam? nisi quēad modū aperte dicit sanct? sanctoꝝ. sic figurate fundamentū fundamentoꝝ. si ergo sacramen ta cogites xp̄s scrūs sanctoꝝ: si gregē subditū cogites xp̄us pastor pastoꝝ. si fabricā cogites xp̄s fundamentū fundamentoꝝ. hec Aug. Et
Ad secundum idem ponit in glo. ad Ephe. iij. Ad secundā rōnē que sumit ex glo. interli. ℳatb. xvi. licz pateat responsio ex dictis: dicimus ꝙ verū est ꝙ xp̄s reseruauit sibi dignitatē ꝓncipalis fun damenti: sed hoc nō obuiat quin petrus secun dario fuerit fundamentū. Uerū ꝓ ampliori in telligentia huiusmodi materie est sciendus ꝙ fundamentū dicit duplicit. Uno modo id cui adheret ꝓma pars edificij qđ tamē nō inclu ditur in edificio: sicut terra solida vel petra si ue rupis. Alio modo pōt dici fundamentū pri ma pars ipius edificij supra quā residuū edifi cij fundatur. Primo modo fundamētū qđ scz sustentat totū edificiū est xp̄s: ⁊ hoc modo di cti fundamenti dignitatē retinuit sibi xp̄us. Sed fundamētū secūdo modo dictū bene cō uenit alijs scz apostolis. Unde de vtroq̄ hoꝝ dicit Eccli. xxvi. ℐfundamēta eterna supra pe tram solidam. ⁊ inter aplos maxime hoc mo do competit beato petro ⁊ sedi eius: ⁊ ita glo.
Ad tertium illa nō obstat. Ad tertiā rationē que sumitur ex dictis Aug. respōdet: ꝙ etiā beatus Aug. vt superius patuit fuit alterius sententie: vi delicet ꝙ petrus fundamentū fuerit eccl̄ie su per quod ipa ecclesia fundata sit. qđ ipe testa tur ꝙ in illo tanq̄ in petra fundata sit ecclesia in lib. retractationum. ca. ij. vbi ita dicit. Diri quodaꝫ loco de apostolo petro ꝙ in illo tanq̄ in petra fundata sit ecclesia. Qui sensus etiā cantat oze multoꝝ in versibus beatissimi Am brosij vbi de gallo gallinatio ait. Hoc ipsa pe tra ecclesia canente culpam diluit: sed scio me postea sepissime sic exposuisse qđ a dño dictuꝫ est. Tu es petrus ⁊ sup hanc petraꝫ edificabo ecclesiā meā. vt sup hunc intelligeret quē con fessus est petrus dicens. Tu es xp̄us filius dei viui: ac si petrus ab hac petra appellatus per sonā eccl̄ie figuraret que sup hanc petrā edifi catur. nec dictū est illi. tu es petra: sed tu es pe trus. petra aūt erat xp̄s. Harū aūt sentētiarū que sit ꝓbabilior eligat lector. hec ille. Uteruꝫ vtraq̄ sententia siue expositio potest habere locum ⁊ simul stare vt dicamus ꝙ supra xp̄m petrā ꝓmo ⁊ ꝓncipalit̄ edificat eccl̄ia. Secū dario vero supra petrū vt supra exposuimus. Unde ipe Aug. in sermone de transfiguratōe dñi ita loquit̄. Ut ꝓuenient petra petro respō dit. Et ego dico tibi petre q? tu es petrus ⁊c. q. d. super me edificabo te qui figurā eius ge ris ecclesie que in te edificat sup me. hec Aug. Uerū si quis considerat bene seriē littere illi? ℳatb. xvi. Tu es xp̄s filius dei viui: ⁊ ego di co tibi q? tu es ⁊c. iuxta sentētias Crisostomi Hilarij Hieronymi Theophili Origen. Am brosij ⁊ Leonis pape que superi? inducte sunt videt ꝙ ad litterā auctoritas illa ℳatb. xvi. de beato petro accipienda sit: quoniaꝫ vt ar guit Richardus in questionibus armenoꝝ lib. vij. c. xi. ⁊ bene iuxta seriē littere petro pri mo ⁊ singulariter cōfitenti. tu es xp̄s fili? dei viui. volēs xp̄s ꝓ tanta cōfessione aliquid no tabile recōpensare respōdit. Beatus es symō bariona: quia caro ⁊ sanguis non reuelauit ti bi sed pater meus qui est in celis. ⁊ ego dico tibi q? tu es petrus ⁊ sup hanc petrā edifica bo ecclesiā meaꝫ ⁊c. Unde videtur predicare petrū debere esse fundamentū sue ecclesie: q? alias essent imptinētia sequētia ipsis precedē tibus. non em̄ vident sibi pertinere: ego dico tibi q? tu es petrus. ⁊ qđ sequit̄: sup hāc petrā scilz sup xp̄m edificabo ecclesiā meā. Unde ꝙ hoc qđ dictū est: ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiā meā de petro intelligendū sit. hoc ma nifeste ostēdūt auctoritates sanctoꝝ inducte in ca. xvij. maxime illa Criso. ⁊ illa beati Leo nis pape. Ad quartam rationē cum dicitur: Ad quartu
ꝙ vnius edificij ⁊c. respōdet ꝙ verū est de ꝓn cipali fundamēto: secūdaria vero possunt esse Ad quintu plura: ⁊ ita est in ꝓposito. Ad quintam cum dicitur ꝙ fundamenti non est fundamentum respondetur: q̄ licet non cuiuslibet fundamē ti sit aliud fundamentū quia ꝓmi ⁊ ꝓncipalis fundamēti non est aliquod aliud fundamētū:

nihilominus secūdarioꝝ fundamentoꝝ bene est aliud fundamentū scz ꝑmū ⁊ ꝑncipale. petrus aūt apls non ponit ꝑmū ⁊ ꝑncipale fundamentū ecclie sed xp̄s: qui vt patz ex Augu. in resp̄one ad ꝑmā rōnē nō modo dicit fundamentū: sed fundamētoꝝ fundamentū. Ad sextam rōnē cum dicit ꝙ fundamentū est ꝑus eo cui? ⁊c. dicēdū, put etiā ex sup̄apositis sctoꝝ patrū sentētijs dicētiū btm̄ petrū fūdamētuz ecclie colligere possum? dupl̄r loq̄ possum? de fundatōe ecclie. Uno modo quātū ad fidē ⁊ ꝓfectū virtutū. de qua dicit ad Ephe. iij. in quo glo. in xp̄o. ois edificatio. glo. tam de gentib? ꝙ de iudeis. cōstructa. glo. in fide. crescit. glo. per augmētū virtutū in templū sanctū in dño Alio modo possum? loqui de fundatōne ecclesie quantū ad ptātem iurisdictiōis ecclesiastice ꝑ structura ecclie consurgit ꝑm diuersos ipius ptātis gradus ꝑm quos quidā quantuz ad ipaz potestatē sunt infimi vt curati: quidā medij vt epi: quidā vnus solus summus ē sicut papa. Et de vtroq; modo fundatōis pōt intelligi illud verbū Matth. xvi. Secūdū em̄ ꝑmū dicit petrus fundamētū ecclie inter alias rationes: q; in eius fide ⁊ confessione vt inquit Hieron̄. ⁊ glo. Matth. xvi. edificata ē ecclia. Scōm secundū vero modū intelligēdi petrus dicit ecclie fundamentū inquantū ipe ꝑmus in ecclia ꝑncipatum ecclesiastice ptātis obtinuit dicente sibi dño. Et tibi dabo claues regni celoꝝ. Unde beat? Cyprian? ⁊ habet in ca. Loquit dñs. xxiij. q. i. Loquit dñs ad petrū dicens. Ego tibi dico q; tu es petrus ⁊ super hanc petrā edificabo eccl̄iam meā. sup vnum edificat eccl̄iam. His ꝓsuppositis resp̄odet ad rōnē sic. ꝙ si loquimur de fundatōne ecclie in fide xp̄i: licet ecclia ꝓius absolute fuisset ꝙ petrus cōfessus fuisset xp̄m di. Tu es xp̄us ⁊c. cū multi forent ante credentes scz ipe petrus ⁊ alij apli: nihilomin? tamē ipse petrus quātū ad eos q̄ crediturī erant per verbū predicatiōnis illi? in xp̄m ꝓior erat ipa ecclia. vnde sic ꝓius dictū est in ca. xvij. ex dicto beati Amb. ipe petrus ꝑmus in nationib? fidei fundamēta posuit. et vt dicit Anaclet? ꝓim? ad fidem populū virtute sue predicatōnis adduxit. Si vero loquamur de fundatione ecclesie quātū ad potestatē ecclesiasticā eo modo quo superius diximus ecclia nō videt ꝓior fuisse petro: cuz fundatio huiusmodi ecclie facta fuerit in petro. qm̄ vt ait sanct? Anaclet? in ca. In nouo. dist. xxi. In nouo testamēto post xp̄m dñm a petro sacerdotalis cepit ordo: q; ipi ꝑmo pōtificatus in ecclia xp̄i datus est dicēte dño ad eum, Tu es inquit petrus ⁊ super hanc petraz edificabo ecclesiā meam. Ex his manifeste cōfunditur error dicentiuz ꝙ non magis petrus ꝙ ceteri apostoli dicendus fuerit fundamentum ecclesie christi.

Ad sextum

Capitulū. xx. Ut beatus petrus caput fuerit sancte ⁊ vniuersalis ecclesie.

Cap'm XX

Ūm autem fundamentū in spūalibus nō sit in imo vt in corporali edificio sed in summo existet: ostenso ꝙ beatus petrus ecclie dei fundamentū fuerit: clarissime arguit ꝙ etiā caput fuerit ecclesie. Un beatus Hiero. in lib. de obitu siue ortu sanctorum noui testamenti sic ait. Petrus in xp̄o ecclesie firmamentū cephas corpis xp̄i ꝓnceps ⁊ caput est. Preterea ꝙ beat? petrus caput ecclie a xp̄o institutus fuerit ex illo imprimis aptissime colligit saluatoris verbo quo inqt. Tu vocaberis cephas. Joh. i. Cephas em̄ licz ꝑm vnā linguā interpretet petrus: nihilominus ꝑm aliā: vt sanct? Anaclet? in ca. In nouo. di. xxi. Et btūs Isido. vij. ethimol. ca. iij. volunt: caput sonat. Cephalym em̄ grece: caput latine dicit. Secūdo hoc idē habet testimonio beati Crisō. qui tractās illud Joh. xxi. Symon iohānis pasce oues meas: dicit sic. Preteriēs aūt alios petro loquit. eximius em̄ apostoloꝝ erat petr? os discipuloꝝ ⁊ vertex collegij. Tertio ad idem qō btūs Augu. in lib. q. noui ⁊ veteris testamēti. vbi respondens illi questioni. Cur saluator tm̄ ꝓ se ⁊ petro solui didragma iussit ita dicit. Saluator cū ꝓ se ⁊ petro dari iubet didragma ꝑ oīb? soluisse videtur: q; sicut in saluatore erant oēs cause magisterij: ita ⁊ post saluatorē in petro oēs continentur: ipm em̄ cōstituit caput eoꝝ vt pastor esset gregis dñici. hec Aug. Quarto idem retatur idē btūs Augu. in sermone quodā passionis dñi. vbi assignās rōnē quare de? ꝓmiserat petruz eū negare ita dicit. Ideo diuine ꝓuidentie secretū ita temperauit atq; permisit vt ꝑmus ipse laberet atq; rueret in peccatum quo erga peccātes duriorē sentētiā ꝓpij casꝰ intuitu temperaret. Quātū igitur diuini muneris erga salutē hoīm: quantū cure: quantuz sollicitudinis impendatur aduertite: totius corporis morbum in ipso capite curat ⁊ in ipo vertice cōponit membroꝝ oim sanitatē: ⁊ in ipsa confessionis xp̄i crepidine in ipso immobilis fidei fundamento. in petro dico scz illo qui dixerat: etiam si me oporteat mori non te negabo. Hic est petrus qui diuina reuelatione ꝓior omniū veritatem meruit cōfiteri di. Tu es xp̄us filius dei viui, hec Augu. Ecce ꝙ

beatus Augu. petrū vocat ⁊ caput ⁊ verticē ecclie necnō immobilis fidei fundamentum.

Quinto ad idem est testis illustris Calixtus papa in ca. Non decet. di. xij. vbi dicit vniuersalis ecclie caput esse romanā eccliam. Idem etiā Justinianus ponit in. l. inter claras. C. de sum. trī. vbi papā caput vocat omniū ecclesiarum. Sexto hoc idem rōne ꝓbari potest sic. Quilibet rector cuiuscūq; cōmunitatis dicit caput illius. vnde reges siue prefidētes in cōmunitatib⁹ secularib⁹ ꝓpter excellētiā auctoritatis dicunt capita populoꝝ suoꝝ. ſm illud Amos. vi. Optimates capita populoꝝ. vnde etiaz dñs per samuelē ait ad saulē. Cum esses paruulus in oculis tuis caput in tribub⁹ isrl factus es. cū ergo petrus cōstitutus fuerit rector ⁊ pastor vniuersalis ecclie: vt superi⁹ amplissime ostensum est: patz manifeste q̄ beat⁹ petrus veraciter caput fuerit ecclie vł is ⁊c.

Capitulū. xxi. In quo aduersarioꝝ ponunt obiectiones contra hoc qđ dictum est q̄ beatus petrus caput fuerit vniuersalis ecclesie.

Caplm XXI

✠ aduerso veritatis ⁊ apostolici ꝓncipatus aduersarij negant beatū petrū apostolū ⁊ eius successorē caput fuisse sancte ecclie catholice aut esse. Inducunt autē in suoꝝ erroꝝ fauorem rōnes sequentes

Argumēti ꝓmū qđ cū sequentib⁹ soluet infra. c. xxiij.

Primo sic. capitis non est. caput: sed petri ⁊ successoꝝ eius xp̄s est caput: cum sit caput super oēm eccliaz ad Ephe. i. ergo sequit q̄ nec petrus nec successor illius pōt dici caput ecclesie.

Secūdum

Secūdo sic. vnius corporis vnū est caput: sed corpus ecclie est vnū dicente apło ad Rom. xij. Multi vnū corpus sum⁹: ⁊ buius corporis xp̄s est caput: vt testat apls ad Colo. i. ergo nec petro nec successori suo cōuenit esse caput corporis ecclie.

Tertium

Tertio sic. Xp̄us ē caput ecclesie ⁊ sufficientissimū: ergo videtur q̄ ociosum ⁊ frustra fit aliud quodcunq; detur: ⁊ ita nō videt dicendū q̄ beatus petrus aut successor eius sit caput ecclie.

Quartum

Quarto sic. sicut in capite corporis animalis est plenitudo sensuum. vigent em̄ in eo oēs sensus interiores ⁊ exteriores: cū in ceteris membris solus sensus tactus sit: ita in capite ecclie esse debet. Unō de xp̄o ecclesie capite dicit Job. i. Vidim⁹ eū plenuz gratia ⁊ veritate: sed in btō petro nec in successoribus est plenitudo sensuū spūaliū:

Quintum

ergo nō potest dici caput ecclie.

Quinto sic capitis est influere sensum ⁊ motuz: sed nec a beato petro nec eius successore influit mēbris ecclie sensus fidei ⁊ motus charitatis: cuz ab ipso non redundet gratia in corpus ecclie: ergo ei nō est attribuendū nomē capitis.

Sextum

Sexto sic. si petrus fuisset caput ecclesie ab ipso inter ceteros deriuata esset potestas spūalis: sed hoc non est. Tum q: nō ipse solus recepit claues: sed tota ecclesia in ipso qui significabat eccliam: vt habet in ca. Quod cūq;. xxiij. q. i. Tum q: oēs apostoli cū eo eque ꝓncipalit ptātem a xp̄o susceperint. Matb. xviij. Amē dico vobis quecūq; alligaueritis: ergo ⁊c.

Septimum

Septimo sic. si petrus fuisset caput ecclie videt q̄ ab ipo venissent denominādi fideles vt videtur: sed a petro nō denominant fideles petrini sed a xp̄o xp̄iani. vt dicit Aug. de verbis dñi homel. xiij. ergo ⁊c.

Octauum

Octauo arguitur sic corporis ad caput est necessaria connexio: sed ad petrū ⁊ ad ei⁹ successores ecclie corpus nō habet necessariā cōnexionē: pz q: eccl̄a quandoq; stetit sine petro ⁊ stat sine eius successore scz quando decedit aut quādo papa efficit hereticus: ergo ⁊c.

Nonum.

Nono cōfirmando rōem factā sic. capite separato a corpore expirat corpus ⁊ priuat vita ⁊ motu: sed petro aut ei⁹ successori sublatis per mortē a corpore militātis ecclesie corpus ecclie nō expirat ⁊ non priuat vita: ergo nec petro nec eius successori competit esse caput ecclesie.

Capitulum. xxij. In quo improbat aduersarioꝝ prefata sentētia ⁊ ostendit qualiter ratio capitis respectu ecclie petro cōuenerit ac ei⁹ successori.

Caplm XXII

✠ od prefata ad q̄ uersarioꝝ sentētia negantiū beatum petrum vniuersalis ecclie caput fuisse erronea sit: nō solum ex his que supinduxim⁹ in. xx. ca. verū etiam ex multis alijs sanctoꝝ patrū testimonijs exploratissimū est. Ait em̄ beatus Anacletus papa ⁊ martyr: vt habetur in ca. Sacrosācta. di. xxij. inē beatos aplos quedā fuit discretio potestatis. licz em̄ oēs essent apostoli: petro tamē cōcessum est a dño ⁊ ipi inter se voluerunt idipm vt reliq̄s oēibus illis preesset apostolis ⁊ cepbas. i. caput ⁊ ꝓncipiū teneret apostolat⁹: q̄ etiā eādē formā suis successorib⁹ ⁊ reliq̄s epis tenendā tradiderūt. hec ille. Item Marcellus papa ⁊ martyr vt habet in. ca. Rogam⁹. xxiij. q. i. scribens vniuersis epis per antiochiā cōstitutis ita inquit. Rogam⁹ fratres dilectissimi vt nō aliud doceatis nec sentiatis q̄ qđ a btō petro ⁊ reliquis apostolis ⁊ patrib⁹ accepistis. ipse est em̄ caput totius ecclesie: cui ait dñs. Tu es petrus ⁊ super banc petrā edificabo eccliam meā. hec ille. Ex quib⁹ oībus nunc ⁊ superi⁹ inductis apertissimuz est aduersarios grauit errare negantes beatum petrum fuisse caput ecclesie sancte catholice. Quocirca rationabiliter papa Job. xxij. in extrauaganti que in-

cipit Licet ꝑm apostolum: Marsilium de padua ⁊ Johannem de ianduno tanq̄ hereticos condemnauit: qui inter ceteros errores quos cōtra sedem apostolicā dogmatizare presumpserunt dicunt q̄ petrus apl̄us non plus auctoritatis habuit q̄ alij apostoli habuerunt: ⁊ q̄ alioꝝ apostoloꝝ nō fuerit caput. Item papa Martin⁹ quint⁹ in concilio Constantien. condēnauit errores Johānis hus: quoꝝ inter alios iste est vnus scz septimus in ordine: q̄ petrus nec est nec fuit caput ecclie sancte catholice. Viso ergo q̄ iuxta catholice doctrine normā necesse sit concedere beatū petrum apostolum ꝓ primatus sui excellentia caput fuisse sancte ecclesie catholice: ⁊ per cōsequens eius successor: sub xp̄o tamen qui ꝓncipale caput est ecclesie. ostendendum est qualiter nomen capitis petro apostolo conuenerit ac ei⁹ successori conueniat: quia qualiter xp̄o conueniat supra in lib̄ .i. huius nostre summe in ca. xlvi. explicauimus.. Pro quo notandū iuxta sanctum Thomā in tertia parte. q. viij. arti. i. q̄ sicut tota ecclesia dicitur vnū corpus mysticum per similitudinē ad corpus naturale hominis ꝑm q̄ diuersa membra habēt diuersos actus: vt apostolus docet ad Romañ. xij. Et i. Cor. xij. ita xp̄us siue etiam papa dicitur caput ecclesie ꝑm similitudinem capitis humani. Inuenimus autē in capite hominis quatuor. Primo conformitatem nature cum alijs membris. Secundo ordinem: quia caput est prima pars corporis incipiendo a superiori: ⁊ ita situm est superius alijs membris. Tertio perfectionem: quia in capite viget plenitudo sensuum. Quarto virtutem influentē ceteris quia ab ipso motus est ceterorum membroꝝ ⁊ gubernatio in suis actibus ꝓpter vim sensitiuam ⁊ motiuā ibi dominantē. Qualiter ista quatuor cōpetant xp̄o supra libro ꝑmo exposuim⁹ vbi eū caput ecclie esse ostendim⁹. Jam ostēdamus qualiter petro apl̄o ⁊ nūc ei⁹ successori cōueniāt. Primo q̄dē petrus fuit cōformis nature alijs fidelibus: cū hō fuerit eiusdē speciei cū eis. Secūdo ipse in ordine apostoloꝝ fuit ꝑmus: vnde ꝑmus annumerat⁹ legitur. Matb̄ .x. Et de ep̄o romano successore suo dicit canon concilij constantini. vt deducit sanctus Tho. in. iiij. dist. xxiij. Veneramur ꝑm scripturas ⁊ canonū diffinitiones sanctissimū antique rome ep̄m ꝑmum esse ⁊ maximū epoꝝ. Et Justinianus in auctēticis de ecclesiasticis. xi. coll̄. ix. inquit. Nemo est qui dubitat sanctissimū seniorē rome papā primū esse oim sacerdotū. Tertio in ipo solo inter alios fuit plenitudo ptātis: vtpote i quo posuit dñs totius ecclesie principatum. vt in. c. nolite. di. xi. dic̄ Juli⁹ papa. ⁊ cui soli in q̄t beat⁹ Chrys. Xp̄s dedit q̄d suū est plenū ⁊ qui sol⁹ vocat⁹ ē in plenitudinē potestatis alijs vocatis in partem: vt in. c. decreto. ⁊ in. ca. qui se scit. ij. q. vi.

Quarto ab ipso est deriuata ptās iurisdictionis in alios dicēte Leone papa in. c. ita dñs di. xix. Vni⁹ muneris sacramentuz ita dñs ad omniū apl̄oꝝ officiū ptinere voluit vt in beatissimo petro apl̄oꝝ oim summo principaliter collocaret vt ab ipo quasi quodā capite dona sua velut in corp⁹ omne diffunderet. Ꝟ tille.

Capitulū. xxiij. In quo respōdetur ad obiecta aduersarioꝝ contra illud q̄ beat⁹ Petrus fuerit caput ecclesie sancte catholice.

Capitm. XXIII

Superioꝝ ib⁹ bene notatis respondendū est iam ad obiecta aduersarioꝝ. Ad primū cū dicit q̄ capitis nō ē caput ⁊c. respondet hoc esse verum de eo q̄d est caput naturale alicui⁹ corporis naturalis non autē de capite mystico siue per similitudinem dicto. sicut em̄ sanct⁹ Tho. in tertia pte respōdens huic obiectioni ait. In metaphoricis locutionibus nō oportet attendi ad similitudinem q̄tum ad omnia: sic em̄ nō esset similitudo sed rei veritas. capitis ergo naturalis non est aliud caput: quia corpus humanum nō est pars alterius corporis sed corpus similitudinarie dictuz vtpote aliqua multitudo ordinata est pars alterius multitudinis: sicut multitudo domestica est pars multitudinis ciuilis. ⁊ ideo paterfamilias qui est caput multitudinis domestice habet supra se caput rectorē ciuitatis. per hunc modum dicit Apl̄s. i. Corin. xi. Omis viri caput xp̄s est: caput autem mulieris vir: caput vero christi deus. Et idem ad Epbe. v. Et ita dicenduz est in ꝓposito: q̄ ista stāt bene simul q̄ papa sit caput ecclesie ⁊ ipsius pape christus sit caput.

Ad ꝑmum argumētū c. xxi. adductum.

Ad secundaz rationem cū dicitur vnius corporis ⁊c. respondetur sicut ad primā q̄ assumptum illud verū sit de corpore naturali: nō autē de corpore mystico siue per similitudinem dicto: quoniā vnius ⁊ eiusdem corporis mystici. i. alicuius vni⁹ multitudinis possunt eē plura capita subordinata tamen: sicut multitudinis ciuilis est caput rector ciuitatis ⁊ etiam rex qui totius regni est caput supremum. Item licet mulieris caput sit vir: vt inquit Apl̄s: nihilominus etiam xp̄s est caput mulieris fidelis qui caput ē totius ecclesie. Ita in proposito vnius ⁊ eiusdem corporis xp̄s est caput principale ⁊ papa etiam est caput subordinatuz tamen sub christo eius vices gerens, differenter tñ multum

Ad secundum

dicit caput eccl'ie xp̄s ⁊ prelati dicuntur capita ei⁹ vt dicit sanct⁹ Tho. in. iij. pte vbi supra. Primo quidem q̄tum ad hoc q̄ xp̄s est caput oim eox qui ad eccl'iā p̄tinēt ꝑm oēm locū ⁊ tp̄s ⁊ statum. alij aūt boies dicūtur capita ꝑm quedā specialia loca: sicut epi suarū eccl'iarux. vel etiā ꝑm determinatū tēpus: sicut papa est caput totius eccl'ie. s. tpe sui pontificat⁹. ⁊ ꝑm determinatū statum ꝓut. s. sunt in statu viatoris. Alio mō ꝑm q̄ xp̄s est caput ecclesie ꝓpa virtute ⁊ aūcte. Alij vero dicūtur capita inq̄tum vicē gerunt xp̄i. ꝑm illud. ij. Cor. ij. Nam ⁊ ego qđ donaui si quid donaui ꝓpter vos in p̄sona xp̄i. Et. ij. Cor. v. Pro xp̄o legatione fungimur tanq̄ deo exhortāte p nos. Scđm dn̄m Aluarū in li. suo de potestate eccl'ie: pōt aliter respōderi ad rōem factā q̄ xp̄s ⁊ ei⁹ vicari⁹ nō sunt duo capita sed vnum: qx papa nō dicit caput nisi inq̄tum gerit vicem xp̄i ⁊ ei⁹ p̄sonā representat. Itē ita etiā dicit papa Bonifacius viij. in extrauagāti sua. Unā sanctā. Ad tertiam cū ōr xp̄s est caput ecclesie sufficientissimū ⁊c. respondet negādo ꝓnam: dicim⁹ em̄ q̄ licet xp̄us caput ecclesie sit: qx tn̄ est inuisibile oportuit ponere aliqđ caput visibile specie et mortalitate cōforme ⁊ consimile statu ⁊ cōditione corpori ⁊ mēbris ipsius ecclesie qđ visibiliter regat ⁊ p̄sit toti ecclesie. ⁊ tale caput fuit beat⁹ Petr⁹ ⁊ est nunc successor eius. Cui⁹ cōuenientia licet superi⁹ satis ostēsa sit ꝓ pleniori tn̄ noticia potest sic ostēdi: vnitas corporis mystici siue ecclesiastici ꝓncipatus nō debite minorē vnitatē q̄ habēt seculares politie siue principatus inuente industria humana siue naturali rōne cū vinculū membra ecclesie colligans adinuicē sit quolz alio vinculo maius ⁊ vniti⁹: lex q̄z ipsa diuina ꝑm quā principaliter regit ⁊ gubernat ecclesia p̄stantior sit oi alia lege humana. sed sic est q̄ humane politie ad sui vnitatē absq̄ hoc q̄ vniātur in vno deo a quo sicut principio vli effectiuo formali exē plari ac finali tois potestas ⁊ dignitas deriuatur ꝑz illud Sapie. viij. Per me reges regnāt ⁊c. req̄rūt vnū caput homogeneū seu cōforme in natura ⁊ statu vt vnū regnū vnū regez: vna puincia vnū principē: vna ciuitas vnā potestatē: vna dom⁹ vnū patrēfamilias: ergo vnitas ecclesie omniū fidelium que est multo maior ⁊ pfectior q̄ vnitas politie humane debet habere vnū caput sibi cōforme ⁊ sibi sike in natura mortali ⁊ statu. Conueniens ergo fuit et hoc ipsa vnitas corporis ecclesie req̄rit vt ecclesia vnū habeat hominē mortalem secum visibilē cōuersantem corpori ipius ecclesie ⁊ ei⁹ membris cōformem qui sit caput ⁊ rector ⁊ sit

Ad tertium

viator: sicut tota ecclesia ⁊ eius membra sunt viatores. Ad quartā cum dicit q̄ in capite corporis animalis est plenitudo sensuū ⁊ q̄ in petro siue in papa nō est plenitudo ⁊c. dicendum est iuxta sanctū Thomā in. iij. parte vbi supra. q̄ caput in alia membra dupliciter influit. Uno modo quodam intrinseco influxu ꝓut virtus motiua ⁊ sensitiua a capite deriuatur ad cetera membra. Alio modo ꝑm exteriorem quandā gubernationē ꝓut scilz ꝑm visum ⁊ alios sensus qui in capite radicant⁹ dirigitur homo in exterioribus actibus: interior aūt influxus non est ab aliquo nisi a solo xp̄o cuius humanitas ex hoc q̄ est diuinitati coniuncta habet virtutem iustificandi: sed influxus in membra ecclesie quātū ad exteriorē gubernationē potest alijs conuenire: ⁊ ꝑm hoc alij possunt dici capita eccl'ie. ꝑm illud Amos. vi. Optimates capita populox. Hoc notato patet responsio ad p̄fatas rationes. dicim⁹ em̄ q̄ ꝑm⁹ modus influendi scz influxu intrinseco qui est influxus sensus ⁊ spūalis motus requirit in capite influente plenitudinē sensuū spiritualiū. ⁊ hinc est q̄ xp̄s qui influit hoc modo dicitur plenus gratia ⁊ veritate. Joh. i. Secūdus vero mod⁹ influendi influxu scilz extrinseco quantū ad gubernationē non requirit plenitudinem sensuum spiritualiū sed q̄ habeat plenitudinem potestatis sufficientis ad regimen populi sibi cōmissi. Et qm̄ beatus petr⁹ aut eius successor nō est cōstitut⁹ vt influat in corp⁹ eccl'ie ꝑmo modo. s. influxu intrinseco ꝑ extrinseco: ideo non req̄rit ad rōnē capitis in eo q̄ habeat plenitudinē sensuum spūaliū ꝑ q̄ habeat plenitudinē p̄tātis sufficientis ad regnū vl'is ecclesie ⁊ hanc habuit qn̄ pastor ⁊ rector xp̄iani pp̄li fact⁹ est dicēte sibi dn̄o. Joh. vlti. Pasce oues meas. Patz etiā ex hoc rēspō sio ad q̄ntā cū dicebat q̄ capiti ē ⁊c. qx nō tm̄ capitis ē influere vno modo ꝑ dupl'r vt dictuz est. brō vero petro ⁊ ei⁹ successori lz nō cōueniat influere ꝑmo modo influit tn̄ secūdo modo ⁊ hoc sufficit ad rōnē capitis ꝑ similitudinē dicti siue mystici. Vel dicēdū q̄ lz brūs petr⁹ nō influerit nec successor ei⁹ influat motū ⁊ sensuz spūalē in mēbra eccl'ie nec ꝑ modū efficientis sicut xp̄s inq̄tū deus: nec ꝑ modū meriti siue redundātie sicut xp̄s inq̄tū hō: tn̄ ꝑ modū ministri potestatē clauiū ꝑm plenitudinē habētis ⁊ thesaurū eccl'ie dispensantis influit ministerialiter sensum ⁊ motū omnibus debite p̄paratis ac ecclesie sacramenta digne suscipientibus. Unde dn̄s Albertus magn⁹ in tractatu de missa dicit. q̄ p̄sbyteroux eccl'ie officio toti corpori mystico gra influit ad sensum.

Ad quartum

Ad quintum

spūalem ⁊ motū meritoꝝ ⁊ augmentū spūale qđ officiū est in verbo doctrine ⁊ eucharistia ⁊ bmōi alijs sacramentis. Et qđ sufficiat ad rationē capitis ministerialis patet: qm̄ vt inquit sanct⁹ Tho. in. q. de veritate. q. xix. ar. v. Minister ecclesie nō agit in sacramētis qua si ex ꝓpria virtute sed alteri⁹. s. xpi. ⁊ ido in eo nō requitur gra personalis sed sola auctas ordinis per quā quasi xpi vicarius ꝓstituit. xps aūt operatus est nostrā salutē quasi ex ꝓpria virtute: ⁊ ideo oportuit q in eo esset gre plenitudo. hec sanct⁹ Tho. Ad sextā rōem qn̄ dr q a petro nō est deriuata potestas: respondet q loquēdo de ptāte iurisdictionis falsum est. vt patet ex. c. ita dns. di. xix. supra inducto. Cōfirmat etiā hoc eiusdē beati Leonis sentētia dicētis sic in tertio sermone ordinationis sue. De toto mundo vn⁹ eligit qui ⁊ vniuersarum gentiū vocationi: ⁊ oibus aplis cunctisq; ecclesie patribus ꝓponat. vt quis in populo dei multi sacerdotes sint multiq; pastores: oēs tn̄ regat petrus quos principaliter regit ⁊ xpus. Magnū ⁊ mirabile dilectissimi huic viro cōsortiū potētie sue tribuit diuina dignatio: et si quid cū eo cōe ceteris voluit esse principibus nūq̄ nisi per ipz dedit q̄q̄d alijs nō negauit hec Leo papa sanctissim⁹. Et cum dicit q petrus nō solus claues accepit: respōdet q licet petrus nō solus receperit: sed tota ecclesia in ēpis ⁊ pbis in eo: ipe tamen eas solus principaliter ⁊ in plenitudine recepit. vt habz glo. Math. xvi. super⁹ inducta. Cū vero dicit q alij apli eque principaliter ⁊c. dicendū q falsum est. vnde licet Math. xviij. xps oibus cōiter prātem dederit ligādi ⁊ soluēdi: nihilominus vt inqt sanct⁹ Tho. in. iij. vt in hac ptāte ordo alijs significaret primo soli petro data est vt ostendat q ab eo in alios debeat ista potestas descendere. ꝓpter qđ dixit ei singulariter. Confirma fratres tuos. ⁊ Pasce oues meas. i. loco mei: vt inquit Chrysost⁹ prepositus ⁊ caput esto fratrū tuoꝝ. Ad septimā cū dicitur q si petr⁹ aplus fuisset caput ⁊c. dicimus q hoc nō seqtur cū nō ponatur caput fuisse principale ecclesie a quo sensus spiritualis gratie ⁊ motus charitatis deriuetur in corp⁹ ecclesie: ꝑ sic caput ē xps. ⁊ ideo merito ab eo tanq̄ a ꝓncipali ⁊ sicut a quo in mēbra ecclesie vnctio diuine gre influit denoiamur xpiani ⁊ nō a petro petrini. Ad octauā cū dicit q corporis ad caput est necessaria cōnexio ⁊ talis nō est cōnexio ecclesie ad petrū: respondet q iz corporis ecclesie nō sit habitudo siue cōnexio necessaria ad papā vt singularis homo est: tn̄ necessaria est ad ipm̄ in q̄tū est papa siue rector ⁊ pastor eius a xpo constitutus stante hac diuina ordinatōne. Unde de necessitate salutis est subesse romano pontifici. vt in extrauagāti Bonifacij est declaratū. ⁊ vt sctūs Tho. inquit in expositione sup Job. vbi sup illo verbo Symon iohānis diligis me pasce oues meas dicit. Non potest se dicere xpianū qui dicit se nō subesse sub cura huiusmodi pastoris. Et beatus Greg. in ca. Si qui. di. lxxxi. inquit. Peccatum paganitatis incurrit quisquis dū xpianum se asserit sedi apostolice obedire cōtemnit. Preterea ita necessaria est ista connexio stante diuina ordinatione vt extra eccl'ie corpus sit qui cū ēpo ei⁹ nō ē: dicēte Cypriano. ⁊ habet⁹ in ca. Qui catbedrā. di. xciij. Qui catbedram petri sup quā fundata est eccl'ia deserit in eccl'ia se esse nō cōfidat. De ista materia vide super⁹ lib⁹. i. hui⁹ operis. in ca. viij. ⁊ in. c. ij. hui⁹ secūdi libri. Ad aliā rationē cū dicit de capite separato ⁊c. respōdet q hoc est verum de capite a quo influit sensus ⁊ motus in mēbra corporis: sed hoc modo petrus non fuit caput sed xpus. nō est aut̄ verū de capite a quo solus est influxus extrinsecus ꝑm exteriorē gubernationē cuiusmodi fuit petrus ⁊ est ei⁹ successor. tali em̄ capite amoto ad tempus a corpore non ꝓpterea perit corpus multitudinis gubernate: licet ex diuturnitate vacatōis posset aliqua incōmoda ⁊ dispēdia pati. iuxta. c. Ubi periculū mai⁹. de elec. lib⁹. vi. Nec ꝓ nūc sufficiāt licz posset dici q licz ꝓlona pape deficiat non tamē apostolica sedes que nunq̄ moritur. extra de rescrip. in ca. Si gratiose in. vi. vbi dicit glo. ⁊ concordat Archi. licet em̄ habens papatū vel dignitatē sit corruptibilis: papa tamen ⁊ imperiū ⁊ dignitas semp̄ sunt. vt in auc. quō oportet epos. §. licentiā. ⁊ ideo corrupto subiecto hec nō dicunt̄ non existere sed vacare. hoc est: administratore iuris vel facti carere. vt de ꝓcess. prebē. cū nostris. de quo plenius infra dicendum est.

Ad septimū

Ad octauū

Ad sextum

Ad nonum

Capitulū. xxiiij. De quorūdam errore dicētiū petrū nō fuisse caput vniuersalis ecclesie licet bene singularū ecclesiarum particularium.

Exiit diebus nostris nouell⁹ quidā error apud quosdam nouellos magistros q̄ basilien. cōcilio in defensionē ⁊ colorē inobedientie ac rebellionis eoꝝ aduers⁹ romanū pōtificē dogmatizare nō sunt veriti: q nec btūs petr⁹ fuerit nec successor ei⁹. s. papa caput vlis ecclie ⁊ p ꝑns vt aiūt nec ꝓcilij vlis illā representant̄ licz bñ ꝓcedāt q sit caput ptic̄larū ecclesiarū ⁊ singuloꝝ fideliū. ⁊ iuxt̄ hūc sensū oēs

Capm. xxiiii

auctoritates sanctoꝝ patrū dicentiū petrum fuisse caput vniuersalis siue totiꝰ ecclie exponunt di. i. particulariū siue singularū ecclesiarum. Jn fauorē aut huius erroris eoꝝ faciunt

Probatio prima q̄ improbat cū sequētib⁹ ca. xxvi.

sequētes rōnes. Primo arguūt ex ca. Quis. di. xxi. vbi Gelasius papa dicit sic Quis vniuerse per orbē catholice ecclie vnus thalamꝰ xpi sint: tamē romana ecclia catholica ⁊ apostolica ceteris ecclesijs p̄lata est. Ecce in q̄nt q̄ dicit ceteris ⁊ non vniuersali ecclie p̄lata ē

Secunda

Secūdo sic. vniuersalis ecclie caput ē xpus ergo nec beatus petrus nec successor eius papa: cōsequentiā dicūt notā: q: monstruosa res

Tertia

est vt vniꝰ corpoꝛis assignēt duo capita. Tertio sic. caput dicit vno modo rōne perfectōis sicut p̄mū in quolibꝫ genere dicit caput sicut leo in genere animaliū. Secūdo rōne ordinis q: est p̄ma pars corpoꝛis incipiendo a superiori ⁊ inde oīe qđ est p̄ncipiū consueuit vocari caput. ꝑm illud Hieremi. ij. Ad oīe caput vie posuisti lupanar tibi: ⁊ p̄ncipiū libri cōsueuit dici caput libri. Tertio rōne directōis: ⁊ sic rector dicitur caput populi. ꝑm illud Amos. vi. Optimates capita populoꝝ: ꝫ licet papa ista habeat respectu singuloꝝ ⁊ ita merito dicat caput singuloꝝ nō tamē respectu vniuersalis ecclie: qm̄ nō est perfectior ecclesia vniuersali nec prior siue dignior illa sed director illius: ꝫ ipa ꝓgregata magis ē directrix illius in his q̄ sunt fidei ⁊ salutis: ergo illius nō debꝫ dici ca

Quarta

put. Quarto sic. papa nō est caput totius ecclesie distributiue q: nō est caput suiꝑius. itē nec totiꝰ ecclie collectiue: q: nec sensum per fidem nec per sacramēta gr̄am influit collecte toti ecclie: q: sicut nō habet aiam ita nō capit

Quinta

baptismū nec indiget sacramētis licꝫ mēbra indigeant ⁊ suscipiant: ergo ⁊c. Quinto sic. vniuersalis ecclia non potest errare siue deficere: ergo respectu illiꝰ nō potest aliq̄s homo qui peccare potest ⁊ deficere dici caput. consequentia videt manifesta: ergo nō videt dicēdum q̄ btūs petrus fuerit: aut nunc successor eius sit caput vniuersalis ecclesie.

Capitulū. xxv. Jn quo improbatur honor prefatus aduersarioꝝ.

Caplm XXV

Contra prefatuꝝ

c aduersarioꝝ erroꝛē negantiū beatum petrū caput fuisse sctē ecclie catholice vniuersalis ꝓcedemus hoc ordine.

Quattuor facit principaliter

Jmprimis cōfutabim⁹ illū aliq̄b⁹ rōnib⁹. secūdo cōmemorabim⁹ aliqua sanctoꝝ patrū testimonia. tertio ostēdemus responsa que dant p aduersarios ad dicta prefata sanctoꝝ patruꝫ nulla esse, quarto in ca. sequēti respōdebit ra-

tionibus dictoꝝ aduersarioꝝ. Jmprimis prefati erroꝛis stultitia in hoc qđ dicit q̄ beatus petrus fuit caput singularū ecclesiarū ⁊ oīm fideliū sed nō vniuersalis ecclie ostēdit ex multis. Primo quidē q: aduersarij dicēdo petrū esse caput vnū ⁊ nō assignādo illi vnū corpus cuiꝰ sit caput sed plura corpoꝛa: q: singulos fideles siue singulas particulares ecclias: vidē tur facere ecclesiā mōstruosam qđ est incōuenientissimū. Secūdo q: dicēdo q̄ petrus fuerit caput singularū ecclesiaruꝫ particulariū ⁊ nō vniuersalis ecclie vident implicare cōtradictionē cū ecclia vniuersalis non sit aliud q̄ vniuerse ecclie catholice in vna fide xpi vnite Vnđ in ca. q̄uis. di. xxi. Papa pelagius dicit q̄ vniuerse per orbē catholice ecclie vnꝰ thalamus xpi sunt. Tertio q: cū vniuersalis ecclesia sit vnū corpus: vt inquit apls. ⁊ corpus vnū habere debeat imediatū caput homogeneum. i. eiusdē nature ⁊ eiusdē status ⁊ ꝑditionis vt sez sit visibile ⁊ conuersabile cū corpoꝛe cuiꝰ sit caput: aduersarij negando btm̄ petruꝫ post xpi corpoꝛalē absentiā ab ecclia fuisse caput vniuersalis ecclie: necessario vident confiteri corpꝰ vlis ecclie esse acephalū: q: sine capite visibili ⁊ ꝓuersante cū ea qđ est hereticū Unde Marsilius de padua dicēs xpm nullū caput dimisisse ecclie cōdemnatꝰ est ꝑ sedem apostolicā. vt ꝑz in extrauagāti Joh. xxij. que incipit. Licet iuxta doctrinā apli. Jtem in cōcilio Constātien. per papā Martinū condēnatus est Jobānes hus asserēs q̄ nō erat scin tilla apparentie q̄ oporteat esse vnū caput in spūalibꝰ regens eccliam qđ semp cōuerset cū ea. Quarto sic: vnitas ecclie ꝓut li. i. ca. viij. ⁊ in boc. ij. li. c. ij. ostēdim⁹: nō modo accipiēda ē stante ordinatōne euangelij in ordine ad xpm quēadmodū greci armeni ⁊ plures alij hereti ci ⁊ scismatici volūt: ꝫ etiā in ordine ad vnum xpi vicariū. s. sūmū pōtificē ad quē vniuersum corpꝰ ligari ac vniri necesse ē. vñ glo. Math. xvi. ita dicit. Jđo specialit ptātē ligādi soluēdiq̄ petro xps ꝓcessit vt ad vnitatē nos inuitaret: iđo cm̄ eū p̄ncipē aploꝝ cōstituit vt ecclia vnū baberet p̄ncipalē vicariū ad quē diuersa mēbra ecclie recurrerēt si forte inter se dissentirent: q̄ si diuersa capita essent in ecclia vnitatis vincula rūperent. hec glo. Et btūs Augu. sup ps. xlix. exponens illud. Deus deoꝝ locutus ē ⁊ vocauit terrā. de xpo loq̄ns dicit sic Deide q̄dragesimo. s. ascēsionis die cōmēdās sctō petro eccliam. i. vocatā terrā a solis ortu vsq̄ ad occasum: ne haberēt excusationē q̄ volunt in scismate deperire. Quinto cōtra būc erroꝛem est verbum manifeste christi dicentis

Petre tu vocaberis cephas. Cephas em̄ vt patrū ante dictū est grece caput sonat. Ⓜ autem boc loco totiꝰ ecclesie caput petrꝰ describeretur futurꝰ: restat venerabilis Beda in glo. ita dicens. Intuitus aūt petrū xp̄s vidit cordis simplicitatē: animi sublimitatem: cuiꝰ merito cuncte esset p̄ferendus ecclesie. hec Beda. Sexto cōtra hunc errorē est illud qđ a dño petro dictū legitur. Sup plebē meam p̄cipez te cōstituī: nō dicit plebes particulares ꝫ plebem ipsam. s. vniuersalē ecclesiam q̄ est plebs dei. Septimo p̄tra hunc errorē esse videt: q̄ beatꝰ Petrꝰ constituꝰ sit pastor vlis ecclesie Joh. vlti. Pasce oues meas. si ergo pastor totius ecclesie. ergo et caput. Nō autē quidā aduersarij veritat̄ dicebāt Basilee nobis audiētibus et in scriptis suis dānatissimis reliquerunt q̄ beatꝰ Petrus nō fuerit constituꝰ pastor ecclesie: qꝛ xp̄s nō dixit pasce ecclesiā meam ꝫ pasce oues meas: est stulte dictū. Tū primo: qm̄ cū ecclesia vlis nihil aliud sit nisi ipse grex dñicus siue ouile xp̄i: sicut beatꝰ Petrꝰ dictus est pastor gregis dñici ita et vlis ecclesie. Tum secūdo: qꝛ oratio ipsa ecclesie que per totum orbem terrarū in ecclesia pronunciat̄ est in p̄terituꝝ. vnde in ea sic dicit̄. Deus oīm fidelium pastor et rector famulū tuū. N. quē pastorē tuū ecclesie p̄eesse voluisti rē. Tum tertio: qꝛ in cōtrariū est beatꝰ Gregoꝝ. in homelia dñice resurrectionis. et habet̄ in. c considerandū. di. .l. qui ita dit. Considerandū nobis est cur omnipotēs deꝰ eum quē cuncte ecclesie p̄ferre disposuerat ad ancille vocē pertimescere et se ipsum negare p̄misit. qđ nimirū magne actuꝝ pietatis dispēsatōne cognoscim⁹: vt is q̄ futurus erat pastor ecclesie in sua culpa disceret q̄liter alijs misereri debuisset. hec ille. Ad idem sunt verba beati Aug. inducta supra in. c. xx. Patet ergo manifeste q̄ grauiter errāt q̄ beatū Petrū fuisse et eius successorē Ro. pon. negant esse caput vlis eccl̄ie. Secō vbi ad reprobationē prefati erroris cōmemorāda erāt sanctoꝝ patrū testimonia sufficiat q̄ in capitulis p̄time superioribus habentur ad hoc testimonia Ebrysostomi. Hieronymi. Augustini. Anacleti. Marcelli. et Gregorij. quoꝝ patrū sanctoꝝ sententijs synodus Constantiensis illustrata condēnauit prefatū errorē inter errores Jobis Hus di. q̄ petrus nō fuerit caput ecclesie sancte catholice: et rō. catholicuꝝ idē est qđ vl̄e: cathos em̄ grece cōe siue vl̄e dicitur. Tertio videndū est quomodo responsio aduersarioꝝ quā sanctoꝝ dicta dant nullius sit roboris ac virtutis: p̄o quo sciendū: q̄ ad oēs auctoritates dicētes petruꝫ fuisse vel romanū pontificem esse caput vniuersalis ecclesie: respondent sub hac distinctione: dicūt signū illud vniuersale accipiendum esse distributiue vt scilꝫ distribuat p̄o singulis ecclesie membris: nō aūt collectiue p̄o ipsa vniuersali ecclesia. Sed q̄ ista responsio sit vana et quodāmodo stulta et errorē sapiat licet ex supradictis quisq; sapiēs manifeste intelligat: nihilominus sic ostendimus. Vana quidem prefata responsio est: qꝛ licꝫ signū vniuersale cū cadit supra nomē cōmune nō collectiuū possit fieri ista distinctio. verbi gratia: distinguit̄ apud logicos ista. Omnes apli xp̄i sunt duodecim: quia collectiue ē vera distributiue sumpto signo vniuersali ē falsa et ecōuerso illa. Sortes est fortior oīm hominū: qꝛ distributiue potest esse vera collectiue est falsa: tamen quādo signū vniuersale cadit sup nomen collectiuuꝫ cuiusmodi est ecclesia plebs populus familia grex collegiū concilium synodus et huiusmodi: nō videtur habere locū ista distinctio: qꝛ contra naturā nomis collectiui est q̄ teneatur distributiue et nō collectiue. Preterea falsitas prefate distinctionis ostendit̄ ex p̄fessione patrum calcedonen̄. concilij: qui vt in gestis eiusdem concilij colligit̄ scribentes leoni pape p̄sitentur in cōcilio per suos missos q̄ eis vt caput p̄eerat: vbi bene ptꝫ q̄ isti patres sancti calcedonen̄. concilij sublimius sentiebant de auctoritate romani pontificis q̄ nouelli magistri basilien̄. sentiant: qui in tantā stulticiaꝫ deuenerūt vt romanū pontificē nō caput concilij cognoscerent sed tantū membrū partiale licꝫ p̄ncipale. Secūdo q̄ papa dicat̄ caput singulorꝝ membrorꝝ corporis eccl̄ie et nō ipius corporis qđ ex ipsoꝝ membrorꝝ resultat multitudine videtur nobis stultū: sicut q̄ episcopꝰ sit caput fidelium diocesis sue et nō ipsius diocesis: rex sit caput oīm regnicolarum et nō regni Tertio videtur erronea qm̄ contra euāgeliuꝫ et sanctoꝝ patrū doctrinā ē et qꝛ expresse damnata est vt diximus in concilio Constantien̄. inter articulos Jobannis Hus.

Secundum p̄ncipale.

Tertiū p̄ncipale.

Capitulū. xxvi. In quo respōdetur rationibus inductis in fauorem erroris prefati.

Capl̄m XXVI Quartū p̄ncipale cōtinēs solutionem, pbationū in xxiij. ca. factarū.

Mprobato errore tā auctoritatibꝰ q̄ rōnibꝰ: iam aduersarioꝝ rōnibꝰ restat respondendū: qđ erat quartū faciendū. P̄o quarū solutōe et multarū aliarū similiū ē notādū: q̄ sicut de corpe naturali aialis ꝓtingit loq̄ dupl̄r: qꝛ vl̄ corpꝰ noiat mēbra cū capite simul aut tm̄ residuā ptē a capite: ita de eccl̄ie corpe ꝓtigit loq̄ dupl̄r. Nā vt sctūs. tho. dic̄ in

iij. xlix. di. nomē ecclie duplicit accipit. quandoq; em̄ nominat tantūmodo corpus qđ xpo iungit sicut capiti quādoq; nomiat caput 7 mēbra simul cōiuncta. Et ita similit possum? loqui duplicit de vniuersali siue de tota ecclesia in ꝓposito nostro videlz. Uno modo vt dicit collectionē siue vniuersitatē absolute oim fideliū nullo dempto siue nō intellecto: 7 boc modo nomiat mēbra oim cū capite suo. 7 sic ē sermo de vniuersali ecclia cū de ea absolute loquimur nō distinguendo aut referendo eā cōtra aliquē fidelē: sicut cū dicimus q̄ vniuersalis ecclia est spōsa xpi: q̄ errare nō pōt 7 huiusmodi. Alio modo cōtingit loq̄ de corpore vniuersalis ecclie ꝓut nomiat mēbra tm̄ siue fideles cōmissos cure beati petri siue eius successoris 7 sibi tanq̄ capiti vnitos. 7 boc modo ō ecclia vniuersali fit sermo cuz de ea loquimur sicut de corpore in cōparatiōe ad caput eius. Cum em̄ nibil referatur realiter ad seipm̄ nec aliquis sibi ipi subiectus esse possit: necesse est vt ista adinuicē vt distincta accipiant: vt cū dicimus q̄ pape est cōmissa cura totius ecclesie. vt inquit btūs Grego. 7 q̄ btūs petrus fuit caput totius vniuersalis ecclesie: vt inquit btūs Marcellus papa in ca. Rogam?. xxiij. q. i. 7 q̄ ē cephas corporis xpi: vt ait btūs Hieron̄y. Et similis fit distinctio de regno 7 de oī ꝓncipatu: quādoq; em̄ nomiat simul prīcipem 7 subditos: aliq̄n regnicolas tm̄ subditos alicui ꝓncipi. sicut dicimus istud regnū ē illius: ille dominat huic regno. Ad primam his autē notatis dicendū est ad rationē primā que sumit ex ca. Quis. Respōdet ꝓmo negando cōsequentiam: q; arguit ab auctate negatiue 7 talis argumentatio nulla est. ꝓterea si ibi nō habet: habet tamē in multis alijs locis sicut ptz supꝛ. ca. xx. Secūdo respōdet q̄ papa Pelagius recte loquit sed nibil in fauorē aduersarioꝝ: qđ pater: q; cū nibil sit maius aut superius seipo oportz q̄ inter ꝓlatū 7 subditos sit distinctio cū ergo romanā ecclam ponimus prelatā necesse ē vt intelligamus q̄ respectu ceterarum oim ecclesiarū que distinguunt ab ea. nō debuit autē dicere q̄ vniuersalis ecclie ē ꝓlata ꝓut vniuersalis ecclia includit etiā romanā: quia tunc suiipsius esset prelata: nibilominus btūs petrus qui prelatus ē etiā ecclie romane dicitur prelatus vniuersalis ecclesie que ex oīb? particularibus ecclesijs consurgit. Ad secūdam Ad secūdam rationē in qua dicit: xpus est caput ecclesie 7c. respōdet negando consequentiā: 7 ad ꝓbationē supra ē responsum duplicit in ca. xxiij ad secundā rationē. Primo q̄ licet boc verum sit de corpore naturali bomis quia tale nō est pars alterius: non tamen de corpore per similitudinē dicto siue mystico q; vnius 7 eiusdez possunt plura capita subordinata esse scz vnū principale 7 aliud secundariū principali subordinatū. sicut in vno corpore ciuitatis est caput rectoꝝ eiusdē: 7 cuz boc rex qui totī? regni caput est. Secūdo dicebat q̄ ꝓprie loquendo nō ponunt duo capita distincta: qm̄ papa nō est oīno aliud caput distinctū a capite qđ ē xps sed est eius vicari? 7 vicē eius 7 psonā potestatē 7 auctoritatē representans in terris: 7 eius iudiciū: iudiciū dei reputat: 7 sentētia ei? 7 cōsistoriū eius cōsistoriū dei: 7 ideo nō sunt ꝓprie duo capita sed vnū: vt declarat Bonifacius. viij. in extrauaganti. Unā sanctā qm̄ vbi vnū ꝓpter alterū: vtrobiq; tm̄ vnū. Ad tertiam Ad tertiā rationē cū dicit q̄ papa nō est pfectior vniuersali ecclia: respōdet negando totam illam minorē. dicim? em̄ q̄ cū papa sit constitutus ꝓnceps super totā ecclīam sm̄ illud qđ dictum est a dño ipi petro. Super plebē meam ꝓncipē te constituit: pfectior pfectōne potestatis 7 superior ac dignior superioritate auctoritatis est toto residuo corpore ecclie: licet in cōparatione ad alia bona spūalia quoꝝ cum maior copia inueniat in vniuersitate ecclesie q̄ in vno solo prelato: nō est dubiū quin ecclesia pfectior ac dignior sit plenitudine copie bonorum spūaliū papa q̄tumcunq; sancto. Potest etiam q̄tum ad perfectōnē interiorem que attenditur penes charitatē que ab apostolo dicitur vinculum perfectionis isto modo vetula dici perfectior esse q̄ papa. est etiā director ecclesie cum ꝓnceps 7 pastor illius sit: 7 boc siue sit dispsa siue collecta. collectio em̄ omniuz ad vnū locum nibil auctoritatis minuit in pastore. Unde canon in ca. vbi periculuz maius extra de elec. in. vi. Et qui factus est in concilio Lugdunen. nominat papā vicariū iesu xpi successorem petri rectorē vniuersalis ecclesie gregis dñici directorē. Item Leo papa in quadam epistola ad palestinos in prin. sic dicit. Sollicitudini mee quā vniuersali ecclesie omnibusq; eius filijs debeo 7c. ecce q̄ non solum filiorum sed vniuersalis ecclesie dicit se curaz regiminis habere. Ad quartā cum dicit papa non est caput 7c. respondetur negando assumptum: dicimus em̄ q̄ est caput vniuersalis ecclesie distributiue: quia omniū aliorum fidelium a se. sicut rex dicitur caput totius regni licet non sit caput suiipsius. Item dicim? q̄ sit etiā caput vniuersalis ecclesie collectiue cum sit director illius sicut ꝓnceps populi sui. Et ad ꝓbationē cū aduersarij dicūt q̄ papa nō ē caput vniuersalis ecclie collectiue: q; Ad quartum

p sacramenta nō influit toti eccl'ie collectiue quia sic nō habz aiam nec indiget sacramēt̄ licet mēbra indigeāt: videt̄ nobis q̄ hec ꝓbatio implicet tria q̄ nob̄ vident̄ erronea saluo semper meliori iudicio. Primū est q̄ dicūt. q̄ eccl'ia vniuersalis collectiue sumpta cuius caput esse xp̄m dicūt ⁊ nō papā sit res nō habēs aiam siue sit inanimata. Secūdū est q̄ ipa ecclesia vniuersalis nō indiget sacramētis licet mēbra eius indigeāt. Tertiū est q̄ ipa vniuersalis eccl'ia sit aliud q̄ ipa ei⁹ mēbra indigētia sacramēt̄. Contra ꝓmū est q̄ corpus xp̄i mysticū q̄d est ipa vniuersalis eccl'ia nō pōt esse nisi vnū. quo modo em̄ caput xp̄s influere potest sensum ⁊ motū spūalē in corp⁹ nō habens aiam nec spm̄ cū solus spūs suscipiuus sit buiusmodi influxus: quō eccl'ia vniuersalis creditur sancta si nō habet aiam. quō vl'is ecclesia collectiue sumpta pōt dici sponsa xp̄i si nō habet aiam. quō inter xp̄m ⁊ eccl'iam vniuersalē pōt esse matrimoniū si vl'is eccl'ia aiam nō habet: ⁊ p cōsequēs nec fidē nec charitatē quib⁹ vniat̄ sponso suo: quō habet claues ⁊ ptātem directiuā oim̄ vt aduersarij dicūt si nō habet aiam. quō xp̄s mortu⁹ ē p eccl'ia vniuersali si illa caret aia ⁊ sensu: quō vl'is eccl'ia militans cōiungēda ē in gl'ia triūphanti si aiam nō habet: ⁊ p cōsequēs nec capacitatē gl'ie. Videt̄ nobis q̄ aduersarij delirēt in cognitiōe ecclesie vniuersalis: ⁊ ideo nō mirū si multis ꝓuoluant̄ errorib⁹. Cōtra secundū errorē est apl's ad Eph̄. v. dicēs. Xp̄s dilexit eccl'iam ⁊ tradidit semetipz ꝓ ea vt illā sanctificaret mūdās eam lauacro aque in verbo vite. glo. i. quo dat̄ vita: quo accedente ad elementū fit sacrāmētum. sequit̄: vt exhiberet ipse sibi. glo. in futuro gloriosaz eccl'iam nō habentē maculā neq; rugā aut aliq̄d huiusmodi. q̄ verbū būs Augustin⁹ tractās in li. retract̄. de li. de moribus eccl'ie dicit sic. Sic accipiēduz est q̄ dū aut apl's Xp̄s dilexit eccl'iam suā ⁊c̄. hoc ē em̄ lauacrū aque in verbo quo mundat̄ eccl'ia: sed cū tota dicat q̄diu hic ē dimitte nobis debita nostra nō vtiq; hic est sine macula ⁊ ruga aut aliquo huiusmodi. hec Augu. Sane manifestū est q̄ auctas ista pauli aptissime ostendit opinionē aduersariorz esse erroneā quā habēt de eccl'ia vniuersali. Cōtra tertiū errorē videt̄ esse illud quod glo. habet sup illud ps̄. cxxvij. Uxor tua sicut vitis abūdans ⁊c̄. vbi glo. exponēs illō vt sit sermo ad xp̄m caput dicit sic. Uxor xp̄i ē eccl'ia ⁊c̄. ⁊ exponēs sequentē versum ffilij tui ⁊c̄. dicit sic. Idem sūt filij xp̄i q̄ ⁊ vxor. i. ecclesia. ipa em̄ est cōiunx xp̄i: ipa filij. hec ibi. Itez idē notat̄ Luce. x. vbi dr̄. ffidelis seruus ⁊ prudens quē cōstituit dn̄s sup familiā. i. eccl'iam: vt det illis triticū ⁊c̄. Ecce idē dicit eccl'iam ⁊ illos quib⁹ ministrandū erat triticū. Itē beatus Bern̄. in sermone de nuptijs vbi aqua in vinū est mutata: ita ait. Sponsa xp̄i nos ꝑ sumus ⁊ oēs simul vna sponsa ⁊ aie singulorū ꝗsi singule spōse. hec ille. Est ergo corp⁹ eccl'ie ipi fideles ipa mēbra ei⁹. sed de hoc sup̄ li. i. vbi de eccl'ia vniuersali q̄d sit pleni⁹ explicauimus. Ad quintā respondet̄ negādo ꝓsequentiam que tanq̄ erronea cōdēnata legit̄ in concilio cōstantiensi inter errores iohānis bus: q̄ dicebat q̄ si papa ē malus nō est caput eccl'ie militant̄. Nam concilium dicit q̄ error est. consequētia ergo talis nulla est: vniuersalis ecclesia militās rota deficere nō pōt in fide aut in moribus. ergo bō qui deficere potest non pōt illius esse caput ministeriale. Ad quintam

Capitulū. xxvij. Ut papa aliquo modo dicendus sit sponsus ecclesie vniuersalis.

Uemadmoduz Capm XXVII

q romanus pōtifex caput ecclesie vniuersalis est: ita etiam spōsus illi⁹ dici potest. Sunt em̄ prelati sponsi ecclesiarū suarū. vt in ca. Sicut alterius vxor. vij. q. i. vbi dicit brūs Calixt⁹ papa. Sponsa vxor q̄ epi dicit̄ ei⁹ eccl'ia. vñ in eius signū eps portat annulū. sicut em̄ in electōne alteri⁹ prelati fit matrimoniū inter vnā ecclesiam particularē ⁊ epm: ita in electiōe summi pontificis per cardinales vice totius ecclesie fit matrimoniū spūale inter papam ⁊ vniuersalem ecclesiā: sicut aperte colligit̄ in ca. Ecclesie mee. di. xcvij. hinc extra de immu. eccle. in ca. Quoniā. lib. vi. dicit papa. Nos iusticiā nostrā ⁊ ecclesie sponse nostre nolentes negligere ⁊c̄. Ut aūt xp̄s cōmunicet alijs etiam nomen sponsi habet expresse glo. Esa. lxi. sup illō Dedit me quasi sponsum decoratum corona ⁊ sponsam ornatā monilibus suis: que dicit sic. Xp̄us ecclesie sponsus sed tamē perfectos in ecclesia eodē nomine dignatur. ꝓ illud apl'i. Cor. iij. Tāq̄ parvulis in xp̄o lac vobis potum dedi nō escam. ipe ergo sponsus xp̄s spōsos suos facit ⁊ sponsas: tamen vna est in capite ⁊ in mēbris eccl'ia. hec glo. Preterea cuz inter epm ⁊ eccl'iam suā fedus coniugij fit. q̄ vt ait Innocen. in ca. Licet. extra de transla. epi. in electione initiatur: ratificatur in confirmatione: ⁊ in consecratiōe intelligitur consummatū. Nulli debet in dubium verti quin episcopus sponsus dici posset ecclesie: ⁊ per consequens papa sponsus vniuersalis eccl'ie cui preest tanq̄ rector ⁊ pastor.

Capitulū. xxviij. In quo obijcit ꝙ papa nō possit dici sponsus vxis ecclesie: ⁊ respōdetur ad obiecta.

Cap. XXVIII

Omnis spon

si dignitatē aduersarij nō patientes Romano pon. respectu vxis ecclesie attribui: arguūt multipliciter ꝓtra dicta in p̄cedenti ca. Argumētū p̄mū Primo sic. solus xp̄s videt esse spōsus ecclesie p̄m illud Joh. iij. Qui habet spōsam sponsus est: illi ecclesia p fidē coiungit p̄m illud Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide: ergo seq̄tur ꝙ papa nō sit dicendus sponsus ecclesie. Secūdum Secūdo sic. beat⁹ Bernardus scribens Eugenio li. de cōsideratōe paranymphū papam dicit ⁊ amicū sponsi: nō aūt sponsum. ergo ⁊c. Tertium Tertio sic. spōsus est qui de spōsa sua suo nomini filios generat: ꝑ papa nō generat de ecclesia filios suo nomini. vnde nō dicūtur a petro petrini sed a xp̄o xp̄iani. ergo papa nō potest dici sponsus ecclesie. Quartum Quarto sic. vnius sponse vnus debet esse sponsus Gen. ij. Erūt duo in carne vna. ergo respectu ecclesie sancte dei vn⁹ spōsus debet dari nō duo vt ei⁹ ait beatus Ualixt⁹ ⁊ habetur in. c. sicut in vna quaq; ecclesia. xxi. q. ij. Ecclesia xp̄i vxor ⁊ sponsa debet esse nō scortū. ergo ⁊c. Replica Nec valet inquit aduersarius ꝙ dicat ꝙ papa sit spōsus ministerialis: q; licet ex cōmissa plenitudine potestatis alios sit suprem⁹ vicari⁹ aut minister alicui⁹ regis nō audet tñ vsurpare quo modolibet regiū nomen nec se noiare spōsum vxoris dñi sui. Quinto Quinto arguit sic. sponsa siue vxor est subiecta sponso siue viro sicut habet ad Ephe. v. vbi inq̄t Ap̄s. Sicut eccl'ia subiecta est xp̄o: ita ⁊ mulieres viris suis in oibus. sed ecclesia vniuersalis nō est pape subiecta: cum sit minister eius. ergo ⁊c. Ad ista respōdentes p̄o intelligentia eius qđ dictū est ꝙ papa sit sponsus vxis ecclesie: inducem⁹ in p̄mis qđ sanct⁹ Tho. in tractatu suo contra impugnantes religionē in hac materia dicit. ait em̄ sic. Spōsus ecclesie p̄prie loquendo xp̄s est. de quo dicit Joh. iij. Qui habet sponsam spōsus est: ipse em̄ de ecclesia nomini suo filios generat. Alij aūt dicūtur spōsi sicut ministri sponsi exteri⁹ cooperātes ad generationem spiritualiū filiorū quos quidē nō sibi sed xp̄o generāt: qui quidē ministri intantū spōsi dicūt inq̄tū vicē veri spōsi obtinēt. ⁊ iō papa q̄ obtinet vicē veri sponsi in tota ecclesia vxis eccl'ie sponsus dicit. hec sanct⁹ Tho. Quo habito dicendū est ad rationes aduersariorum. Ad p̄imum Ad p̄mā cū dicit ꝙ solus xp̄s ⁊c. respōdetur ꝙ verum est ꝙ solus xp̄s p̄prie loquendo sit sponsus eccl'ie sicut is quo sponsa fecundatur ⁊ cui⁹ nomini eccl'ia filios generat: nihilominus tñ p̄lati inq̄tū vt ministri xp̄o exteriꝰ cooperant per dispēsationem sacramēt⁹ siue diuini verbi ad generationē spūaliū filiorum dei sponsi dici possunt: sicut parū ante dixim⁹. in ca. xxiij. de capite loquēdo: ꝙ quo ad influxum interiorē gr̄e ratio capitis soli xp̄o attribuēda erat quo vero ad influxū exteriorē scz p modū dispēsatiōis sacramēt⁹ aut directionis in agēdis ratio capitis etiā alijs cōuenire poterat. s. p̄latis eccl'ie. Ad secūdum Ad secūdam rōnē respōdet vno modo negando cōsequentiam istā. Bernardus nō nominat eū sponsum ergo nō est aliquo modo spōsus: q; ab auctoritate negatiue cōsequētia nō valet. Secundo respondet: ꝙ dato ꝙ btūs Bern⁹ diceret ꝙ nō esset sponsus: verū diceret ꝙ papa nō est p̄p̄e vt dictū est sponsus eccl'ie sicut scz cui⁹ ⁊trute fecundet eccl'ia siue eccl'ie sacramēta ad generationē spūaliū filio⁹ ⁊ cui⁹ nomini eccl'ia filios generet: licet bñ dicat paranymphus ⁊ custos eccl'ie ac amicus spōsi. vt de Joh̄e baptista dicit. Joh. iij. Paranymphus em̄ dicitur a para qđ est iuxta ⁊ nympha qđ est sponsa q̄si sponsam ꝓiungēs siue despōsans viro. Et hoc modo dicit sanct⁹ Tho. in. iiij. di. xxxviij. ꝙ episcopus cui cura eccl'ie cōmittit⁹ ꝯgines despōsat nō sibi sed xp̄o q̄si sponsi paranymphus ⁊ amic⁹: nihilominus tñ rōne illius ministerij aliquo modo possunt dici p̄lati sponsi ecclesie vt dictū est. Ad tertiā Ad tertium cum dicit spōsus est ⁊c. respōsio p̄z ex dictis: qm̄ talis nō est nisi xp̄s: nihilominus ministerio cooperatōis p̄lat⁹ bene pōt dici spōsus aliquo modo etiā generās. vnde Paulus inq̄t. i. Cor. iij. In xp̄o em̄ iesu p euangeliū vos genui. Ad quartā Ad quartum cū dicit ꝙ vnius ⁊c. respōdet ꝙ vt inquit sanct⁹ Tho. vbi supra. ꝙ etsi ep̄us sue diocesis spōsus sit ⁊ p̄resbyter sue eccl'ie. vnde ⁊ diocesis sponsus papa est ⁊ ep̄us parrochie: nō tñ p̄p̄e hoc seq̄t ꝙ sint plures sponsi vnius eccl'ie: q; sacerdos suo ministerio cooperat ep̄o tanq̄ p̄ncipali ⁊ similit̄ ep̄i pape ⁊ papa ip̄i xp̄o. vnde xp̄s ⁊ papa ⁊ ep̄us ac sacerdos nō computant⁹ nisi vn⁹ sponsus eccl'ie. hec sanct⁹ Tho. Ad illud aūt Ad replicā qđ dicit aduersarius ꝙ papa etiā nō posset dici sponsus ministerialis ex similitudine carnalium sponsor⁹: nihil valet cū nō sit simile. vnđ aduersarius ille in hoc mīrū decipit ⁊ in multis locis: q; ex similitudine carnaliū minus sobrie iudicat de spūalibus. Non ē aūt simile de ministro alicui⁹ regis respectu vxoris sue ⁊ de ministro xp̄i respectu spōse sue eccl'ie: quoniā minister respectu filio⁹um quos rex habet de

vxore sua nō cooperat regi ad generationem filiorū illorū: & ideo nullo modo etiā ministeriāliter pō habere nomen sponsi. sed qm̄ ministri ecclie cooperātur xpō ministerialiter ad generationē spūaliū filiorū q̄ de ecclia sponsa generant: ideo aliquo modo dici p̄nt etiā spōsi ecclie sponse xpi. verū est tm̄ vt dictū est vn⁹ sponsus numerātur cū eo. Ad q̄ntam rōnez

Ad q̄ntum

rndetur negando minorē. cum em̄ sūmus pontifex sit pastor rector & caput vīis ecclesie eo modo quo oues subjiciūtur pastori: & subditi rectori & corpus capiti ecclia subjicit summo pontifici. Et cū arguit q papa est minister ecclesie: dicendū. p nunc q minister alicui⁹ dicitur q̄s duobus modis. Uno modo q̄ alteri aliquod impendit auxiliū subsidiū aut opē salutarem: & boc modo papa est minister ecclesie: & prelati ecclīarum suarū. quo etiā mō angeli dicūtur ministri hominū. Unde apostolus dicit ad Heb. xi. eos in ministeriū missos ppt eos qui hereditatē capiunt salutis. Dicit em̄ etiā xps b̄ mō minister. vñ ipse ait Matb. xx. Non veni ministrari sed ministrare. & boc modo capiēdo nomē ministri non valet ista ꝓna. iste est minister illius: ergo est illi subiectus. imo pōt esse superior & dns: sicut ptz in exemplis inductis. Alio modo dicit q̄s minister alterius sicut cui⁹ virtute operat & cuius vices gerit tanq̄ principalis: & de tali ministro alicuius bene verū est q sit subiectus illi cui⁹ est minister. sed boc modo papa non est minister ecclie sed xpi: cuius auctoritate & vice regit & gubernat ipsam vniuersalē ecclīam. Unde. i. ad Corin. iiij. dicit apls. Sic nos existimet bomo vt ministros xpi &c. Item legatione fungimur p xpo. ij. Corinth. vi.

Caplm. xxix. De tpe quo pōtificali auctoritate btūs Petrus a xpo sublimatus ac consecratus sit.

Caplm XXIX

Ostquā plenissime monstrauimus q btūs petr⁹ a xpo primatū & pontificatū in ecclia habuerit: cōsequēs est p plenioꝛi tractatus intelligentia enucleare quo tpe ipsius pontificatus fastigio sublimatus fuerit ac donatus. Pro quo in primis dicim⁹ q beatus petrus a xpo imediate prātez & dignitatē epalem habuit ab eodē factus & consecratus epus. Unde Anacletus papa et martyr. di. xxi. in. c. in nouo dicit sic. Ipsi sancto petro primo pontificatus in ecclesia xpi datus est dicente dño ad eū. Tu es petrus et super banc petrā edificabo ecclīam meaz. Et rō huius est: q: dei perfecta sunt opera. Deut. xxxi. vñ sicut deus in creatione boīes pfectos fecit et quib⁹ ꝓpagatio naturaliter ꝓcedere potuit: sic de⁹ apostolos quos tanq̄ principia siue fundamenta ecclesie in recreatione fecit sic pficere debuit vt per eos ecclesia propagari posset. sed sine epo ecclesia non poterat pficere a quo solo omnia ecclesiastica sacramēta possunt ministrari. oportuit ergo vt xps pōtifex recedēs corporaliter & visibiliter ab ecclesia aliquez loco sui relinqueret in ecclesia. sed si (pro quia) aliquez fecit loco sui vices suas agentē pontificali dignitate preditū: verisimilius est de petro qui ceteris dignior fuit ac sublimior vt et superiorib⁹ patet. vnde Ebrso. super illud Luc. xxiij. Apparuit Symoni dicit sic. Primo dignioꝛi & fideliori oībus apparuit Et idē Aug. dicit sup illud Joh. xxj. Uenit ergo ad Symonē Petrū. sup quo ita dic. Quis em̄ nesciat primū apostolorū esse beatissimum petrū. Preterea cū ex diuinoꝛ operū pfectiōe apertissime boc intelligamus q cū aliquid alicui cōmittitur: per ꝓns cōmissum intelligat & illud sine quo cōmissum explicari non pōt. pascere aut gregem dñicum: quod cōmissum esse petro ipsum sanctū euangeliū testatur: pfecte nullus posset nisi ep̄s qui sacramētoꝛ omniū bz dispensatōez: manifestū est q cū xps petro gregis dñici pasturam cōmendauit officiū pastorale epi simul iposuerit siue tradiderit. Siquidē xps ꝓpter excellentie potestatē quā in sacramentis habuit rem sacramēti sine sacramēto cōferre potuit. vnde solo verbo petrum epm fecit. Ceterū ad videndū quo tēpoꝛe petrus apl̄oꝛ prim⁹ ep̄s a xpo fact⁹ sit cōsiderādum est q qr tēpoꝛe quo saluatoꝛ noster coꝛporaliter inter bomines visibilis cōuersabat per seip̄m rexit ecclesiaz: nulla necessitas sed neq̄ decētia neq̄ vtilitas fuit q ipse aliuz loco sui pastorē poneret sibi epm. sed solum qñ post resurrectionē p̄sentiam suā coꝛporalē visibilem esset ab ecclesia subtractur⁹. quēadmodū prelati tunc demū qñ se per longū tp̄us a suis ecclesijs absentare disponūt loco sui generales vicarios ꝓstituunt. Unde beat⁹ Petr⁹ factus est a xpo pastoꝛ princeps & epus ecclesie vīis qñ post resurrectionē ascensur⁹ in celum nūq̄ inde ad conuersationē mortalitatis nostre reuersur⁹ inq̄t Symoni petro. Symō iobānis diligis me: pasce oues meas. i. potestatem accipe pascendi gregē meū. pastura: per oīm ad ministrationem sacramētoꝛum quib⁹ ipsa pascenda & nutrienda est. vnō sup illud Luc. xxij. ffacta est contentio inter eos quis eoꝛum eēt maioꝛ. dicit Grego. q contētio illa videtur bauisse motiuum q cum dns ab bominibus migraret: decebat aliquem eoꝛ fieri aliorū prin-

Petrus post passionem primatus suscepit

cipē:q̄si dñi vicē gerentē.quasi diceret: ante q̄ transmigraret nō erat necesse. Unde beat⁹ Petrus nō est factus pastor ⁊ eps ante xpi resurrectionē. Ꝺ multis sanctoꝝ patrū auctoritatibus ⁊ rationib⁹ cōprobat. In primis est illustris testis beatus Iero. super illud Matb. xvi. Tu es petrus ⁊c. dicens hanc prātem ⁊ ecclesie edificationē super petrū in futuro p̄missam nō in p̄senti datā esse. Scō ad ꝟ est beatus Chrys. sup illud Luc. xxij. Facta est ꝛtentio inter eos. vbi sic ait. Credēda erat petro pplorū innumera multitudo. nota q̄ dicit credēda q̄ō est futuri tpis. Tertio confirmat hoc beatus Amb. in. c. fideliores. di. l. ita dicens. Fidelior factus est petr⁹ postq̄ fidē se pdidisse defleuit atq; ideo maiorē grām inuenit q̄ amisit. tā q̄ em̄ bon⁹ pastor tuendū gregē accepit. Hoc aūt cum post resurrectionē cōtigisse manifestum sit: nulli dubiū q̄ petrus pastoralē curaz atq; dignitatē pontificalem post resurrectionem a xpo susceperit. Quarto banc ꝛclusionem roborat beat⁹ Greg. in homelia dñice resurrectionis ⁊ habeť in. c. p̄sideranda. di. l. ita dicens. Consideranda nobis est cur omnipotens de⁹ eū quē cuncte ecclesie preferre dispo suerat ancille vocē pertimescere ⁊ seip̄m negare p̄misit. q̄ō nimirū actū magne pietatis dispensatione cognoscim⁹ vt is qui futurus erat pastor ecclie in sua culpa disceret qualiť alios misereri debuisset. vbi nota duo verba futuri tpis. Primū ibi cū ait: quē cuncte ecclesie p̄ficere dispoſuerat. quasi diceret: q̄ nondū prefecerat. Scōm ibi cū ait: qui futur⁹ erat pastor ecclesie. q. d. q̄ nondū erat. Et ita videť q̄ beatus Petrus ante xpi passionē neq; p̄posit⁹ neq; pastor erat actu ecclesie. Quinto hoc confirmat glo. in p̄fato. c. p̄sideranda. que ita dicit: hoc ꝟbo Pasce oues meas. factⁿ est petr⁹ principeps ecclesie. extra de elec. c. significasti. nō in illo. Tu es petrus: q; illud fuit ei dictum ante passionē. hec glo. Sexto ad hoc facit id q̄ō habeť in. c. solite. extra de ma. ⁊ obe. §. nobis. Item id quod habeť in extrauaganti dñi Bonifacij. viij. Ad idē Inno. ⁊ Hosti. in. c. licz de foro cōpe. ⁊ archi. in. c. vbi periculū. de elec. li. vi. in glo. magna circa finem.

Cap. xxx. In quo ponūtur aliqua obiecta ꝫ p̄dicta.

Cap. LXXX

Contra conclu

c sionem p̄fatam de tempore quo pontificatus dat⁹ sit petro: aduersarij auctoritatib⁹ ⁊ Argumentum primum rationibus insurgūt. In primis inducūt illud Anacleti in ca. in nouo. di. xxi. qui ait. Xpi petro primo pontificatus datus est dicente dño. Tu es petrus ⁊c. sed hoc fuit ante passionem. ergo ante passionez pontifex factus est.

Secundum Secūdo beatus Chryso. sup illud Lu. xxij. Facta est cōtentio inter eos dicit: q̄ credite erat petro claues regni celorum. sed hoc fuit ante passionem. ergo ⁊c.

Tertium Tertio idem brūs Chry. super illud Matb. xvi. super hanc petraz ⁊c. dicit. Hic erigit eius sensum ⁊ pastorem facit

Quartum Quarto est glo. Rabani super illud Mat. xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ di. q̄ petr⁹ spāliter claues regni celoꝝ ⁊ principatum iudiciarie potestatis accepit. sed hoc manifeste insinuat eius pontificatū. ergo sequitur q̄ ante passionē petrus factus fuit a xpo pontifex siue epus.

Quintum Ratione sic quinto. Aaron simul factus est sacerdos ⁊ episcop⁹. ergo similiter ⁊ multo magis petrus qui per Aaron fuit figuratus. sed petrus in cena factus est sacerdos. ergo etiam factus est epus.

Sextum Sexto sic. Judas factus fuit a xpo episcop⁹. sed nō post passionem ⁊ resurrectionē: vt patz. ergo ante Ergo similiter ⁊ multomagis petr⁹ fuit fact⁹ epus ante passionem. cōsequentia patet. antecedens colligiť ex illo psal. cviij. ⁊ Actuū. i. vbi de Juda dicit. Episcopatū eius accipiet alter.

Septimum Septimo sic. omnia sacramenta debuerunt instituī ante passionem inter que confirmatio sacramenti ordinis est epatus. ergo ante passionez petrus fuit eps ⁊ alij siqui fuerūt a xpo facti. consequētia est manifesta.

Octauum Octauo sic. Dei perfecta sunt opera. Deutero. xxxi. Unde instituēs sacramentū debuit perfecte ipsum instituere ⁊ quantū ad materiā ⁊ q̄tuz ad ministrum. vnde sicut instituens eucharistiā instituit ministruz faciens apl̄os sacerdotes: ita instituens sacramentū ordinis debuit instituere ministrū qui est epus ordinans sacerdotes.

Nonum Nono sic. Et arguiť q̄ petrus ⁊ alij apl̄i facti sint epi per illud Joh. xx. Accipite spm̄ sanctū: ⁊ quoꝝ remiseritis peccata remittunť eis. sup quo dicit brūs Greg. Principatum superni iudicij sortiti sunt vt vice dei quibusdam peccata retineant quibusdā relaxent. quoꝝ nunc in ecclesia epi locū renent ligandi ⁊ soluendi auctoritatē susciṕūt q̄ gradum regiminis sortiunť. ergo ⁊c.

Capitulū. xxxi. In quo rūdeť ad obiectiones p̄fatas. Cap. XXXI

Is autem diffi

b cile non est rndere pōderantib⁹ bene dicta scroꝝ patruz non ad corticē littere sed ad sanā intelligentiā. dicēdū est ergo ad ea q̄ inducta sunt in cōtrariū. Ad primā aūt auctoritatē q̄ sumiť in. c. in nouo. di. xxi. rndetur p glo. eiusdez Ad primum

ca. que ita habet: videl ergo q̄ per hec verba tu es petrus: datus sit petro pontificat⁹ 7 ita ante passionem: q̄ ante fuit ei dictū: cui videtur contradicere ca. cōsiderandū. di. l. 7. c. fidelior. Nam ibi dicit q̄ post passionē: q̄ ante nō fuit datus ecclesie pastor. hec glo. Dicendum est ergo iuxta beatū Ambro. cui⁹ sunt illa capitula: q̄ post passionē xp̄i petro pōtificatus a xp̄o sit datus 7 non q̄n dictus est sibi. Tu es petrus 7c. maxime q̄ cū tunc non fuerit sacerdos epūs esse nō potuit. Nō ergo dicit in auctoritate Anacle. q̄ datus est: exponēdū est. i. p̄missus. p̄misit em̄ xp̄s ei summū pontificatum tunc: quā p̄missionē adimpleuit post resurrectionē. Illud etiā q̄ dicit dicente dño: exponendū videl. i. p̄mittēte dño. more sacre scripture posuit futurū quasi preteritū: 7 fiendum quasi factū p̄pter certitudinē p̄mittentis q̄ veraciter adimplet quod p̄mittit dicente plal. Fidelis dñs in oibus v̄bis suis. Ad secundum

Ad secundum

Ad tertium

Ad tertiā auctoritatē eiusdē Chryso. similis rñsio est. vt q̄ dicit q̄ fecit eum pastorē: exponatur. i. disposuit eū facere pastorē: q̄ postea adimpleuit cū ad eum ait. Pasce oues meas. Joh. vlt. Ad quartā auctoritatē que est Rabani eadē rñsio est. vt q̄ dicit q̄ petrus spāliter claues regni celoz 7 p̄ncipatū iudiciarie prātis accepit: intelligat in p̄missiōe siue in spe: non autē in actuali possessione. Ad q̄ntz cū arguit de Aaron rñdetur negādo p̄nāz q̄m non est simile de vno 7 de alio: vt dicit dominus Petrus de palude: q̄ iam erat pp̄lus israel collectus cui Aaron p̄ficiendus erat Unde Aaron debuit fieri epūs ne oues errarent in deserto sine pastore. sed ante passionē xp̄i oues non erant redēpte adhuc. vñ non cōuenienter ouibus non redēptis pastor fuisset datus. 7 ita rō non p̄cedit. Ad sextam rñdetur de Juda negādo antecedēs: 7 ad p̄bationē rñdetur: q̄ per epatum intelligit ap̄latus eius: vt exponit Nicolaus de lyra tam sp̄ps. cviij. q̄ sup Act. i. Ad septimaz rñdetur fm dñm Petrū de palude: q̄ oia sacramēta sunt instituta ante passionez xp̄i: sed non sunt oia tunc executa, verbi gra. Sacramentū penitētie a xp̄o fuit institutū q̄n dixit. Agite penitētiam appropinquabit regnuz celoz. Jl Math. iij. sicut sacramentuz baptismi q̄n dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua 7 spū sancto 7c. Joh. iij. Unde sicut Johānes baptizando p̄dicauit baptismū: ita sic dicendo. Agite penitentiā, Jl Math. iij. predicauit penitentiā noui

Ad quartum

Ad q̄ntum

Ad sextum

Ad septimum

testamenti. vel quādo xp̄s dixit leprosis. Ostendite vos sacerdotibus. Luce. xvij. vel discipulis. Soluite eum. Joh. xi. tunc instituit sacramentū confessionis 7 absolutionis non tamē fuit executum ante passionem: q̄ nec erāt ministri instituti nec claues adhuc date regni celoz: que etiā dari nō debuerūt anteq̄ esset apertuz regnum celoz. nisi implicite ex naturali cōcomitantia ad sacerdotiū iminēte passione: q̄ q̄ parum deest quasi nihil deesse videtur. vnde instituendo sacerdotiū xp̄us ordinem ep̄alem instituit: sed tm̄ tunc non dedit: q̄ non decuit. Ad octauā fm eundē do. Petrum de palude de institutione sacramenti dicenduz q̄ dei p̄fecta sunt opera fm tm̄ p̄gruētiam 7 decentiā operis opati 7 modi operādi Non decebat aūt p̄ tunc epos facere sicut decebat facere sacerdotes: q̄ ex quo sacm̄ cepit esse in vsu ex tunc semp debuit esse in ecclesia vel formaliter vel virtute. 7 maxime sacramētum de quo spāliter dictū est illud. Ecce ego vobiscum sum oibus diebus vsq̄ ad consummationē seculi. subtracturus igit̄ sui p̄ntiam palpabilem 7 visibilē: inuisibilē 7 sacr̄alem p̄petuam nobis p̄misit. vñ ex tunc eucharistia debuit esse in eccl'ia formaliter vl̄ virtute: sed formaliter tunc de eucharistia nihil reseruatū fuit: sicut nec de agno paschali p̄pter legis p̄hibitionez. Exodi. xij. ideo sacerdotes debuerunt fieri in quoz virtute remaneret eucharistia cōficienda. Sed sacm̄ ordinis quo ad effectū suū indelebilez remanebat in ap̄lis. vñ non erat necessitas instituendi eius ministrū scz epm̄ p̄sertim̄ q̄ futurus erat xp̄s adhuc cum eis p̄ntia corporali licet impassibili: 7 sic non erat adhuc necessarius epūs. Ad nonā rñdet negando assumptū: dicimus em̄ q̄ p illa verba nec petr⁹ nec alij ap̄li facti sunt epi. Et ad dictum Greg. rñdetur q̄ non p̄bat p̄positus: q̄m̄ p id q̄ est cōe simplicib⁹ sacerdotibus cuiusmodi est relaxare q̄busdā peccata 7 quibusdam retinere: non p̄nt ap̄li dici facti episcopi vt de se patet. vel soluitur q̄ quorum remiseritis: refertur ad tempus quo erant cōstituendi sacerdotes.

Ad nonum

Capitulū. xxxij. Q̄ solus petrus inter ap̄los a xp̄o immediate ordinatus 7 factus fuerit epūs.

illius dicente beato Anacleto in ca. in nouo. di.xxi. Petrus a christo ligandi ⁊ soluēdi primus accepit potestatem: que potestas se habet ad reliquas sicut mater radix et origo: vt ex capi.loquitur.xxiiij.q.i.habetur. Et nos infra deo dante manifestum faciemus. Ergo sequitur q̄ pape potestas immediate sit a deo qui auctor ⁊ fundator est ordinis ecclesiastici cōsequentia patet. Quinto omnis illa potestas qua vtitur quis in regimine alicuius cōmunitatis vt vicarius alterius deriuatur immediate ab illo cuius vicarius dicit: patet istud. Sed papalis potestas dicitur illa qua summus pontifex vtitur in regimine cōmunitatis ecclesie vt vicarius xp̄i. ergo talis potestas in summo pontifice est immediate a xp̄o cōsequentia patet. Sexto sic. Papalis potestas non potest conferri ab homine. ergo a solo xp̄o immediate confertur. consequentia patet. antecedens p̄bat̄ sic. Quia si conferretur ab homine vel ab ipso hoie papa: vel a tota cōmunitate vel a vicez eius habente. Non autem confertur primo modo nec secundo. ergo ⁊c̄. Probatio minoris q̄ non a papa patet quia nullus potest sibimet conferre potestatem iurisdictionis. Q̄ vero nec a cōmunitate ecclesie posset conferri probatur sic. Nulla cōmunitas potest conferre potestatē fm quā regitur a suo superiori domino: cuiusmodi dominium non dependet a consensu cōmunitatis. Sed potestas hec est huiusmodi: quia potestas papalis est potestas fm quam cōmunitas christiana debet regi a christo mediante suo vicario: cuius dominiuz non pendet a cōsensu cōmunitatis christiane. ergo ⁊c̄. Confirmatur hec cōclusio auctoritate. Primo Nicolai pape qui scribens Mediolan. in capi. omnes.xxij.distin.ita dicit. Romanam ecclesiam solus ipse scilicet christus fundauit ⁊ supra petram fidei mox nascentis erexit qui beato petro eterne vite clauigero terreni simul ⁊ celestis imperij iura cōmisit. Non ergo quelibet terrena substantia sed illud verbuz quo constitutum est celum ⁊ terra per quod deniq̄ omnia condita sunt elementa Romanam fundauit ecclesiam. hec ille. Plures ad hoc sunt aliorum sanctorum patrum auctoritates apertissime: sicut in. c. in nouo. ⁊ in ca. quāuis di.xxi. ⁊ in capi. sacrosancta. dis.xxij. habetur. Ex quibus manifeste confutatur error dicentium Petrum principatum super alios apostolos habuisse non a christo immediate sed humana institutione.

Capitulū.xxxix. In quo ponuntur obiectiones contra predicta.

Cap. xxxix

Diuersarij veritatis multa ⁊ varia obijciunt cōtra conclusionem iam dictam et reperiūtur in quadruplici differentia. Quidam em̄ nitūtur probare q̄ pontificatus papalis dependeat ab aplis. Quidā q̄ a concilijs. Quidam q̄ ab imperatore Constantino. Quidā aūt q̄ a Cardinalibus. Quidam alij dicunt q̄ licet ptās papalis absolute cōsiderata originaliter ⁊ imediate sit a deo nihilominus q̄ papa exercitium ⁊ vsum talis potestatis susceperit ab ecclesia. Primi arguūt sic. Nihil quod pendet ex pura electione ⁊ voluntate ac ordinatōe aplox videtur a xp̄o imediate emanare: patet hoc. Sed q̄ beatus Petr⁹ habuerit primatū sup aplos alios et p̄sequens sup omnes fideles fuit ex volūtate ⁊ ordinatione apostoloz. Ergo videtur q̄ papalis principatus nō sit imediate a xp̄o deriuatus. p̄sequentia est bona. minor p̄batur p illud beati Anacleti pape in.c.in.nouo. di.xxi. vbi de beato Petro loquēs ita ait. Ceteri vero apostoli cum eo pari consortio honorem et potestatē acceperunt: ipmq̄ principem eē voluerunt. Item idem colligitur ex.c.duduz. iij. q.vi. Ergo videtur q̄ voluntate ⁊ ordinatiōe apostoloz beatus Petrus habuerit principatum. Secūdo sic ad idem. Romanus pōtifex dicitur vicarius beati Petri vt in.c.ego ludouicus.di.lxiij. ergo videtur q̄ nō a xp̄o imediate: sed a beato Petro potestatem acceperit. Tertio ad idem q̄ ecclesia romana non habuerit a xp̄o imediate primatum probatur Q̄ si sic sequeretur q̄ papa nō posset sedē suā transferre de Roma ⁊ alibi cōstituere: q̄ seru⁹ nō potest tollere legem aut dispositionem domini sui: ⁊ tamen consequēs videt falsum: qm̄ in his que sunt iurisdictionis nō min⁹ potest nunc papa q̄ beatus Petrus in q̄tum papa. Sz ille potuit de Antiochia transferre in Romam. Ergo etiam nunc papa posset transferre in alium locum. Secūdi arguūt sic. Nihil qd̄ ex ordinatione sacerdotum ecclesie institutum est in ecclesia dicendum est a christo immediate institutuz: patet ex terminis. quia idem fm idem non potest habere duas immediatas causas. Sed distinctio superioritatis et inferioritatis inter sacerdotes ecclesie videtur ex ordinatione ipsoz̄met sacerdotum ortum habuisse. Ergo superioritas pontificalis dignitatis super omnes alios ecclesie prelatos nō videtur esse a christo immediate. consequentia est bona. minor probatur auctoritate beati Hieronymi, qui super epistolam ad

Quadruplex opinio

Primū argu. p meo opinionis

Secundum

Tertium

Primum ar. cunde opinio

Tytum. vt habek in ca. olim. di. xcv. dicit sic. Olim idem presbyter qui7 episcopus: 7 ante q̄ dyaboli instinctu studia in religione fierēt idest dissensiones: 7 diceretur in populis: ego sum Pauli: ego sum Apollo: ego autē Ecclesie cōmuni presbyteroꝝ concilio ecclesie gubernabant. Postq̄ autem vnusquisq; eoꝝ quos baptizauerat suos esse putabat non xp̄i in toto terrarū orbe decretum est vt vnus de presbyteris supponerek 7 scismatum semina tollerentur. Et paulo post. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesie consuetudine ei qui sibi prepositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis consuetudine q̄ dispensationis dn̄ice veritate presbyteris eē maiores 7 in cōmuni debere regere ecclesiā. Ex quib9 verbis manifeste videk haberi q̄ ex institutione dn̄i inter episcopos 7 presbyteros nulla ē distinctio. Vnde olim quilibet episcop9 erat presbyter 7 quilibet presbyter episcop9: 7 ita vt videtur tota distinctio inter papam 7 patriarchas: archiepiscopos 7 episcopos 7 inter episcopos 7 pbros solūmodo est ex ordinatione humana 7 non ex ordinatione xp̄i. Supioritas ergo pontificatus papalis non a xp̄o videtur esse immediate sed a conciliis vniuersalibus in quibus sacerdotes cōueniunt. Ceterum secundo p̄ hac parte videtur facere. c. concilia. di. xvij. vbi ita dicit. Scientes q̄ ei9 scz Simachi sedi primū Petri apostoli meritū: deinde secuta iussione dn̄i concilioꝝ venerandoꝝ auctoritas singularem in ecclīs tradidit potestatem. Tertij arguunt sic. Papa q̄ sit caput omniū ecclesiarū habeatq; primatum in spūalibus in vniuerso orbe terrarum habet ex dono 7 institutione Constantini imperatoris. ergo videk q̄ papa principatū suuz non habeat immediate a xp̄o. cōsequētia est bona. antecedens p̄bat ex illo qō habek in. c. constantinus. di. xcvi. 7 accipit ex gestis beati Siluestri: vbi sic dicit. Constantinus imperator quarta die sui baptismatis priuilegium romane ecclesie pontifici contulit vt in toto orbe romanum pontifices vel sacerdotes ita habeant caput sicut iudices regem. Et. j. Ita q; decernentes sancimus vt principatum teneat tam super quattuor sedes Alexandrinā Antiochenam Hierosolymitanā: 7 Constantinopolitanam q̄ etiā super omēs in vniuerso orbe terrarū dei ecclesias 7 pontifices qui p̄ tempore ipsius sacrosancte romane ecclie steterit excelsior 7 princeps cūctis sacerdotibus 7 totius mundi existat. hec ibi. Ex quib9 verbis manifeste datur intelligi q̄ tam Romanus pontifex q̄ romana ecclesia immediate a Constantino super alias ecclesias primatum habuerit 7 non a xp̄o. Quarti arguunt sic. Collegium dn̄orum cardinalium videtur dare electo papatum eligendo ipsum ad talē statum. ergo 7 auctoritatē papalem: 7 per cōsequens non habet immediate a deo. Consequentia videtur nota: q; quicq̄d est causa cause est causa causati: sed domini cardinales eligētes talem vel talem sunt causa q̄ fit papa. ergo 7 causa potestatis 7 dignitatis illius.

Secundo sic. Non solum ecclesia sed etiā cardinales ante electionem in multis restringunt futuri pontificis exercitium. ergo videtur q̄ papalis auctoritas quo ad exercitium non dependeat immediate a christo. Tertio sic. Canonica electio non tribuit immediate pape omne potestatis exercitium nisi concomitetur vnctio 7 coronatio: vt patz ex practica ecclesie. ergo 7c̄. Quarto: si sic esset q̄ papatus immediate esset a deo non posset ecclesia dare ordinez sue electionis: mandando q̄ quicunq; se p̄ summo pontifice gereret nisi a duabus partibus electus esset excōmunicatus: vt extra de elect. capi. licet. Sed ecclesia dedit ordinem. ergo 7c̄. Quinto: si sic eēt tunc ecclesia non posset restringere potestatem pape: sicut in collatione beneficioꝝ et huiusmodi. Sed hoc videtur falsum. ergo 7c̄.

Sexto: si sic esset sicut dictum est sequeretur q̄ papa non posset renunciare papatui: quod est contra determinationem ecclesie. extra de renuncia. ca. i. lib. vi. nec deponi quod est contra. capi. si papa. distinc. xl. ergo videtur q̄ papalis auctoritas non dependeat immediate a christo.

Capitulum. xl. In quo respondetur ad rōnes superius factas: q̄ romanus pontifex ex ordinatione apostoloꝝ primatum habuerit.

Refatis aduer

Capm XL

p sariorum obiectionibus non obstantibus incunctanter tenenduz est: q̄ primatus romani pontificis 7 ecclesie romane a solo christo immediate processerit. Vnde non est dicendum q̄ ab apostolis aut a cōciliis generalibus siue ab ecclesia vniuersali aut a Constantino siue etiam a collegio cardinalium dependeat. Respondendum est ergo ad rationes in oppositum. Ad primam rationem que est dicentium: q̄ ab apostolis primat9 petri ortum habuerit: respondek negando minorem. ſſfalsum est em̄ q̄ beatus petrus voluntate disponēte aut ordinatione apostoloꝝ primatū habuerit: sed habuit ab ipso christo immediate a quo vertex 7 caput

Primus argumēti quarte opinionis

Secundum

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum

Ad primum prime opinionis

Secundum

Argumentū tertie opinionis

collegij aplici constitut⁹ est. Dicit em̄ Cryso. super illud Joh. vltī. Pasce oues meas. Pretereiens aūt dñs alios petro loquit. eximi⁹ em̄ aplox erat Petrus ⁊ os discipuloz ⁊ vertex collegij. vnde ⁊ negatione deleta cōmittit ei prelationē fratruz. hec ille. Caput aūt non hz a membris quibus presidet q̄ sit eox caput: sed ab eo q̄ formar totū corpus habet auctoritatez. Hinc dicit beatus Anacletus papa in ca. oēs. di. xxi. Sacrosctā romana eccl̄ia non ab aplis sed ab ipso dño ⁊ saluatore nostro p̄matū obtinuit sicut beato petro dixit. Tu es petrus ⁊c. Preterea q̄ voluntate disponente ab aplis Petrus primatū non habuerit ex illo manifeste colligit. Matb. xvij. vbi discipuli interrogāt dñm dicētes. Quisputas est maior in regno celox? Nō ideo querūt vt gl. inquit Hiero. q̄ discipuli videntes in tributi redditione q̄ Petrus dño fuerat cōparatus ex equalitate precij: arbitrati sunt oībus apostolis petrū esse prelatū. Et Cryso. ad idez vt deducit sctūs Tho. in glo. cōti. sup Mar. dicit sic. Unde passi sunt aliq̄d humanuz: qz euangelista designat dicens. In illa hora accesserunt discipuli ad iesum dicētes. Quisputas maior in regno celox? verecundati siquidem passionē quā passi sunt: non dicunt manifeste: cur petruz prebonorasti nobis? sed indeterminate interrogant q̄s maior est. Quādo aūt tres prebonoratos viderūt scz Petrū Jacobū ⁊ Johānez in transfiguratione nihil tale passi sunt: qñ vero in vnū cōtulit honorē tunc doluerunt. hec ille. Ex q̄bus manifestissime datur intelligi q̄ primatus a solo xp̄o immediate petro datus sit nulla ad hoc dispositione aut voluntate preuia interuenīēte apostoloz. Quādo ergo dicit in capitulis inductis per aduersarios q̄ apli petrū principem eox esse voluerūt: intelligendū est de volūtate cōsequēte siue acceptante dispositionē xp̄i non aūt de voluntate antecedente ⁊ causante. Et hoc est qz dicit btūs Anacletus in ca. sacrosancta. di. xxij. cum ait. Inter aplos quedam fuit discretio ptātis. Et post. licet omēs essent apli: petro tn cōcessum est a dño: ⁊ ipsi voluerunt inter se idipsum: vt reliquis oībus preesset aplis ⁊ cephas. i. caput ⁊ principatū teneret apostolatus. hec ille. Patz ergo q̄ voluntas apostoloz non precessit postulādo petrum aut eligendo aut disponēdo quoquomodo ad eius primatum: sed tm̄ subsecuta est acceptando gratā habendo dispositionē factā per xp̄m. Et ita pcutit̄ error quorundā aduersarioz dicentiū Petrū ex electione apostolorum fuisse a xp̄o principē constitutū ⁊ prelatū alioz. Ad secundam dicendū q̄ impropria locutio est cū dicit̄ q̄ romanus pontifex sit vicarius beati petri: cuz solius dei cuius vices gerit in terris vicarius sit. Petrus autē apostolus cū vicarius esset xp̄i non poterat facere aliuz vicariū. vt in. c. clericus. extra de offi. vica. Exponēda est ergo illa littera sic. Vicarius. i. successor illius: vel vicarius. i. vicariaz ptātem quā ipse petrus gessit tenens siue exercens. Ad tertiā videt̄ rn̄dendū iuxta opinionē petri de palude: q̄ dñs papa nō potest transferre sedem suā de roma in aliū locū sine spāli reuelatione xp̄i: cuiusmodi spāli iussiōe trāslata est in romā. Et cū dicit̄ q̄ hoc sit falsum: negat̄. ⁊ ad p̄bationem rn̄detur: q̄ papa non possit mutare sedem suā non est q̄ minoris sit auctoritatis q̄ Petrus: sed quia hic intervenit specialis iussio xp̄i cōtra quā seruus venire non potest.

Ad secundum

Ad tertium

Capitulū. xli. In quo rn̄det ad obiecta aduersarioz q̄ romanus pontifex ordinatione ⁊ dispositione sacerdotū siue conciliorū primatum habuit.

Cap. XLI

Am dicendum est ad rones dicentiū q̄ ab ordinatione vniuersalis ecclesie siue sacroz conciliox sacerdotū causaliter penderet principatus romani pontificis. Rndetur in primis q̄ hoc falsum est: qz rone ⁊ auctoritate p̄bat. Rone sic. Impossibile est spūalem ptātem qua q̄s ligatur vel absoluit̄ in anima respectu celi dependere imediate ab illo vel ab illis qui eadē ptāte absoluūtur vl̄ ligātur. Sed papalis potestas Petro ⁊ successoribus suis collata extēdit se ad ligandū ⁊ soluendū omēs ⁊ singulos de ecclesia militante. ergo impossibile est q̄ ab aliquo vel aliq̄bus de eccl̄ia collectiue siue disiūctim acceptis: imo nec ab ipsa tota eccl̄ia potestatem clauiū ecclesie petro collatā causaliter dependeret. cōsequētia ptz. antecedēs p maiozi parte patz etiā de spūali potestate de qua loq̄mur intelligendo quicq̄d sit de tēporali que ex cōsensu populi alicui subiecti se cōsurgit. Unde licet consensus populi possit facere iudicem in tēporalibus non tamen in spūalibus. Nullus em̄ populi cōsensus potest sibi cōstituere cōfessorē aut iudicem potētem excōicare qui ante nullius iurisdictionis potestatē habuerit. Minor patet ex sepe supra repetitis: maxime ex illo. Matb. xvi. Tibi dabo claues regni celorū. Et sequitur. Qd̄ cunq̄ ligaueris super terram ⁊c. Auctoritate vero idem p̄batur pape Pelagij: qui in ca. quāuis. distinc. xxi. ita dicit. Sancta romana ecclesia catholica ⁊ aplica nullis synodicis

Impropria dicta opinio

Ad primum arg. facit de opinionis

statuꝫ ceteris ecclīs plata ē: ꝫ euāgelica voce dñi saluatoris nostri pmatū obtinuit. Quo habito rñdendum est ad rōnem negando minorem. Et ad pbationē dicimus q dictū beati Hieroñ. non facit contra cōclusionem posita ꝓpter duo. Primo: qꝛ Hieronymus ibidē loquiꝫ de epīs ⁊ pbīs quoꝝ distinctio tam in nomine q̄ in alijs q̄busdam circūstantijb⁹ ministeria siue officia eoꝝ non erat in principio tanta sicut post: vt ibidem innuit glo. non autem loquiꝫ de primatu romani pontificis vt stulte aduersarij interpretanꝫ: dicendo q aut non fuerit a principio ecclie post ascensionē xpi aut q a xpo non fuerit institutus: cū btūs Hieronim⁹ oppositā manifeste docuerit. Ipse em̄ super illud Matth. xvi. Tu es petrus et super banc ⁊c. dicit. Sicut xpus lumen aplis donauit vt lumen mūdi appellenꝫ ⁊ cetera q̄ ex dño sortiti sunt vocabula: ita Symoni qui credebat in petraꝫ xpm petri largitus est nomē ac fm metha pbozā petre recte dicitur ei, Edificabo ecclīam meaꝫ super te. In quo manifeste primatus petri super totaꝫ ecclīaꝫ designatur: cum super eum edificata dicaꝫ. Et in. c. quoniā vetus oriens. xxiij. q. i. scribēs Damaso pape ita dicit. Ego nulluꝫ premiū nisi xpm sequens beatitudini tue. i. cathedre Petri cōmunionē consortio: super illam petram fundatam ecclīam scio. Item in lib. de ortu siue obitu sanctoꝝ de nouo testamento ita de Petro loquiꝫ. Petrus in xpi ecclie firmamētum est cepbas corporis xpi principatus ⁊ caput est. Patet ergo q beat⁹ Hieroñ. apertissime credidit beatum petruꝫ primatū babuisse in ecclesia a xpo ⁊ ita per consequēs successorē eius. Secūdo inducta auctoritas Hiero. per aduersariū non militat contra ꝓpositum qꝛ sicut superius lib. i. c. lxxix. plenissime expli cauimus. Hieronymus non vult q realis nō fuerit distinctio inter epm ⁊ pbm cum oppositum dicat beatus Dion. qui fuit discipulus Pauli. v. ecclīastice hierarchie. ⁊ beat⁹ Aug. dicat: q hec fuerit vna de heresibus Arrij: sed vult dicere q differentia nominis semper nō fuerit: qꝛ qui dicebaꝫ episcopus dicebaꝫ pbr: ⁊ ecōuerso: que differentia nominū ad vitandum scismatis scandalum consilio sacerdotū id est patrum ablata est ⁊ constitutū: vt quēadmodum differebant re ita ⁊ vocabulis differrent. Et ista est rñsio beati Tho. Ista etiā ē sententia Archidyaconi super. c. legimus. di. xciij. qui ita dicit. Ego credo q ab initio differentia fuit inter episcopos ⁊ pbros simplices sacerdotes: sicut modo est in administratiōe ⁊ prelatiōe ⁊ officijs ⁊ in sacramētis: sed quo ad appellationē non erat dria qꝛ indifferēter ⁊ cōiter hi ⁊ illi dicebanꝫ epi ⁊ pbri. sed qꝛ scismata ceperunt esse in ecclīa ex ipsa parilitate appellationis est facta differētia in appellatione vt simplices sacerdotes non dicerenꝫ epi. lxxx. di. in illis. fm Hug. hec Archidyaconus. Ad rōnem secundā fundatam in. c. concilia di. xvij. rñdet glo. q Ro. ecclīa principaliter primatum babuit a xpo secundario a cōciliis. Sz ne hoc male intelligaꝫ: qm̄ male intelligereꝫ si cōcilia vniuersalia quoꝝ roborvigoꝛ ac firmitas pendet ab aplica sede: vt dis. xvij. per totū. ⁊ extra de elec. in. c. significasti. intelligerenꝫ effectiue siue causaliter dare aliquā auctoritatē sedi aplice: cū vt pbatū est nec ipsa vniuersalis ecclīa aliquid auctoritatis illi conferat. Mō manifeste attestaꝫ papa Nicolaus scribēs imperatoꝛi Michaeli ⁊ loquens de priuilegijs aplice sedis ita subiungit. Ista ergo priuilegia huic sancte ecclesie a xpo sunt donata: a synodis non sunt donata sed solūmodo celebrata ⁊ venerata p que nō tam bonoꝛ q̄ onus nobis incūbit. Item in eadez epla. Proinde animaduertendū est q nō Nicena non deniq̄ vlla synodus quod q̄ Romane ecclesie cōtulit priuilegiū: que in petro nouerat eam totius iura potestatis plenius meruisse ⁊ cunctarū xpi ouiū regimen accepisse: sicut beatus presul Bonifacius attestatur vniuersis episcopis per Thessaliam constitutis scribens. hec ille. Dicimus ergo q hoc qđ dicit: concilia tradiderūt potestatē secūdario aplice sedi: est intelligendū executiue ⁊ declaratiue. Executiue quidē obediendo diuine ordinationi sedem illam honorando vt caput ⁊ matrē omniū aliarū ecclesiarum: adimplētes illud qđ ex persona xpi beat⁹ Cryso. dicit super illud Joh. vlt. Pasce oues meas. i. loco mei ꝓpositus ⁊ caput esto fratrum vt ipsi te in loco meo assumentes te in throno tuo sedentē predicent ⁊ confirment. Plane hoc obseruauerunt semper sacra concilia vniuersalia. Unde Agatho papa in suggestione quā sexte synodo misit ita scribit. Aplice sedis auctoritatez vtpote apostoloꝝ omniū principis semp oīs catholica xpi ecclesia ⁊ vniuersales synodi fideliter amplectentes in cunctis secure sunt. Ecce quomō executiue dicunt tradidisse potestatem aplice sedi. Declaratiue etiā vniuersalia cōcilia dicunt tradidisse potestatē apostolice sedi: qm̄ maxime per vniuersalia cōcilia declarata est xpiano pplo quāta sit eminētia aplice sedis. Unde in cōcilio Constantinopolitano ita scribit: vt deducit sctūs Tho. in. iiij. dist. xxiij. Veneramur fm scripturas ⁊

Ad secundum

canonū diffinitiones sanctissimū antiquerome ēpm primū esse ⁊ maximum ēpoz.hec ibi. Et ad hunc intellectū dñs Archidyacon⁹ in prefato.c.concilia.exponit verbum illud:tradidit,i.traditum esse ostendit.

Capitulū.xliij. In quo dant rñsa ad obiecta aduersa riorū dicentium:q̄ dispositione ⁊ dono cōstantini romanus pontifex habeat primatū super alios.

Cap̄. XLII

Onsequēter est

ē rñndum ad rōnes dicentium q̄ eminentia papalis auctoritatis super alios venit ex constitutione ⁊ dono Constantini. Dicimus em̄ q̄ in

Ad argumē. tertie opinionis

hoc grauiter errant aduersarij: qm̄ sicut non est possibile vt spūs quo ad eius essentiā ⁊ dignitatē dependeat a corpore aut sol a luna:ita nec est possibile q̄ ptās spūalis aut primatus papalis dignitatis pendeat dependētia cau salitatis ab imperio aut a Cōstantino. Quāto em̄ vt inquit Hug de sancto vict.lib. de sacramentis parte.ij.lib.ij.c.iiij. vita spūalis dignior est q̄ terrena ⁊ spiritus q̄ corpus:tanto spiritualis potestas terrenam potestatē siue secularem honore ⁊ dignitate precedit. Nam spūalis potestas terrenam ⁊ instituere habet vt fit:⁊ iudicare si bona non fuerit. Ipsa vero primo instituta est ⁊ cum deuiat a solo deo iudicari potest. Ad rōnem ergo in se rñdet negando minorem,⁊ ad ꝓbationem dicimus:q̄ Constantinus non instituit legem illā de preeminentia apostolice sedis ⁊ obedientia ei ab oībus dāda:quasi ius ex auctoritate de nouo condendo: qm̄ anteq̄ Constantinus esset Romanus pontifex primatum habuit in ecclesia dei ex collatione xp̄i facta beato petro: sicut superius est ostensuz. Sed bene Constātinus fidei feruore ⁊ ecclesie romane amore reuerentiali incensus diuinam ordinationez de primatu Roma.ponti.⁊ de obedientia ab oībus fidelibus illi prestanda executus est promulgando illā vt nullus p̄ ignorantiā se excusaret ⁊ precipiendo illam obseruari vt nullus malicia se romani ponti.obedientie subijcere recusaret:ita q̄ magis fuit ꝓmulgator: siue executor diuine ordinationis q̄ cōditor noue legis. Hinc rōnabiliter cōdēnatus est error dicentiū:q̄ papalis dignitas a cesare inoleuit: ⁊ pape prefectio ⁊ institutio a cesare emanauit. Qui error primo fuit Marsilij de padua: ⁊ fuit condēnatus in extrauaganti. Joh.xxij. ⁊ post renouatus per Joh.bus: ⁊ cōdēnatus in concilio Constantiensi.

Capitulum.xliij. In quo respondet rōnibus aduersariorum dicentium q̄ a cardinalibus pendeat primatus romani pontificis.

Capit XLII

Onsequēter re:

ē spōdēduz est ad rōnes dicentiū q̄ papalis dignitas siue pontificatus aplicus a collegio dñorum cardinalium pendeat. dicimus em̄ in primis q̄ hoc sit falsum. Pro solutione tamen argumentorum est notanduz: q̄ in papatu duo est considerare:scz formale:⁊ hoc est officium ipsum siue auctoritas pontificatus papalis. ⁊ est considerare materiale:quod est determinatio persone talis vel talis:videlicet Petri vel Nicolai. Qua distinctione habita respondetur ad rōnes. Ad primam cum dicunt q̄ cardinales dant electo papatum:dicimus q̄ loquēdo de papatu quo ad id quod est formale in eo antecedens est falsum. qm̄ papatus a solo deo est sicut ꝓbatum est: ita negandum est antecedens. Si vero loquimur de materiali papatus:quod est determinatio persone: respondetur q̄ antecedens potest concedi et negatur tunc consequentia: dñi em̄ cardinales eligendo bene determinant personam nō tamen dant ipsi dignitatem siue potestatem papalem. Aliud em̄ est conferre potestatē determinate persone: ⁊ aliud est determinate personaz que ex collatione iam facta assequatur talem potestatem. Ad secundam respondetur negando antecedens. Cardinales em̄ nec tota ecclesia posset restringere nec ampliare que a deo imediate est instituta. Ad tertiam respondetur negando antecedens. Dicimus em̄ q̄ cum aliquis est electus in papam immediate habet oēm plenitudinem potestatis iurisdictionis: vt ptz ex ca.in noie dñi. di. xxiij.licet non ordinis quousq̄ consecretur.

Ad primuz ⁊ te opinionis

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartum respondetur negando consequentiam: qm̄ sicut diximus parum supra in papatu est duo considerare:scz principatū ipsum ⁊ determinationē persone. Quanq̄ autē eccl̄ia nihil posset facere circa ipsam prātem augendo vel diminuēdo:pōt tamen circa determinationē persone aliquid facere ordinando de modo electionis:sicut factū est per Nicolaum papam in.c.in nomine dñi.xxiij.di. et per eundez:si quis aplici sedi.di.lxxix.⁊ extra de elec. vbi periculū lib.vi.⁊ in cle.ne romani

Ad quartum

Ad q̄ntum dicitur sicut iam dictuz est:q̄ ecclesia non potest restringere potestatem pape sicut nec ampliare aut instituere illam potest. Ad sextam respondetur negando consequentiam: multa enim a deo infunduntur: sicut anima rōnalis que opere humano tolli possunt. De istis autem inferius erit plenior tractatus

Ad q̄ntum

Ad sextum

Capitulū. xliiij. Qꝛ potestas papalis a nullo alio ꝙ a deo restringi possit nec ampliari.

Cap. XLIIII

Emonstrato ꝙ

d ptās siue pontificatus papalis a solo deo sit instituꝰ facile est intelligere ꝙ a nullo puro boie nec a toto mundo possit restringi aut amplia ri sed a solo deo: Primo. ad illū eī ptinet po testatē aliquā restringere aut āpliare ad quez pertinet eā instituere: cum ad instituētes ptā tem aliquā pertineat determinare potestatē quanta ⁊ qualis sit. Sed potestas papalis vt superius plene ostēdimus a solo deo est insti tuta: ⁊ habeť in. c. quis. di. xxi. Ergo per nul lam aliam potestatē a diuina potest restringi aut ampliari. Secūdo. potestas papalis est superioꝛ oīni alia potestate ecclesiastica. ergo a nulla alia potestate eccl'iastica pōt restrin gi aut ampliari. cōsequentia est bona: vt enīz habeť in. c. inferioꝛ. di. xxi. Inferioꝛ sedes po tiozem absoluere aut ligare non potest. ante cedens est notū ex superioꝛibus: imo est arti culus iam fidei diffinitus in cōcilio Lonstan tiensi: ꝙ potestas pape sit suprema ptās in ec clesia. Tertio sic: nullus potest mutationem facere restringendo siue diminuendo siue de struendo in ptāte super quā fundata est vni uersalis ecclesia nisi solus xp̄s qui eum funda uit: alꝰ nō esset vera illa xp̄i p̄missio: ꝙ aduer sus eam porte inferi non prevalerent. Sꝫ po testas papalis est hmōi. ergo nullus hominū potest nec etiam totus mundus potestatē pa palem tollere restringere aut diminuere. con sequentia est bona. maioꝛ patz. minoꝛ ꝓbať p illud. Matb. xvi. Super banc petram edifi cabo eccl'iam meā. qō vt in. c. xvij. supius ostē dimus. non solum per sanctos patres referť dictum esse rōne confessionis fidei petri: sed rōne potestatis sibi date. Eīn sctūs Tho. in fi ne. ij. Iniaruz dicit: ꝙ potestas pape fundamē tum quoddā est eccl'ie. Unde etiam Origen. dicit super illud Matb. xvi. Quodcunq; ⁊c. Vide quātam ptātem habet petra super quā fundať eccl'ia vt etiā eius iudicia maneāt fir ma quasi deo iudicante per ipsam. Itez btūs Anacletus in quodam decreto suo ait. Apo stoli statuerūt iussione saluatoꝛis vt maioꝛes ⁊ difficilioꝛes qōnes semper ad sedez referan tur aplicam super quam xp̄us vniuersam con struxit eccl'iam dicente dño ad p̄ncipez apo stoloꝝ. Tu es petꝰ ⁊c. Et Vigilius papa scri bēs dilectissimo fratri Eleutherio dicit. Nul li vel tenuiter scienti vel pleniter sapienti du bium est ꝙ ecclesia Romana fundamentum sit ⁊ forma ecclesiarum a qua oīs eccl'ia p̄n cipium sumpsisse nemo recte credentiuz igno rat. Quarto sic. non licet sine periculo here sis detrabere p̄uilegio aplice sedis dato sibi a xp̄o. Sed diminuere aut restringere ptātez aplice sedis est detrabere p̄uilegijs iuri bo noꝝ ⁊ dignitati datis aplice sedi a xp̄o. ergo hoc nulli licet. ꝓsequentia est bona. maioꝛ ptz ex. c. omēs. di. xxij. vbi dicitur sic. Qui autem romane ecclesie p̄uilegium ab ipso summo omniū eccl'iarum capite conatur auferre: hic ꝓculdubio in beresim labitur. Minoꝛ vero patz: qm̄ p̄ecipuuz p̄uilegium a xp̄o aplice sedi datuz est ipsa plenitudo ptātis ⁊ eius po tissima dignitas. Dicit eī Leo papa in epla ad Martionem imperatoꝛem. Magnus bo noꝛ est vnicuiq; dignitas sua. Quocirca Ni colaus papa in epistola quadam ad Micha elem imperatoꝛem ita ait. P̄uilegia aposto lice sedis nullatenus possunt minui: nullate nus infringi: nullaten? cōmutari: qm̄ funda mentum qō deus posuit humanus non valet amouere conatus: ⁊ quod dñs statuit firmuz validumq; consistit: illeq; potissimuz peccat qui dei ordinationi resistere tentat. P̄uilegia inq̄ huius sedis perpetua sunt diuinitus radicata atq; plantata. impingi possunt: trās ferri non possunt. trahi possunt: euelli nō pos sunt. hec ille. Non potest autem dici ꝙ hec a postolice sedis p̄uilegia aliqua p̄esulum in dignitas minuere posset attestante eodē bea tissimo Leone qui ait. Nonnūq; diuersa sunt merita p̄esulum: iura tamen permanēt sediū quibus possunt emuli perturbationez aliquā inferre: non tamen possunt minuere dignita tem. Non est autem hic pretereundum ꝙ ait Grego. ix. contra p̄esumptionem Michae lis Lōstātinopolitani. Quisquis romane ec clesie auctoritatē vel p̄uilegia euacuare vel diminuere nititur non hic vnius ecclesie: sed totius xp̄ianitatis subuersionem ⁊ interitum machinatur. cuius compassione vel sustenta tione vlterius respirabunt filie a quouis op p̄esse: vnica illa suffocata matre? ad cuius re fugium appellabunt: ad quam refugiuz habe bunt. ipsa eī Athanasium: ipsa omēs catho licos suscipit fouet defendit ⁊ pp̄ijs sedibus pulsos restituit. hec ille. Quinto. ptātem cu iuscūq; vicarij nemo pōt restringere aut am pliare nisi p̄ncipalis cuiꝰ est vicarius. Sed papa est vicarius iesu xp̄i eius vices gerēs in terris. ergo hmōi vicarij ptātē nemo nisi xp̄s cuius vicarius est pōt restringere diminuere mutare aut etiā ampliare. ꝓna est bona ⁊ p̄e misse patent. Sed si q̄s aduersarioꝝ vellet di

ere ad ista: sicut multos sequētes doctrinam cuiusdā Jarson audiuimus dicere cū Basilee essemus: q̄ etsi ptās pape p nullos boies tolli possit aut diminui: possent tamē p̄es in cōcilio congregati executionē ptātis illius impedire aut restringere aut sic regulare vt non valeat exire in actū nisi vt ei per concilīū generale fuerit dictatū. Taliter rñdens iudicio nostro male rñder: imo videt insipienter loq̄: cū videat aut oppositionē in obiecto aut vocē ignorantiam implicare. Ad hoc ptz. Est enim iurisdictio vt alīs in. i. lib. dixim⁹ potestas ius dicendi siue iudicandi ⁊ exequendi. similiter plena ⁊ totalis iurisdictio est tota plena ⁊ perfecta potestas iudicandi ⁊ iudicatū exequendi: alīs non est plena ⁊ perfecta. Unde dicere q̄ aliquis habeat iurisdictionē: ita tñ q̄ non possit iudicare ⁊ exequi etiā si vellet: est dicere q̄ habeat ptātem iudicandi ⁊ non possit iudicare: qđ est habere ptātem ⁊ nō habere. Similiter habere totam plenam ⁊ perfectā ptātem iurisdictionis ⁊ non habere totū plenū ⁊ perfectum exercitiū ita q̄ non esset validū ome quod iurta ptātem sibi datam facere vellet: est dicere habere plenam ptātem ⁊ perfectam iudicandi vel alia faciendi ⁊ tamē non posse illa facere nec perfecte nec totaliter: qđ est habere plenam ⁊ non plenam: qđ est manifeste contradictio. Preterea q̄ prefata rñsio nullius sit roboris ⁊ valoris patz: q̄ sicut tollere ptātem aliquā non potest nisi ptās superior: ita nec restringere aut impedire de iure exercitiū illius potest nisi superior potestas. Cum ergo fide tenenduz sit vt dixim⁹: q̄ potestas pape sit suprema in ecclesia: nulli dubium q̄ sicut nulla quorūcunq̄ potestas ecclīastica pōt tollere ptātem pape: ita non possit impedire aut restringere exercitiū eius. Sed de his in. iij. lib. vbi de cōcilijs vniuersalibus ⁊ eoꝝ auctoritate agendū est plenius dño adiuuante dicemus.

Capitulum. xlv. De errore quorundam aduersariorum dicentium papam non habere iurisdictionez coactiuam super fideles ⁊ rōnibus eorum.

Capl̄z XLV

Berunt quidā heretici homines perditissimi qui in tantū veritati apostolici principatus ⁊ ecclie sancte honori detrahere presumpserūt vt affirmare nō vererentur romanū pontificē alioscq̄ ecclesie prelatos nullam coactiuam iurisdictionē super alios habere fideles nisi imperator concederet: dicentes prelatorum ecclesie principatum ex institutione xp̄i in administratione ⁊ seruitio p̄sistere alioꝝ ⁊ non in coactiua iurisdictione. Quē errorē dānatissimū multipliciter cōfirmare nitūtur: quoꝝ motiua: vt deducit Ockam in dialogo suo sunt que sequunt.

Primo sic. Dicit. Matb. xx. Scitis q̄ principes gentiuz dñant eoꝝ ⁊ qui maiores sunt ptātem exercent in eos nō ita erit inter nos: sed quicūq̄ voluerit inter vos esse maior erit vester seruus. Ex quibus verbis dicūt dari intelligi q̄ maioritas ⁊ primitas illius q̄ est maior ⁊ primus inter omēs fideles in ministrando ⁊ seruiendo consistit. Cū ergo papa sit maior ⁊ primus inter omēs xp̄ianos sua maioritas in ministrando ⁊ seruiendo tantū cōsistit ⁊ per cōsequēs nullaz iurisdictionē coactiuā super alios habet: cum illa oībus ecclie prelatis videat interdicta. Argumentum qđ cus[illegible] tibus soluere[illegible] pi. xlvij.

Secundum

Secundo sic. papa non habet maiorē iurisdictionē coactiuam q̄ habuit xp̄us cuius est vicarius: sed xp̄us in q̄tuz homo mortalis non habuit iurisdictionē coactiuam. Tum q̄ iurisdictio coactiua sine diuitijs aut sine adiutorio diuitias habentiuz exerceri non potest: quas xp̄s non habuit. Tū q̄ ipso teste ministrare venit non ministrari. ergo nō venit coactiuam iurisdictionē exercere. ergo eam non habuit. ergo nec p cōsequēs eius vicarius habet.

Tertium

Tertio sic auctoritate Origen̄. qui sup illud Matb. xx. Reges gentium ⁊c. sic ait. Scitis q̄ principes gentium dñantur eoꝝ. i. non cōtenti tantū regere suos subditos violēter eis dñari nitūtur: inter vos autē qui estis mei non erūt hec: quoniā oīa carnalia in necessitate sūt posita: spūalia autē in volūtate. Sic ⁊ qui principes sunt spūales. i. prelati: principatus eoꝝ in dilectiōe penitus debet esse non in timore. Ex quibus verbis datur intelligi (inquiūt) q̄ totus principatus prelatoꝝ ecclie ⁊ p̄sequēs summi pōtificis in volūtate ⁊ dilectione ⁊ nō in timore debet consistere. ergo diligi debent non timeri. Qui aūt iurisdictione coactiua vtūtur a malis timētur. teste Apl̄o ad Ro. xiij. q̄ ait. Si aūt male feceritis timete scz ptātem prelati. ergo prelati eccl̄iarū iurisdictione coactiua vti non debent.

Quartum

Quarto ad idē inducūt Crysostomū q̄ ita sup eundē locū ait. Principes mundi ideo sunt: vt dñentur minoribus suis ⁊ eos seruituti subiiciāt ⁊ expoliēt ⁊ vsq̄ ad mortē eis vtātur ad suam vtilitatē ⁊ gloriam. Principes aūt ecclie fiunt vt seruiant minoribus: ⁊ ministrent eis quecūq̄ acceperint a xp̄o: vt suas vtilitates negligāt ⁊ illoꝝ p̄curēt. Ex qb⁹ verbis (inquiūt) pz distinctio inter p̄ncipes seculares ⁊ eccl̄iarū: q̄ p̄ncipes seculares suis subditis dñant: principes autē ecclie minoribus suis seruiūt ⁊ ministrāt. ergo

in eis iurisdictionē coactiuā exercere non va
Quintum lēr. Quinto inducūt ad idē beatuz Ambro. q̄ vt recitat. xxiij. q. viij. c. cōuenior. ait sic. Do
lere potero: gemere potero aduersus arma mi
lites cohorteſq̄ lachryme mee sūt mea arma:
talia em̄ sunt instra sacerdotis: aliter nec de
beo nec possum resistere. Ex quibus verbis in
quiūt habet q̄ sacerdos oratiōibus z lachry
mis debet malis resistere z non per potentiā
Sextum tēporalem: z per cōsequēs non habet iurisdi
ctionē coactiuam. Sexto inducunt beatum
Eryso. qui in libro suo dialogoz: q̄ de dignita
te sacerdotali intitulat. lib. ij. c. iij. sup id apli
ad. j. Corinth. i. Non dñant fidei vestre. ita dicit
Si qui foris sunt iudices malignos cū subdi
derint ostendunt in eis plurimā ptātem z in
uitos eos a pauoz prauitate mox compescunt
in ecclia vero non coactum sed acquiescentē
oportet ad meliora cōuerti: q: nec nobis a le
gibus data est talis ptās q̄ auctoritate sentē
tie homines cohibeamus a delictis. Clarius
(inquiūt) dici non posset q̄ ecclesia non ha
beat iurisdictionē coactiuā: cuz in ecclia nul
lus ad meliora debeat cogi nec aliquis debe
at cohiberi per iudiciale sententiā a delictis
Septimum Septimo sic. ad habēdē iurisdictionē coacti
uam spectat negocijs secularibus implicari:
q: ad ipsum pertinet cōtentiones z lites diri
mere. Contētiones aūt z lites z rixe inter ne
gocia secularia cōputant. extra ne cle. vl mo.
secu. nego. se imis. c. i. Sed ad summū pontifi
cez non pertinet secularibus negocijs implica
ri. reste apło. ij. ad Thimo. ij. qui ait. Nemo mi
litās deo implicat se negocijs secularib⁹. Er
Octauum go ad summū pontificē non pertinet iurisdi
ctio coactiua. Octauo sic. Papa non habz
iurisdictionez maiozē q̄ btūs petrus. sed bea
tus petrus z alij apostoli iurisdictionē coacti
uam a xpo minime receperūt. ergo nec papa
habet iurisdictionē coactiuaz ex ordinatione
xpi. maioz est manifesta. minoz pbat auctori
tate beati Bernardi q̄ in lib. ad Eugeniū pa
pam inquit. Non monstrabunt puto q̄ hoc di
cerent: vbinam quispiam apostoloz iudex se
derit hominū. Et parū post. Stetisse nāq̄ le
go apłos iudicandos: sedisse iudicātes non le
go: etiā illud non fuit. Ex q̄bus verbis dat in
telligi q̄ apli iudices hominū non fuerunt. er
Nonum go beatus petrus iurisdictionē coactiuā non
habuit. Nono hoc q̄ apli boium iudices nō
fuerunt: btūs Greg. sentire videt: qui tractās
illa verba. Secularia iudicia si habueritis: in
mor. lib⁹ ita dicit. Si terrenas causas exami
nent q̄ exterioz rerūz sapientiā perceperunt.
Qui aūt spūalib⁹ dotati sunt terrenis nō de
bent negocijs implicari: vt dum nō coguntur
inferioza bona disponere valeant bonis supio
ribus deseruire. Cū ergo apli maximis bonis
spūalibus fuerint dotati: ipsi nō fuerunt circa
causas hominū z lites aliq̄liter occupati. De Decimum
cimo hoc etiam glo. sup illud ad Corin. Secu
laria igit iudicia: aperte sentire videt. ait em̄
contēptibiles em̄. i. aliquos sapientes: qui tñ
sunt minoris meriti cōstituite ad iudicandū.
apli enim circūeuntes talibus nō vacabant.
Sapiētes ergo qui in locis ꝓsistebant fideles
z sancti: nō qui hac atq̄ illac ꝓpter euāgeliū
discurrebant negocioz examinatores esse vo
luit. Quib⁹ verbis (inquiūt) ostendit q̄ apo
stoli causis hominū terminādis minime ifiste
bant. Ex quo infertur q̄ nō acceperant iurisdi
ctionē a xpo coactiuā: q: omne officiū iniūctū
eis a xpo diligentissime pfecerunt.

Capitulū. xlvi. In quo improbatur error prefatus.

Cap. XLVI

Vam dānatissi
q me errēt prefati aduersarij dicē
tes tam romanū pontificē q̄ ali
os ecclesie plātos nullam ex xpi
ordinatione habere iurisdictionē coactiuam:
ꝑ ex cōcessione imperatoris: facile ostendim⁹.
Ostendit duo principaliter Ostendim⁹ aūt imprimis falsitatem z errorē
prime partis in qua dicunt: plātos ex xpi ordi
natione nō habere sup fideles iurisdictionem
coactiuaz. Secundo errorē secunde partis in
qua dicūt q̄ hmōi iurisdictionē coactiuā plā
ti habuerūt ab imperatore siue a seculari pote
state. Prima aūt pars ostēdit erronea mul
tipliciter. Primum Primo auctoritate sacre scripture.
Secūdo auctoritate sacroz conciliorz. Tertio
diffinitione apostolice sedis. Quarto sanctoz
rum doctorū testimonio. Quinto rationibus.

Imprimis autē sacre scripture auctoritate
erronea pars illa ostēdit. Primo ex illo quod
xps petroz in petro successoribus suis cunctis
q̄ ecclesie prelatis ait Math. xvi. Tibi dabo
claues regni celoz. Claues dicit in plurali: q:
sez vt est doctrina cōis sanctoz tam claues in
foro cōscientie q̄ in foro exterioris iudicij. Un
ait glo. interli. i. presentis iudicij potestatem.
Et seq̄tur. Quodcunq̄ ligaueris sup terram
siue in foro cōscientie siue exterioris iudicij: li
gatū erit z in celis. Cum aūt nō tm̄ voluntarij
ligentur sed etiam inuiti: manifestum est q̄ in
clauibus datis Petroz in eo suis successorib⁹
intelligat data iurisdictio coactiua. Secun
do improbat prefat⁹ erroz ex illo Mar. xviij.
vbi habetur. Si autem peccauerit in te frater
tuus vade z corripe eū inter te z ipsum. Et in
fra. Si aūt te nō audierit dic ecclesie: si autem

ecclīam non audierit sit tibi sicut ethnicus ⁊ publicanus:amen dico vobis quecūq; alligaueritis.glo.vinculo anathematis:sup terram erunt ligata ⁊ in celo ⁊c.vbi Iero.in gl.ait. Potestatē tribuit apl̄is vt sciant q̄ a talibus dānanē humanā sniam diuina snia roborari. Ceterū apl̄s.i.Corinth.vi.reprehēdēs corinthios q̄ ꝓhēptis fidelibus corā infidelibus iudicibus litigassent:ad p̄bandū q̄ de rebus secularibus ⁊ terrenis iudicandi ptās esset apud ecclīam inquit. Nescitis qm̄ angelos iudicabimus quāto magis secularia.glo.i.de rebus seculi. Non est aūt dubiuz q̄n talis dānatio ptineat ad iurisdictionē coactiuā. ergo apostoli ⁊ eoz successores ex xp̄i ordinatiōe coactiuā iurisdictionē habuerunt. Tertio idez ostendi pōt ex illo. IIIatth. xxvi. vbi de petro dicit q̄ exemit gladiū suū ⁊ percutiēs seruum pncipis sacerdotū amputauit auriculā ei⁹. Per qō designat apud petrū futurā esse potestatem coactiuā ad correctionē. Unde beat⁹ Greg.vt habet in.c. si petrus.xxiij.q.i.inquit Tollit ergo petrus aurez:quare petrus? q̄ ipse est q̄ accepit claues regni celoz. ille em̄ cōdenat qui ⁊ absoluit:qm̄ ligādi ⁊ soluendi idē adeptus est potestatem. tollit aūt aurē male audientis.tollit aūt gladio spūali aurez interiorē male intelligentis. Quarto idē colligitur ex illo Luce.xxij. vbi apl̄is dicentibus. Ecce duo gladij hic:rndit dns:satis est. Ubi cuz per gladios duos mystice intelligant̄ due potestates:spūalis.s.⁊ temporalis: vt būs Bernardus lib.de cōsideratione ad Eugeniū papam exponit:quas apud romanū pontificem aliquo modo residere dicit:manifeste dat intelligi romanū pontificem ex xp̄i ordinatione iurisdictionē coactiuā que p gladios designatur habere. Quinto errozis prefati oñditur stultitia ex illo q̄ dns ait petro Joh.vlt. Pasce oues meas. vbi officium pastoris cōmittit beato petro:q̄ officium plantissimuz est non posse bene agi sine iurisdictione coactiua: cū glo.in eo loco dicat. Pascere oues est credentes ne deficiant cōfortare:terrena subsidia si necesse est subditis p̄uidere:exēpla virtutum prebere:aduersarijs obsistere:peccātes corrigere. Sexto idem ostendit̄ ex apl̄ica doctrina.vñ.i.ad Cor.iij. Paulus inq̄t. In virga veniam ad vos:in charitate ⁊ spū mansuetudinis. vbi apertissime se demonstrat habere iurisdictionē coactiuā.vñ in sequēti.c. habet̄ q̄ Paulus fornicatorē quēdā tradidit sathane in interitū carnis vt spūs eius saluus fiat. Ex quo manifeste apparet q̄ apl̄us iurisdictionē coactiuā habebat:⁊ ptz q̄ non ab imperatore qui infidelis erat.ḡ a deo. Consequēter scdo cōfutatur error ꝓfatus ex gestis quasi omniū cōciliorū vniuersaliū ⁊ maxime illoz quattuor principaliū in quib⁹ dānati excōmunicati ⁊ a suis dignitatibus depositi legūtur plures heretici:sicut in Niceno Arrius:in Constātinopolitano Macedonius: in tertio.s. ephesino Nestorius:in quarto.s. Calcedonen. Eutices vt in.c.canones.di.xv. Et sili modo in alijs cōciliis. Hoc aūt sancti p̄es minime facere potuissent nisi habuissent ex xp̄i ordinatiōe iurisdictionē coactiuam. Preterea totus quint⁹ liber decretaliū qui de penis intitulat̄ manifeste ostendit stultitiā errozis p̄fati. Tertio errozis p̄fati temeritas ostenditur ex apostolice sedis que fidei magistra est determinatiōne que in Extrauagāti Joh.xxij. q̄ incipit. Licet p̄m doctrinā apl̄i. vbi Marsilium de padua ⁊ Joh.de ianduno p̄fati errozis ⁊ alioz quozūdam autorez reprobat ⁊ condēnat. Quarto prefatus error dānabilis ostenditur etiam ratione. Ptās spiritualis est maioz ⁊ deo cōiunctioz q̄ secularis vt superi⁹ circa finē primi libri multipliciter ostendim⁹. Sed secularis potestas ad exercitiū officij sui habet iurisdictionem annexā coactiuam. est em̄ dei minister ad Ro.xiij. Ergo etiam potestas spūalis cum ei⁹ minister sit etiam vices eius gerēs pariter ad exercitiū eoz que ad officium ei iniunctū pti nent necessario habet modo sibi conuenienti annexā iurisdictionē coactiuam. vñ Ecclesiastici.x. dicit̄. Judex sapiens iudicabit populū suum.ergo etiā ptās spiritualis. ꝓntia est manifesta. Secūdo sic. De rōne cuiuscūq; pfecti principatus est habere iurisdictionē coactiuā Sed principatus ecclesiastic⁹ est maxime pfectus: vnde cōparat̄ Soli iuxta.ca.solite.extra de ma.⁊ ob. Ergo principat⁹ ecclesiasticus habet iurisdictionez coactiuam. ꝓntia est bona. maioz est Aristo.iij. Etbi. Cū em̄ ꝓmones persuasiui qualicunq; ratione fulciri nō sint semp potentes mouere subditos ad bonum: quod est principalis intentio boni principis.necessariū est vt apud principem sit iurisdictio coactiua qua per penas faciat q̄ persuasionib⁹ nō potuit. Hinc est q̄ legis: vt dicit Isido.li. Etby.⁊ habetur in decreto di.iij.omnis autez lex:nō solum est imperare vetare permittere: sed etiam punire. Et hoc sufficiat de improbatione prime partis prefati errozis. Secunda vero pars in qua prefati pestiferi aut damnatissimi aduersarij dicunt q̄ iurisdictio coactiua que apud ecclesiam est ex cōcessione imperatoris sit.patet luce clarius erroneum esse Primo ex dictis iam supra in reprobatiōne pri

Secundum principale

me partis errorīs prefati. Constat em̄ beatum petrū pro se ⁊ suis successorib⁹ a p̄o principatū suscepisse. ergo ab eo. s. xp̄o iurisdictionem habuit: ⁊ habēt ei⁹ successores ⁊ nō ab aliquo alio. ꝟntia est manifesta. antecedēs nō modo ex dictis patet: ꝫ etiam supra ex. c. xxi. Secūdo idē ostendit ex antiquitate ecclīastici principatus sic arguēdo. Principat⁹ ecclesiastic⁹ etiam cū iurisdictione coactiua precessit multo tēpore imperatores catholicos. ergo seq̄tur ꝙ ipse in iurisdictione coactiua quā habet nō dependet ab imperatorib⁹. ꝟntia est manifesta: cū prius nō dependeat a posteriori: nisi aduersarius tanta caligaret cecitate vt ab imperatorib⁹ etiam infidelib⁹ quales oēs fuerūt fuerunt em̄ duo philippi pater ⁊ fili⁹: sed nō a pte xp̄iani vt dicit Eutropius: vsq; ad constantinū magnū diceret romanū pontificem suscepisse principatum. Tertio ostendit sic. Nobilius ⁊ pfectius nō recipit a minus nobili⁹ ⁊ minus pfecto pfectionem potestatis ⁊ virtutis sue. vt enim ait Aristo. ij. de anima ⁊ Aug. sup Gene. agens nobilius est ⁊ prestantius passo Sed principat⁹ ecclesiasticus est multo nobilior ac pfectior ꝙ secularis: quanto. s. aia corpore vt dicit Hugo de sancto vict⁹. quāto sol luna vt dicit Innocenti⁹ in p̄otime allegato ca. solite. quanto aurū plumbo: vt ait Ambro. in. c. duo quippe. di. xcvi. Ergo nullo modo est dicendū sed tanq̄ falsum ⁊ erroneum abiciēdum est ꝙ iurisdictio coactiua pape ⁊ prelatorum ecclesie dependeat ab impatore. Quarto sic. Ab illo a quo alicui cōmittitur aliquod officiū cōmittuntur ea fine quibus officiū agi nō potest. Sed a xp̄o ⁊ nō ab impatore cōmissum est petro ⁊ ei⁹ successorib⁹ pastorale officium ⁊ cura totius populi xp̄iani ac regimen vt supra ostensum est. Ergo necesse est dicere ꝙ a xp̄o ⁊ nō ab imperatore terreno aut ab aliqua terrena potestate habet iurisdictionē Romanus pontifex coactiuam. Quinto sic. Impatores legūtur puniti vtpote excōmunicati ⁊ priuati dignitate a romanis pōtificibus: imo etiam ab alijs minorib⁹ ecclesie p̄latis. Ergo iurisdictio coactiua romani pontificis ⁊ aliorū prelatorū ecclesie nō dependet ab imperatoribus siue ab aliqua alia terrena potestate. cōsequentia est clarissima. antecedēs licet pateat ex multis hystorijs que note sunt: nihilominꝰ probatur per illud quod Gelasius papa in. c. duo quippe. di. xcvi. dicit: vbi ad imperatorez Anastasium scribens ita inquit. Duo quippe sunt imperator Auguste quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacra pontificum ⁊ regalis potestas: in quibus tanto grauius est pondus sacerdotum quanto ⁊ p ipsis regibus in vltimo reddituri sunt examine rationem. Et post pauca. Nosti itaq; inter hec ⁊ illorum te pendere iudicio non illos ad tuā redigi voluntatem: talibus igitur institutis talibusq; fulti auctoritatibus pluresq; pontificum: alij reges: alij imperatores excōmunicarunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum: beatus Innocentius papa Archadium imperatorez qz consensit vt sanctus Crysostomus a sua sede pelleretur: excōmunicauit. Beat⁹ Ambrosi⁹ licet sanctus: non tamen vniuersalis ecclesie episcopus ꝙ culpa que alijs sacerdotibus nō adeo grauis videbat Theodosium magnum imperatorē excōicās ab ecclīa exclusit. Manifestē ergo ptz stulticia p̄fati erroris in vtraq; sui parte.

Capitulum. xlvij. In quo respondetur ad obiectiones aduersariorum suprapositas.

Mprobato erro re prefatorum hominū perditorꝫ iam respondenduz restat eorum obiectionibus. Ad primā que sumitur ex illo Matth. xx. Scitis quia principes ⁊c. respondetur: ꝙ auctoritas illa nihil facit ꝙ aduersarijs. Non em̄ bene ac recte intelligunt illam sed deficiunt in duobus. Primo quidem in hoc: qz non est verū vt pretendunt ꝙ in verbis prefatis dns oēm dnatum siue p̄incipatuꝫ interdixerit apostolis: nec per consequens simpliciter oēm iurisdictionem coactiuam: cum xp̄us legatur dixisse petro. Super plebem meam principem te constitui. ⁊ de apostolis dicat̄ psal. xliij. Constitues eos principes super oēm terrā. sed tantū dnatum ⁊ iurisdictionez qua gentiles ⁊ homines mundani vtunt̄ in subditos suos in seruiturem eos redigendo ⁊ eorum vita abutendo ad suas vtilitates ⁊ gloriam: sicut plenius explanauim⁹ in superioribus. ca. xij. respondendo ad hanc obiectionem. Secundo deficiunt aduersarij in hoc: qz administratio illa ad quam ecclesie maiores deputant̄ non est vt ipsi pretendunt administratio qua seruus administrat domino suo: aut frater fratri suo: sed qua dns ⁊ presidens intendit cōmoditatibus subditorum: qua medicus intendit saluti infirmantiū: pater correctioi filioꝝ: pastor cure gregis: rector regimini populi: ⁊ gubernator nauis directioni. Huiusmodi autem administratio non excludit iurisdictionem coactiuam in ministris supra eos quibus administrat: vt prefati heretici fatue imaginant̄ sed potiꝰ includit. Un

Cap. XLVI

Ad primum arg capi. xlv.

Ad secundum

o aduersarij contra conclusionem iam positam: licz clarior sole esse videatur. Et p̄mo sic. Vnius ⁊ eiusdem non possunt esse duo iudices vel prelati ordinarij immediate: vt videtur. sed episcopi sunt ordinarij in episcopatu ⁊ curati in parochia. ergo videtur non posse papa cōcurrere cum episcopo in episcopatu vt ordinari⁹ ⁊ episcop⁹ cū curato in parochia vt sic. Secundo sic. Ex similitudine hierarchie ecclesie militantis ad triumphantē. Sicut in hierarchia angelica siue ecclesie triumphantis est ita in hierarchia ecclesie militantis esse debz quia vna ē exēplata ab alia: sed in hierarchia angelica diuersi ordines vel illi qui pertinent ad diuersos ordines nō possunt immediate se habere ad vnū ⁊ eundē ordinem. ergo in hierarchia ecclesie militātis papa episcopi ⁊ curati non possunt se habere immediate ad infimos scz parochianos: sed constat q̄ curati immediate se habent ad eos: ergo non papa nec etiam episcopi. Tertio ex similitudine ordinis qui ē inter membra corporis naturalis sic Sicut est in ordine membrorum corporis q̄ est impossibile vnum membrū pluribus coniungi immediate mēbris: sic simliter in ecclesia que instar corporis naturalis corpus quoddā dicitur Rom. xij. illos qui sunt vnius gradus impossibile est coniungi pluribus gradibus immediate: sed parochiani qui sunt infimi cōstituunt vnū gradum: ergo impossibile q̄ immediate subdantur curato episcopo ⁊ pape q̄ sunt diuersorum graduum. Quarto sic. Potestas pape aut se habet ad potestates episcoporum ⁊ curatorum sicut potestas regis ad potestates principum: aut sicut potestas regis ad potestates iudicum institutorum per eum. Si p̄mo modo sequitur q̄ potestas episcoporum ⁊ curatorum non sit a potestate pape: sicut potestas principum non est a potestate regis. Si secundo modo sequiť q̄ episcopi non sunt ordinarij sicut iudices nō sunt ordinarij: vt videť. Quinto arguūt sic. In ca. Omnis utriusq; sexus. extra de pen. ⁊ re. precipitur q̄ omis utriusq; sexus fidelis cum ad annos discretionis venerit oīa peccata sua saltem semel in anno confiteatur proprio sacerdoti: ergo sequiť q̄ papa non sit immediatus singulorum pastor: consequētia videtur nota: quia si alius est ꝓprius per consequens nō papa, ⁊ ideo non immediatus.

Secūdum

Tertium

Quartum

Quintum

Capitulum. lxvij. In quo respōdetur obiectis aduersariorum iam factis.

Js facile est re-

Capln LXVII

Ad p̄mū

b spondere bene intelligentibus que iam diximus. Ad rationē ergo primam cuz dicitur q̄ vnius ⁊ eiusdem ⁊c. respondetur q̄ maior illa nō habet veritatem quando vna potestas est ab alia totaliter: tunc enim due potestates ordinarie immediate possunt esse respectu eiusdē ⁊ persone ⁊ casus: ita scz q̄ tam ista q̄ illa potestas possit exercere iurisdictionē immediate in personam istam ⁊ in tali casu: sed q̄ due potestates ordinarie sint quarū vna nō sit sub alia nec subsit ei totaliť immediate respectu eiusdem est impossibile: quia cum vna non refrenat aliam nec ei imponeret legē impossibile esset eundē subditum vtriq; satisfacere: sed quando vna potestas subest alteri bñ potest subdit⁹ satisfacere: q̄ potestas superior potest suspēdere inferiorem quo ad executionē. Vel

dicendū vt dicit sanctus Thomas in .iiij. dist. xvij. q inconueniēs esset q duo equaliter sup eandē plebē constituerent: sed q duo quorum vnus ē principalior alio sup eandē plebem cō stituant nō est inconueniens. ⁊ ꝑm hoc sup eandem plebē immediate sūt sacerdos parochialis epūs ⁊ papa ⁊ q̄libet horum pōt cōmittere ea que sunt iurisdictiōis ad ipm ptinētia alteri.

Ad secundum

Ad secundam q̄ sumit ex similitudine hierarchie celestis respōdet. Primo sic negando minorē. Dicim⁹ em̄ q pōt ordo ille mutari: qr ordo ille nō est necessarius? sed volūtarius? quātus ad caput totius ordinis. s. deum qui oīa pōt agere immediate p seipm. angeli etiā superiores quantū est de ptāte absoluta possunt illuminare ordinē remotū omisso ordine medio: qr ꝓbabile ē q quicq̄d pōt inferior angelus p virtutē datam sibi a superiori instruēdo alios possit superior p seipm. de facto etiam tenet a multis doctorib⁹ q aliqui de superiorib⁹ ordinibus missi fuerūt ad aliquos homies q̄ sunt sub ordine angelor. si ergo ꝑm eos simile ē de ordine hierarchie celestis ⁊ ecclesiastice. ergo ordo ecclesiastice hierarchie non ē necessarius? sed volūtarius ⁊ per cōseqūns pōt mutari ꝓut placet capiti totius ordinis scz summo pōtifici Secūdo respōdet iuxta sctm̄ Tho. q ecclesiastica hierarchia imitat celestē aliqualit̄ sed non pfecte assequit̄ similitudinē eius: qr nō in oīb⁹ ⁊ maxime in hoc. qm̄ vt ipe inqt in libro ꝓtra impugnantes religionē: in celesti hierarchia distinctio donor gratuitorum ꝑm que ordines distinguunt sequit̄ distinctionē nature nō aūt in homib⁹. ⁊ ideo cū angelor natura sit immutabilis ordo inter eos habz immutabilitatem aliquā que in hierarchia ecclesiastica non ē. ⁊ ideo ratio nō ꝓcedit.

Ad tertium

Ad tertiā rationē sumptam ex ordine membror corporis naturalis respondet eodē modo sicut ad ꝓcedentē: quia non ē simile p oīa de corpe naturali ⁊ corpe mystico: qm̄ licz in vtroq̄ sit ordo non tm̄ eque necessarius: sicut nec ordo quo quis mouet lapidem mediante baculo ē eque necessarius sicut ordo quo hō mouet manū mediante brachio. ⁊ ideo sicut homo pōt mouere lapidē mediante baculo ⁊ sine baculo mediante: ⁊ hoc absq̄ monstruositate: ita pōt papa vel epūs exercere actum ptātis sue siue hierarchizare quēcunq̄ infimū parochianū per se vel per aliū siue curatum siue cōmissariū institutum ab eo absq̄ monstruositate aliqua aut confusione corporis mystici quod est ecclesia.

Ad quartum

Ad quartā ptz responsio ex responsione data ad secundū obiectum. c. lxiij.

Ad quintū

Ad quintū respondetur q vt dicit sanctus Thomas ⁊ domin⁹ Albertus ⁊ domin⁹ Bonauentura exponentes illam decretalem dicūt q ꝓprius sacerdos non solus est parochialis sed etiam episcopus vel papa ad quos etiam magis pertinet cura populi q̄ ad sacerdotem parochialē vt multipliciter ē ostēsum sup̄. Vñ in decretali illa ꝓprium nō accipit ꝑm q diuidit ꝑ cōe: ꝑ ꝑm q diuidit ꝑ alienum vñ q̄ cōfessus est episcopo suo vel alicui habenti vicem eius aut pape aut cōmissarijs sicut penitentiarijs aut priuilegiū habentib⁹ ab eo audiendi confessiones confessus ē ꝓprio sacerdoti: ⁊ ita ratio nō procedit.

Capitulū. lxviij. Qr ꝓeter romanum pōtificem sunt in ecclesia necessarij alij ꝓlati.

Capm LXVIII

Boniam fortas

Boniam fortasse ex hoc q dixim⁹ romanū pōtificem immediatum pastorem ac iudicem omniū fidelium oīaq̄ posse que singuli alij ꝓlati apud fideles sibi subiectos perficere possunt: videretur aliquibus sequi q alij ꝓlati in eccl̄ia aut superflui forent aut non necessarij: oportunum duxim⁹ declarare q nō obstante tanta amplitudine ptātis romani pontificis quantā nos esse diximus adhuc ꝓter eum qui vniuersalis pastor est necessarij sunt in ecclesia alij ꝓlati: ⁊ hoc ratione multiplici. Primo iuxta sanctū Tho. in .iiij. di. xix. fic. Ea que circa singularia oportet operari nō eodem modo oīb⁹ competunt. Vnde sicut ꝓter generalia medicinalia precepta oportet adhibere medicos q̄b⁹ ꝓcepta vniuersalis medicine singulis infirmis ꝑm q debēt aptentur: ita in quolibet ꝑncipatu ꝓter illum qui vniuersaliter ꝓcepta legis tradit oportet esse aliquos qui ea singulis ꝑm q debēt adaptent. ⁊ ꝓpterea etiam in celesti hierarchia sub ptātibus qui indistincte ꝓsunt ponunt principat⁹ qui singulis ꝓuincijs distribuunt ⁊ sub his angeli qui singulis hominib⁹ in custodiā deputant. Vnde ⁊ ita debet esse in ꝓlatione militantis ecclesie vt apud aliquem esset ꝓlatio indistincte in omnes ⁊ sub hoc essent aliqui qui super diuersos distinctam potestatem acciperent.

Secundo hoc idem necessarium ostendit ex eo q impossibile erat totum populum christianum per vnum solum hominē immediate regi atq̄ gubernari. Quocirca manifeste apparet ꝓ bono ecclesie regimine fuisse necessarium vt ꝓter summum ac vniuersalem ꝓlatum romanum pontificem alios in ecclesia instituant ꝓlati. Tertio hoc etiam luce clarius apparet ex ipsa diuersitate actionum necessariarum in ecclesia dei ad quas

partes adinuicez sibi cōtradicūt. Implicant aūt contradictionē. Primo. nam in ea parte in qua dicūt q̄ plenitudo potestatis sit in papa vt in subiecto administrāte illā: ⁊ in ecclesia sicut in obiecto finali: ⁊ in cōcilio sicut in exemplo: cōtradicit eoꝝ opinioni in ea parte in qua dicūt q̄ plenitudo potestaꝭ p̄ncipalis et excellētius sit in eccl̄ia aut in concilio q̄ in papa. Patet qz potestas quecūq; ꝓpriꝰ ⁊ p̄ncipaliꝰ dꝛ esse vbi est subiectiue ⁊ administratiue siue dispēsatiue: quēadmodū est in artifice aut duce exercit⁹ aut magistro operis q̄ sit in obiecto siue in exemplo: sicut potestas medicandi ꝓpriꝰ ⁊ p̄ncipaliꝰ habet esse in medico q̄ in corꝓe infirmo ad cuius curatōem ordinata est ⁊ q̄ in libro medicine. ars etiam edificādi p̄ncipaliꝰ ⁊ ꝓpriꝰ habet esse in artifice q̄ in domo ad cuius edificationē ordinatur. Ceterū falsum dicunt q̄ eccl̄ia sit obiectum finale potestatis papalis: quoniaz ls potestas papalis sit ei data in edificationem ecclesie: nō tamen ipsa ecclesia dꝛ finis vltim⁹ intētus potestatis eius: sed est ipa beatitudo ad cuius pascua ipa vniuersalis eccl̄esia p pastorem suum atq; rectorē qui est papa: ꝑm illō Joh. vlti. Pasce oues meas: ⁊ est dirigenda ⁊ deducēda sicut inferius plenius ostendemus Preterea falsum esse videtur q̄ potestaꝭ plenitudo sit in cōcilio sicut in exemplo ⁊ speculo: sed potius hoc modo dicēda est esse in lege xp̄i siue euāgelica ꝑm quā tota ecclesia est regulanda. vnde in ꝑsona ecclesie dicit ꝓpheta de ea. Lucerna pedibus meis verbum tuum ⁊ lumen semitis meis. Secūdo positio illa implicat contradictionē. nam in ea parte vbi in papa ⁊ in ecclesia vniuersali ⁊ in concilio ponunt vnam et eandē potestatē contradicunt ei quod dicunt q̄ concilium vniuersale potest corrigere coercere refrenare ⁊ punire abusus potestatis papalis. Patet: nam cuz hmōi nō possit in papaz nisi qui sit altioris potestatis iuxta. c. inferior. di. xxi. impossibile est q̄ concilium ista posset facere si nō habet nisi eandez numero potestatē quam habet papa. Tertio positio illoꝝ implicat. nam in ea parte in q̄ dicunt plenitudinē potestatis in cōcilio esse non sicut in subiecto ⁊ administrāte: sed sicut in exemplo siue in speculo cōtradicit ei quod dicunt q̄ concilium potest coercere refrenare abusus pape ⁊ abutentē corrigere. Patet: qa licet per moduz concilij auisare ⁊ dirigere q̄s possit alium nō habens aliquā auctoritatem iurisdictionis super eum corrigere. tamē correctione que est actus iustitie et coercere refrenare ⁊ huiusmodi non potest nisi is in quo est potestas iurisdictōnis sicut in subiecto administrante ⁊ exercēte illam: vt manifeste patet. cuius em̄ est potestas eius est actus inq̄t P̄bs. Propter que sicut supra diximus positio illa aduersariorum videtur nobis fine intellectu. Alij vero de numero magistrorum nouelloꝝ qui Basilee fuerūt altius sapere presumentes q̄ illi qui fuerūt in Cōstantia vtpote cupidi gl̄ie ⁊ principatus dixerūt q̄ potestatis plenitudo esset in ecclesia non modo sicut in obiecto finali aut in cōcilio sicut in exēplo sicut prediterant supradicti: sed sicut in subiecto administrante ⁊ exercēte. sicut practica demonstrarunt oēm papalis potestatis administrationē ⁊ exercitiū sibi assumētes. Dicūt em̄ q̄ ipsi vniuersali ecclesie q̄ dicit collectio oīm fideliū in omnib⁹ mēbris suis coniūctim data sit ipsa potestas clauium in plenitudine: etiā p̄ncipali⁹ q̄ pape. sicut si dicam⁹ q̄ vni collegio data sit aliqua auctoritas alicui⁹ iurisdictionis exercende vel electōis celebrāde. Ad quā cōclusionē ꝓbandam plectis multis eoꝝ tractatib⁹: reperim⁹ eos multis medijs in varijs suppositionib⁹ fundatis ꝓcedere. Prima suppositio est: q̄ ea q̄ dicta sunt petro aut apostolis trabēda sunt ad ecclesiā. Hanc suppositionē ꝓbāt per id quod dicit beat⁹ Aug. in epistola ad Esitiū de die nouissimo: ait em̄ sic. Verba que locut⁹ est xp̄s ad apl̄os oportet de successorib⁹ intelligere. sicut illud. Eritis odio omnib⁹ gentib⁹ ꝓpter nomen meum Et illō. Eritis mihi testes in omni iudea ⁊ samaria ⁊c. sicut ⁊ illud. Ego vobiscuz sum vsq; ad consummationē seculi: qō tamen eum vniuerse ecclesie ꝓmisisse q̄ aliꝰ moriēt⁹ aliꝰ nascentib⁹ vsq; in seculi consummationē futura est quis nō intelligat? Nec ille. Itē super ps̄. cviij. idem Aug. ita inq̄t. Quedam dicunt que etsi ad apostolum petrū ꝓprie ptinere videant nō tamen habent illustrem intellectū nisi cū referuntur ad ecclesiam. Ex hac suppositione arguunt aduersarij sic. Si dicta petro et alijs apostolis trabenda sunt ad vniuersam ecclesiam. ergo dicta petro per que designatur in eo plenitudo potestatis intelligenda etiam veniunt de vniuersali ecclesia: ⁊ per consequēs potestatis plenitudo nō tm̄ apud petrum fuit: sed etiam apud vniuersam ecclesiam. Secunda suppositio est q̄ omnia dicta petro importantia auctoritatez eius sunt etiam dicta alijs apostolis ⁊ in illis tori ecclesie. Quam suppositionē ostendunt veram maxime in duobus in quibus potissime data petro potestas exprimitur. Primo de illo Mat. xvi. vbi xp̄s ait Petro. Tu es petrus ⁊ sup ⁊c.

Scōs mod⁹ dicēdi de quo. c. lxxi.

Prima suppositio aduersariorum q̄ improbabit in fra. ca. lxxiij.

Probatio prime

Probatio scōe

Rō aduersariorꝫ

Secunda suppō que improbabit ca. lxxiiij.

Sequit. Tibi dabo claues ꝛc. Quod ñō boc fit dictū omnibus ꝓbant ex eo: ꝙ cum petrus nō solū fuerit interrogatus sed etiam omnes apostoli ꝛ petrus ꝓo omnibus ñdet vt dicit glo. sequit ꝙ cum collatio clauiū videatur fuisse ob meritū cōfessionis fidei ꝙ nō solum ꝓ petro sed etiā ꝓ alijs apostolis dictum sit illi. Tibi dabo claues ꝛc. Quod ita confirmāt auctoritate beati Aug. ſmone. x. sup Joh. ita dicentis. Cū esset ipe numerus duodenarius. i. quatripartitus in ternos ꝛ oīs essent interrogati solus petrus ñdit. Tu es xp̄us filiꝰ ꝛc. et ei ꝺ: tibi dabo ꝛc. tanꝙ ligādi ꝛ soluēdi solus acceperit ptātem: cū et illud ꝓ omnibꝰ dixerit: ꝛ boc cū oibus tanꝙ ꝓsonam gerēs ipsi⁹ vnitatis accepit. Secūdo boc cōfirmant auctoritate Leonis pape qui in ſmone quodaꝫ apostoloꝝ tractans illud. Quodcūꝙ ligaueriꝫ ꝛc. ita dicit. In apostolos alios ius hmōi protestatis ꝛ ad oīs ecclesie p̄ncipes huius decreti cōstitutio cōmeauit. Tertio auctoritate Rabani qui in glo. Mat. xvi. ita dicit. Huius soli petro hec potestas data videatur. ceteris tamen apostolis dat. Consequēter p̄fatam suppositionē verificare nituñ ex illo Jo. vlt. vbi dictū legit petro. Pasce oues meas. Ō verbum ad oīs etiaꝫ dictū esse ꝓbant ꝓ hm Augustinū qui in lib. de agone xp̄iano ita dic. Non ei sine causa inter apostolos ecclesie catholice ꝓsonam sustinet petrus: huic em̄ ecclesie claues date sunt cū petro date sunt. ꝛ cum ei dicit ad omnes dicit. amas me pasce oues meas. Item ad idem videt esse beatus Ambrosius in p̄ncipio pastoraliꝫ sui ita dicēs. A domino ꝺ: petro. Petre amas me? ꝛ ille. tu scis q: amo te. ꝛ cū responsio fuisset subsecuta repetitum est a dño: pasce oues meas. q̄s oues ꝛ quem gregē nō solū tunc suscepit beatus petrus sed ꝛ nobiscū eas suscepit ꝛ nos cuꝫ illo eas suscepimus oīs. Tertia suppositio ꝙ omnia dicta petro ad ptātem expectātia sint ei dicta in figura ecclesie. i. in nomine siue in ꝓsona ecclesie. Ad quā suppositionē ꝓbandā inducūt multa dicta Aug. q̄m ipe solus videt vsus boc modo loquēdi. Et in p̄mis inducūt illud quod Augu. dicit sup Joh. ꝛ habet in. c. quodcūꝙ. xxiij. q. i. vbi ita dicit. Quodcunꝙ ligaueris sup terraꝫ erit ligatū ꝛ in celis: si ꝟ tm̄ petro dictū est nō boc facit ecclesia. si aūt in ecclesia fit vtiꝙ que in terra ligantur et in celo ꝛ que soluunt in terra soluta sunt ꝛ in celis. si ergo boc in ecclesia fit petrus quādo claues accepit ecclīam sanctaꝫ significauit. vbi Archidyaconus exponit. i. sub signo ꝛ nomine ecclesie petrus claues accepit. Secūdo ad idem inducūt illud Aug. in ſmone quodā apostoloꝝ petri ꝛ pauli sic dicētis. Dominus iesus discipulos suos ante passionem suam sicut nostis elegit quos fratres appellauit: inꝺ bos pene vbiꝙ petrus solus totius eccl̄ie gestabat ꝓsonam: ꝛ ꝓterea audire meruit. tibi dabo claues regni celoꝝ. bas em̄ claues non ipe vt bō vnꝰ ꝟ vnitas accepit eccl̄ie. hic ergo petri excellētia p̄dicat: quia ipius vnitat̄ et vniuersalis eccl̄ie curam gessit qñ ei dictū est tibi dabo claues regni celoꝝ quod oīb⁹ traditum est. nam vt nouerit eccl̄iam recepisse claues regni celoꝝ audite in alio loco q̄d dominus dicat oīb⁹ apostolis. accipite spm̄ sanctū. ꝛ cōtinuo subiūgit. si cui remiseritis peccata remittunt ei: sicui tenueritis tenebūtur. boc ad claues ptinet de quib⁹ dictum est: que solueritis in terra soluta erunt in celis: et que ligaueritis in terra ligata erūt in celo. Tertio inducūt illud Augu. in lib. v. de vnico baptismo dum inquit. Sicut misit me pat̄ ꝛ ego mitto vos. boc cū dixisset spirauit et ait illis. Accipite spm̄ sanctū cui remiseritis ꝛc. ergo si ꝓsonam ecclesie omnes gerebāt apostoli ꝛ sic eis boc dictum est tanꝙ ipsi ecclesie diceretur pax ecclesie dimittit peccata ꝛ ab ecclesie pace alienatio tenet peccata nō hm arbitriuꝫ hominū sed hm arbitriū dei. Quarto inducūt illud Aug. sup Joh. sermone. cxxiij. vbi de ecclesia loquēs ita ait. Huius ecclesie petrus apostolus ꝓpter apostolatus sui p̄matum gerebat figurata generalitate ꝓsonam: ꝙtum vero ad ipm̄ ꝓpriē ptinet natura vnus homo erat gratia vnus xp̄ianus abūdātioze gratia vnus idemꝙ p̄mus apostolus. sed qñ ei dictum est. tibi dabo claues regni celoꝝ et quodcūꝙ ligaueris sup terrā ꝛc. vniuersaꝫ significat eccl̄iam que in boc seculo diuersis tēptationibus quatit. Quarta suppō est ꝙ que dicunt apud sanctos doctores esse in vniuersali ecclesia aut vniuersali ecclesie data intelliguñ data vniuersali ecclesie vt vniuersitati siue omnibus membris eius coniunctim. Quam suppositionē veram esse credūt: q: nomen ecclesie est nomen collectiuū: ꝛ q: signū vniuersale videt distribuere ꝓ omnib⁹. Qua suppositione p̄supposita ꝓ cōclusione eoꝝ inducūt multas auctoritates sanctoꝝ patrū. In p̄mis est illa bieronymi in capi. omnib⁹. xxiij. q. i. vbi dicit sic. Omnibus consideratis puto me non temere dicere aliquos ita esse in domo dei vt ipsi sint eadeꝫ domus dei que dicitur edificari supra petram. Et post pauca. Que domus etiam claues accepit atꝙ potestatem soluendi ꝛ ligādi. Secundo inducunt

Tertia suppō im probāda infra. c. lxxv.

Pasa auctoritas

Tertia

Quarta auctō.

Quarta suppō ꝛ probabit̄ cum

Auctoritas pa

Scōa

Secunda

illud Augu. de doctrina xp̄iana vbi ita dicit. Est eccl̄ia corpus xp̄i sicut apostolica doctrina commēdat que corpus etiā dr. Et sequitur infra. Vas ergo claues dedit eccl̄ie suevt que solueret in terra essent soluta ⁊ in celo: ⁊ que ligaret in terra ligata essent in celo vt quisq̄ in eccl̄ia eius peccata dimitti nō crederet nō ei dimitterent. Tertio inducūt illā auctoritatem Aug. sup canonicā Joh. homelia. x. ita dicētis. Vbi fit remissio peccatoꝝ ibi ē eccl̄esia. quomodo eccl̄ia? Illi em̄ date sunt claues regni celoꝝ vt que solueret in terra essent soluta in celis. et que ligaret in terra essent ligata in celis. Quarto inducūt illud extra de summa trini. ⁊ fi. ca. in. c. firmiter. vbi dicit q̄ sacramentū eucharistie nemo potest cōficere nisi sacerdos qui fuerit ordinatus ꝑm claues eccl̄ie: non dicit petri (inquiūt) nec concesse petro ac per eum alijs: sed apostolis ac eorum successoribus. vnde Joh. an. in gl. dicit. q̄ nō soli petro claues cōcessit sed ⁊ ceteris apl̄is.

Tertia

Quarta

Quinta

Quinto inducūt illud Actuū. xx. Attendite vobis et vniuerso gregi in quo posuit vos spūssanctus ep̄os regere eccl̄iam dei quā acquisiuit sanguine suo.

Sexta

Sexto inducūt illō quod habet̄ in p̄fatione quā in celebritate singuloꝝ apostoloꝝ cantat eccl̄ia. Gregez tuum pastor eterne nō deseras: sed p̄ beatos apostolos cōtinua p̄tectione custodias quos operis tui vicarios eidez cōtuliſti p̄esse pastores.

Quinta suppō ī probāda. c. lxxvij

Probatio

Quinta suppō ista est q̄ nunq̄ legitur alicui potestas data petro nisi simul cum alijs apostolis. Probāt banc suppositionez sic. quoniā si de cōcessione potestatis p̄missē petro querat̄ nō reperiet̄ alius locus aptior q̄ ille. Matth. xvij. Quecūq̄ alligaueritis. vñ videt̄ q̄ p̄missio illa: tibi dabo claues ⁊c. debeat intelligi put declarāt verba cōcessiōis. sed illa nō ad solam p̄sonaz petri sed ad eccl̄esiam dirigunt̄ p̄ncipaliter: cum dicit. Amen amen dico vobis. quecūq̄ alligaueritis super terram ⁊c. ex qua auctoritate dicūt aliqui aduersariorum notari aliqua. Primuz q̄ claues regni celoꝝ. de quibus dixerat Mat. xvi. Tibi dabo ⁊c. hic eccl̄ie sunt concesse cum eadem verba sub quib? facta est p̄missio hic exp̄mant̄: nec in toto sacro canone biblie reperitur locus alius vbi expressius legat̄ q̄ potestas clauiū fit data petro aut eccl̄ie sub eisdez verbis quibus promissa fuit. Secundo notatur q̄ concessio ista fit in omni stabilitate firmata: quia additur verbum iuramenti vel assertionis: amen. Tertio q̄ in verbis intelligit̄ potestas concessa eccl̄esie non limitate et in certis casib? sed in omni plenitudine: quod p bare nituntur ex signis vniuersalitatis: quecunq̄ alligaueritis ⁊ quecūq̄ absolueritis: sic arguēdo. Si ex illo verbo quodcūq̄ ligaueris super terram: notat̄ in petro plenitudo potestatis illimitate. ergo pariter ex alijs verbis notabit̄ plenitudo potestatis in eccl̄esia cū non fit minoris cōtinentie quecūq̄ ꝙ quodcunq̄. ergo nō solū in Ro. pon. residet plenitudo potestatis sed etiam in ipsa vniuersali eccl̄esia.

Sexta suppositio eoꝝ est q̄ sicut deus cuilibet creature cui dedit certam perioduz qua determinat̄ q̄diu posset viuere vel durare dedit p̄priam virtutem innatam ⁊ intrinsecam qua possit se in suo esse ꝓseruare ⁊ ptra destructionem sui aduersantib? resistere: ita eccl̄esie quam voluit vsq̄ in finem seculi durare dedit virtutē ⁊ potestatem qua se in suo esse posset cōseruare ⁊ potestatē qua posset se regere ⁊ potestatē qua aduersantibus siue conātibus ad sui destructionez resistere. Patet (inquiunt) hoc ex euidētia terminoꝝ: imo a fortiori cū xp̄s ipsam eccl̄esiaz plus alijs diligat. Hoc etiam videt̄ notari inquiunt in verbis de eccl̄esia dictis in sua fundatione ⁊c. cū em̄ dixisset sup se petram edificare eccl̄esiā subiungit statim. Et porte inferi nō p̄ualebunt aduersus eam. Ex hoc etiam aiunt dr̄ in Lanf. de eccl̄esia: q̄ est p̄fecta terribilis vt castroꝝ acies ordinata. quō aūt inquiūt esset perfecta in se ⁊ terribilis si ad conseruandū se ⁊ tuendum nō haberet in terra virtutem ac potestatē: sed oporteret ab extrinseco subsidiū queritare. nā si eccl̄esia ex se auctoritatē nō haberet se ꝓseruandi: tunc pro tēpore quo eccl̄esia sine papa esset aut ipse nollet eā tueri nō posset se in esse conseruare: qō nemo sane mētis assereret. Habet ergo eccl̄esia virtutez a xp̄o fundatore eo ipso q̄ fundata est ad se conseruandū in suo esse: nec per creationē pape eam perdit: q⁹ p̄ncipia essendi ⁊ conseruādi intrinseca sunt cuilibet rei. sicut ergo eccl̄esia p̄pter creationez pape nō deficit a virtute essendi: ita nec a virtute ⁊ potestate se regendi ⁊ ꝓseruandi in suo esse. Postea vero declarantes que sit ista virtus ⁊ potestas se tuendi: dicunt q̄ est cōis sententia doctoꝝ: q̄ est potestas clauium videlz scientia discernendi ⁊ potentia iudicādi ligādi ⁊ soluendi. Ex hac suppositione arguūt cōcludendo: q̄ potestas clauium ⁊ eiusdem potestatis plenitudo fit data ipsi cōmunitati siue corpori vniuersitatis eccl̄esie. Septima suppositio est q̄ plenitudo potestatis semper debet manere in eccl̄esia: q⁹ alꝰ nō videretur eccl̄esie sufficiēter prouisum: sed in papa non potest semper manere: vt patet: cum ipse nō sem

Sexte suppōnis cui respōdebitur ca. lxxviij.

Prima pars

Secunda pars

Probatio p̄ma

Secunda

Tertia

Tertia pars

Quarta pars

Quinta pars

Septima suppō de qua. c. lxxix.

per maneat: ergo oportet dicere q maneat in ecclesia. Confirmaf boc ab alijs dicētibus: q quēadmodū regimen ciuitatis cōsistit penes congregationē ciuium vel ipsius congregationis partem valentiorē vt dicūt baberi ex sētentia Aristo. iij. polit: c. viij. Et conformiter dicendū est q regimē orbis penes congregationem boim totius orbis vel ipsius partem valentiorē consistat: ita regimen vniuersalis ecclesie vacāte papatu penes ipam vniuersalem ecclesiam que repnтaf p concilium generale: ꝛ ipo concilio cōgregato consistit penes ipsius concilij partem valentiorē. Ex bis omnibus cōcludūt q prātis plenitudo non tātū apud romanū pontificē resideat sed etiā apō vlem eccliam. ꝛ multo ꝑncipalius: vtpote q̄a in ea est immobiliter ꝛ indefectibiliť. Unde ad auctoritates sanctoꝝ dicētiū q soli petro data sit a xp̄o plenitudo prātis: aut q sol⁹ romanus pōtifex sit vocatus in plenitudinē potestatis. rūdent q p ly solus fit exclusio inferiorum siue particlariū psonarū: non autē ipsius cōmunitatis ecclesie. ꝛ etiā q ly nullus nō distribuat pro cōmunitate sed pro singularibus personis.

Cōfirmatio

Cap. lxxi. In quo impugnaf prefata cōclusio aduersariorum dicentiū q in alio q̄ in romano pōtifice resideat plenitudo prātis in ecclesia.

Cap. LXXI

Boniaz princi

q palis ꝛ quasi fundamētalis pūctus buiꝰ materie est intelligere qualiter potestas clauium data sit ecclesie siue qualiter sit in eccliа: ideo nos ꝑ ampliorē illustratione huius materie ꝛ veritatis quā de apostolico ꝑncipatu vt supra tā auctribus sanctoꝝ q̄ rōnibus firmauim⁹ talē ordinē renebimus. In ꝑmis in boc. c. positis quibusdā notabilibus impugnabim⁹ moduꝫ aduersarioꝝ ponēdi in ecclesia vniuersali potestatem clauiū ꝛ p consequēs plenitudinem prātis. Secūdo impugnabimus respōsiones datas aduersarioꝝ ad auctes sanctoꝝ patruꝫ inductas p cōclusiōe nostra. Tertio in sequēti. c. explicabiť modus ver⁹ ꝛ catholicus quo potestas clauiū sit data vniuersali eccliе siue sit in eccliа. Quarto p diuersa capitula sequētia ꝑ plenioꝛ danda respōsione respōdebitur ad obiecta aduersarioꝝ. Circa primum in ꝑmis est considerandū q de eccliа que ord claues recepisse potest esse ꝑmo duplex. Aut em capiť ibi eccliа in sua vniuersalitate ꝑut. s. ord vniuersitas siue collectio omniū fideliū generaliter ꝑut in. c. ecclesia. de conse. di. i. Aut capiť ibi sub minori vniuersalitate. scz ꝑ vniuersitate tm̄ omniū clericoꝝ siue sacerdotū vt

Quattuor principalia cōtinue decucenda

Circa primū principale

alij volūt. Scōo est notandū: q prās clauium est duplex vt in primo lib. distinxim⁹: videlicz prās ordinis q̄ ꝑprie ꝛ imediate vt dicunt doctores ord clauis regni celoꝝ: q̄ imediate extēdit se ad ipsum celū removendo impedimēta introitus in celum p dimissionē peccati: vt sāctus Tho. dicit in. iij. di. xix. in. i. ar. Alia ē potestas iurisdictionis: ꝛ hec est duplex. q̄daz in foro ꝑsciētie. alia in foro exterioris iudicij siue causarū. Tertio notandū q de plenitudine prātis possum⁹ loq̄ dupliciť. Uno modo ꝑut plenitudo prātis includit tam prātez ordinis q̄ potestatē iurisdictionis. Alio modo ꝑut solum includit prātem iurisdictionis. Quarto est notandū: q licet aliqua fiłitudo sit corpis mystici ecclesie ad corpus naturale hois: videlicet in multitudine membroꝝ ꝛ aliquali vnione eoꝝ adinuicē ꝛ in officioꝝ diuersitate iuxta illud Apłi ad Ro. xij. Sicut in vno corpe multa membra habemus. oia aūt membra nō eundem actum habēt: ita multi sum⁹ vnū corpus in xp̄o singuli aūt alter alterius mēbra. nibilominus multiplex est differentia ꝛ dissilitudo. Una quidē est vt dicit sanct⁹ Tho. in. iij. pre: q mēbra oia corporis naturalis sunt oia simił: mēbra aūt corporis mystici nō sunt oia simul: nec quantū ad esse nature: q̄ corp⁹ ecclesie cōstituiť ex hominib⁹ qui fuerūt a ꝑncipio mūdi vsq̄ in finem eius: nec quantū ad esse gratie: q̄ etiam eoꝝ qui sunt vno tpe quidam gratia carent alijs eā iam babētib⁹. Secūda differētia est: q̄ mēbra corporis humani constituūt aliquod vnū numero reale totū: quod subiectiue in se toto capax est alicui⁹ forme aut qualitatis siue influxus realis qō est ipsum corpus humanū. nō autem sic membra que dicunť corpis mystici: q̄m licet fideles fide spe ꝛ charitate vt dicit Aug. vnianť: tm̄ cum distinguātur psonis ꝛ locis nō dicūtur ꝑstituere aliq̄ō reale vnū numero totum q̄ō subiectiue in se toto capax sit alicui⁹ forme aut qualitatis aut influxus alicui⁹ effectus realis. vnde q̄ ecclesia ord vna vnitate fidei spei ꝛ charitatis nō est intelligendū q vnus numero habiť⁹ fidei vn⁹ nūero habiť⁹ spei ꝛ vn⁹ numero habitus charitaf in toto ipso corpe sit: q̄m ipsum corpus ecclie nō potest esse taliū formarū subiectū. vnde etiam iuriste dicūt q vniuersitas nō habet aiaz glo. sup ca. romana. §. in vniuersitatē. sed sunt tot numero habitus distincti virtutum fidei spei ꝛ charitatis quot nūero sunt fideles. Q̄ō ergo ord: vna fides ecclesie vna spes vna charitas: nō accipiť vnitas ex parte vnius subiecti nūero earū q̄ nullū tale est: ꝫ ex pte obiecti: q̄ videlicet oēs fideles q̄ nūero ꝛ merito sunt in

ecclesie corpore idem credunt: idem sperant: idem amant. sic dicit sanctus Tho. in. iij. dist. xiij. Per hanc plane cōsiderationē euanescūt multe fantasie aduersariorū nouelloꝝ magiꝝ atq; doctorum canonistarū sicut videbit infra

Contra cōclusio nē aduersariorū

Quibus notatis restat ostēdere q̄ positio aduersariorū falsa sit: quod vt plenius fiat ponemus aliquas cōclusiones quas p̄bādo improbabimus positionē ad plenū aduersariorū

Cōclusio primo

Prima cōclusio sit ista. Potestas clauium ordinis que p̄prie dr clauis celi. quia ea fit remissio peccatoꝝ nō est data toti corpori ecclesie sicut singulis eius mēbris data sit. Probatur ista cōclusio. Primo auctoritate bti Ambro. lib. de peni. et habet a magistro sniarū in iiij. di. xix. et a magistro Gratiano de pe. di. i. §. nemo ita dicētis. Jus ligandi et soluēdi solis sacerdotibus p̄missum est. Patet etiam ex eo q̄ olim soli sacerdotes iudicabāt inter lepram et nō lepram. vnde Matth. viij. dns inq̄t leproso. Vade oñde te sacerdotibus. et Lu. xvij. vbi inq̄t etiā decem leprosis. Jte oñdite vos sacerdotibus. vbi dicit gl. interli. Qui erant figura sacerdotij futuri in eccl'ia. Jtem patet ex eo q̄ dns nō nisi apostolis sacerdotib⁹ iam cōstitutis ait Joh. xx. Quoꝝ remiseritis peccata remittunt eis. Rōne sic p̄bat iuxta scm Tho. et Albertū magnū. Gratia q̄ in sacmēto datur a capite in mēbra descēdit. ergo sol⁹ est minister sacramētoꝝ in q̄bus gratia datur q̄ habet ministeriū sup corpus xp̄i verum: sed h̄ est solius sacerdotis qui p̄secrare eucharistiā potest. ergo solus sacerdos est minister sacramenti penitētie et p̄ p̄ns solus ip̄e habet potestatem ligādi et soluēdi a peccat. Non enim est opus ad banc cōclusionē inducere plures p̄bationes: qm̄ ita nota est q̄ oppositū ei⁹ nō tam est hereticū habitū et cōdēnatū in reprobatione errorꝝ valden. qui dicebant oēs bonos boies habere ptātem clauiū q̄ dei sorū.

Rōba cōclusio

Secūda cōclusio. Potestas clauiū ordis id est ptās ligādi et soluēdi a peccat nō est data vniuersali ecclesie vt vniuersitati siue omnibus eius mēbris cōiunctim. Probatur ista cōclusio ex p̄cedentib⁹ sic. Predicta potestas clauium solis sacerdotibus cōuenit. ergo nō cōuenit cōmunitati eccl'ie vt vniuersitati siue in omnibus mēbris suis. p̄ntia patet: quia quod vni soli parti vniuersitat cōuenit nō potest dici cōuenire toti vniuersitati in omnib⁹ mēbris suis. Secūdo sic. Ptās p̄dicta datur in cōsecratione sacerdotij. vnde cū ordinātur sacerdotes dicunt eis illa v̄ba que dns dixit aplis. Joh. xx. Accipite sp̄m scm: quoꝝ remiseritis pcta remittunt eis: et cōitas eccl'ie nō cōsecrat nec insignit sacerdotio. ergo nō p̄t dici q̄ vniuersali eccl'ie vt vniuersitati sint date claues ordinis siue potestas ligādi et soluēdi a peccatis. Tertio sic. Nulla vniuersitas p̄t dici cum veritate habere perfecte aut plene aliquā ptātē in cui⁹ exercitiū nunq̄ p̄ se potest exire. Jstud assumptū patet: qm̄ vt inquit Aristo. de somno et vigilia: cui⁹ est potētia ei⁹ est actus. sed tota cōitas ecclesie nō potest exire in actum potestatis ligandi et soluēdi a peccatis. Tum q̄ solus sacerdos est minister sacri penitentie: vt in. c. ois vtriusq; sexus. extra de pe. et remis. Tum q̄ actiones suppositoꝝ sunt. ergo conclusio vera. Nō aūt dicit a quibusdā aduersarijs: q̄ licet ecclesia vniuersalis nō habeat exercitium potestatis clauiū absoluēdo aliquē a peccatis: potest tn̄ mandare q̄ fiat p̄ aliquē sacerdotem. nihil valet: qm̄ ex hoc cum sit imperatiue facere nō elicitiue nō arguitur q̄ cōitas ipsa haberet potestatē sicut nec ptātem consecrandi ex hoc q̄ mandaret alicui celebrare: sicut nec electus aut archidyacon⁹ nō dum in sacerdotio cōstituti: licet possint mandare alicui sacerdoti absoluere aliquē a peccatis nō p̄pter hoc dicerentur habere potestatē clauium de qua loquimur. Non est aūt op⁹ hic multiplicare argumēta: q̄ cōclusio clarissima est apud theologos. vñ Albert⁹ magn⁹ sanct⁹ Tho. et dns Bonauēt. in. iiij. di. xix. querentes: vtrū soli sacerdotes habeāt claues: nō solū dicūt q̄ soli sacerdotes habeāt claues q̄ dixim⁹ in prima p̄clusione: ꝑ etiā q̄ nō sit possibile q̄ cōueniāt alicui cōitati q̄ dē ista scda p̄clusio nr̄a. Pro hac etiā p̄clusione in p̄mo libro aliq̄s rōes induxim⁹. Ex istis duab⁹ p̄clusionib⁹ sequūtur aliq̄ correlaria. Primū est q̄ predicta ptās clauiū nec subiectiue nec formaliter nec radicaliter nec fundamentaliter vt oibus verbis vtamur aduersarioꝝ p̄t esse in ecclesia vl'i nec in vniuersitate clericoꝝ aut collegio sacerdotū in quodā subiecto cōi. ptz correlariū manifeste ex dictis. Scōm correlariū est: q̄ oēs auctes sacre scripture q̄ de ptāte clauiū ordinis q̄ dr ptās ligandi et soluēdi a peccatis loquūtur: nō p̄nt veraciter exponi de vl'i ecclesia pro oibus suis mēbris siue diuisim siue cōiunctim nec de aliqua alia quacūq; cōitate min⁹ vl'i. Patet correlariū ex prefatis p̄clusionib⁹: et per p̄ns nō p̄t de ecclesia vniuersali exponi predicto modo auctas illa Jo. xx. Quoꝝ remiseritis peccata remittūtur eis: cū loquatur de ptāte prefata ordinis. Nō ꝑz: Tum ex glo. interli. que ita hz. i. quos dignos remissione iudicaueritis: duab⁹ videlz clauib⁹ scz ptātis et discretionis: dimittētur eis. Tum

Primū correls.

Secundum

ex eo q̄ hmōi verba oībus sacerdotib⁹ dicuntur dum ab ep̄is ordinant: q̄bus tamē oībus
Tertium nō cōmittit aliqua ptās iurisdictiōis. Tertiuz correlariū est q̄ auctes sanctoꝝ dicentiū q̄ petrus in figura ecclie susceperit hmōi po-
testatez clauiū impossibile est eas intelligi cū veritate ad intellectū aduersarioꝝ sepe dictū
Quartum pz ex dictis. Quartū correlariū est: q̄ plenitudo potestatis ecclīastice vt includit prātem clauiū ordinis nō potest eē in eccl'ia vl'i ad intellectū dictum aduersariorū pz ex supiorib⁹.

Tertia cōclusio Tertia cōclusio. Ptās clauiū iurisdictiōis ecclīastice siue in foro ꝑscie siue exterioris iudicij: nō est sic data vniuersali eccl'ie q̄ singulis eius mēbris sit data vt singulis. Ista conclusio licet p se nota videat: nihilominus p̄batur sic. Inter eccl'ie mēbra omnes fideles tam clerici q̄ laici: tam viri q̄ femine includūtur. Unde ap'ls ad Gal'. iij. Quicūq enim in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. Et ait Augustinus ad Bonifaciū. 7 ponit in. c. nulli. de conse. di. iiij. in baptismate q̄lcq efficit mēbrū xp̄i. sed nō oībus fidelibus est data ptās clauium iurisdictionis spūalis: patet quia nō feminis nec laicis nec clericis oīnibus etiā sacerdotibus vt patz. g̃ cōclusio vera.

Quarta cōclusio Quarta cōclusio. Potestas iurisdictionis ecclesiastice nō est data toti eccl'ie vt vniuersitati siue omnibus mēbris eccl'ie simul iūctis. Probatur ista cōclusio ex p̄cedēti sic. Nulla potestas p̄t conuenire alicui vniuersitati siue in omnibus mēbris eius simul ad quā est inhabilis magna ps illius vniuersitatis. sed ad potestatez iurisdictionis ecclīastice siue in foro conscie siue exterioris iudicij magna pars vniuersitatis eccl'ie est inhabilis nec est capax illius. ergo talis ptās nō potest dici conuenire vniuersitati eccl'ie vt sic. ꝑsequentia est bona maior etiaz nota. 7 potest colligi ex. c. cum dilectus. extra de consue. 7 c. cōstituit. extra de appel. minor vero patet. Tum ex conclusione p̄cedenti. Tum quia cum ecclesia vt mr Beda in glo. sup Luc. 7 etiā dicit Hugo de sācto victore. lib. de sacramētis parte. ij. duos complectat ordines. s. laicos 7 clericos quasi duo latera corpis vnius: maior pars. s. laicoꝝ est inhabilis siue incapax iurisdictionis ecclesiastice. vnde in. c. bene quidē. di. xcvi. rota synodus ꝓtestat q̄ laicis psonis nulla facultas data est de disponēdis ecclīasticis officijs. idez in. c. sequēti. Patet etiaz hoc manifestius de mulieribus que quātacūq̄ polleāt sanctitate inhabiles sunt ad claues recipiendas. mulier em̄ nō est subiectū idoneū p̄ncipatus sed magis subiectionis. Unobrem dicit Apostolus

.i. ad Corin. xiiij. Mulieres in ecclesia taceāt nō enim p̄mittitur glo. ab aliqua aucte eas loqui sed subditas esse. Etiā dicit in polit. Pbs q̄ corruptio vrbanitatis est cum regimen siue dominiū ad mulierē puenerit. nō videt aūt intelligibile q̄ ptās clauium sit data ecclesie vt vniuersitati siue in omnibus mēbris eius: 7 q̄ excludātur a participatōne predicte potestatis fideles laici viri 7 mulieres q̄ sunt nō modo vera mēbra corporis xp̄i quod est ecclesia: ꝯ etiam in maiori numero siue maior pars. Secūdo ꝓbatur sic prefata ꝯclusio. In qualibet vniuersitate cui data ē aliqua ptās vt vniuersitati: oēs de illa vniuersitate equaliter se habent ad ius illius ptātis. patet: q̄ canonici oēs equaliter se habēt in actu cuiuslibet potestatis quā habēt vt collegiuz. sed nō oēs fideles imo nec oēs clerici imo nec oēs sacerdotes qui includūtur intra ambitū corporis ecclesie eccl'ie se bñt ad ius ptāt clauiū vt ꝑz manifeste q̄m al's nō fuisset distinctio ptātis iter apostolos nec fuisset distinctio inter sacerdotes maiores 7 minores nec petr⁹ fuisset magis caput ecclesie q̄ aliquis ceteroꝝ. Que oīa nedū falsa sunt sed etiam tanq̄ hereticа p ecclesiā cōdēnata. ergo sequitur q̄ vniuersali ecclesie vt tali id est vt in omnib⁹ mēbris suis simul non sit data potestas talis clauiū a xp̄o. ꝓña est bona 7 formalis. Tertio sic. Oī cuiq̄ alicui vniuersitati in cōmuni vt vniuersitati ē data aliqua potestas siue aliqua clausula nō p̄nt quicūq̄ ill.⁹ vniuersitatis exire in actū siue in executionē ptātis nisi simul oībus ꝯcurrentibus aut saltē vocatis aut nullo contēpto ex oībus illius vniuersitatis mēbris. hoc videt manifestum vt colligit ex. c. q̄ ꝓpter: 7 c. coram. ex de elec. sed si vniuersali ecclesie in cōmuni vt vniuersitati data esset potestas clauiū iurisdictionis seq̄ret q̄ nec papa nec eccl'ie plati possint exire in actum siue exercitiū eiusdē potestatis nisi ad min⁹ conuocatis oībus fidelibus tam laicis q̄ clericis. sed hoc est falsuz vt patet: cū hoc nō obseruetur in ecclesia nec etiam ad vniuersalia concilia oēs fideles vocātur nec oēs clerici nec etiam oēs sacerdotes: nec tñ reputātur contēpti si nō vocātur. nec etiam papa requirit quoruūcunq̄ consensum ad executōez potestatis sibi date nec etiā alij prelati. ergo falsum est q̄ toti ecclesie in cōmuni aut toti collegio clericoꝝ aut sacerdotum data sit potestas clauiū vt vniuersitati. Quarto sic. Oī cunq̄ oībus mēbris alicuius vniuersitatis est data ptās aliqua vt vniuersitati: cū oēs ad ius ptātis equaliter se habeāt regulariter: maior pars cōtratis ꝓponit minori in iudicio, Arg.

ex. c. quia ꝓpter. extra de elec. & c. cū in cūctis extra de bis que fiunt a maio. par. c. si g̃ corpori vniuersalis eccl'ie data esset ptās clauium hmōi aut collegio oim clericoꝝ siue sacerdotum in cōmuni: sequereť q̄ ad maiorē partem huius vniuersitatis que est pars laicoꝝ vel ad minores sacerdotes seu clericos q̄ sunt maior pars collegij eoꝝ: tandem posset devolui regimen & ptās iudicij totius ecclesie quod ē absurdum iuxta. c. cuz inferior. & c. deniq; di. xxi.

Quinta cōclusio

Quinta cōclusio. Plenitudo potestatis clauiū iurisdictiōis nō est data vniuersali ecclesie vt vniuersitati siue in omnibus eius mēbris cōiunctim. Hec conclusio licet pateat ex p̄cedenti: quia ꝓbato q̄ ecclesie vniuersali vt cōmunitati nō sit data ptās clauiū: probatuz relinquit q̄ nec plenitudo potestatis clauiuz illo modo sit data illi: nihilominus probatur multiplr. Primo sic. Regimen eccl'ie ē a deo institutū monarchicū sicut supra sepe ꝓbatū est. patet: qm̄ hoc regimē est nobilius reputatum tam a pbis vt pz. viij. Ethi. & iij. polit. q̄ a theologis. & credēdū est q̄ deus instituerit regimē ecclesie sue in nobiliori specie regiminis: sed in principatu monarchico plenitudo potestatis nō est apud oēs siue apud cōmunitatem sicut est in regimine politico ꝑ solum apud vnū. s. apud p̄cipem qui solus p̄cipatur. ergo sequit q̄ ex institutōe xp̄i plenitudo potestatis nō sit data vniuersitati ecclesie in oīnibus mēbris eius sed tm̄ in vno. s. romano pontifice qui p̄ceps eccl'ie a xp̄o institutus est vt supra ostēdimus. Secūdo sic cōfirmando rōnem factā. Si plenitudo ptātis est apō vniuersalē eccl'iam totam sequit q̄ nō est apō papam. ꝯsequēs est falsum. cum sit cōtra aptissima testimonia sanctoꝝ patrū. vt supra visum est. ergo antecedēs est falsum: cū ex vero nō sequat nisi verū. Probat ꝯsequētia. quia si apud totā multitudinē populi xp̄iani q̄ ōr ecclesia vniuersalis que est collectio omnium fideliū resideat: sequit q̄ p̄ncipatus eccl'ie sit politicus & nō monarchicus. & p cōsequēs in nullo q̄ in ipsa tota cōmunitate est ponenda potestatis plenitudo. Hec aūt differētia ponitur ab Aristo. viij. Ethi. & iij. politi. inť tres spēs p̄ncipatus quas ponit. videlicz monarchicam que ōr a monos quod est vn9 & archos quod est p̄ncipatus: quasi p̄ncipatus vnius: in quo solo residet plenitudo ptātis. Secūda dicit aristocratya: que ōr ab aris quod est virtus & cratos quod est potestas quasi potestas siue p̄ncipatus plurium ꝑm virtutem imperantiuz ita q̄ nullius. Tertia species cōmuni nomine dicta politia in qua multi vt popul9 p̄ncipant: ita q̄ apud nullum residet plenitudo potestatis: sed apud oēs vt ibidem dicitur & sic patet ꝯntia. Tertio sic. Nulli cōmunitati cuius cura regimen & gubernatio a superiori suo est cōmissa alicui particulari est data potestas regiminis sui & gubernationis. ista videtur nota. sed regimen vniuersalis ecclesie ē cōmissum romano pon. vt tota clamat sanctorum patrū doctrina. ait enim beat9 Greg. ad imperatorē Mauritiū scribens. Lūctis euāgelium scientib9 liquet q̄ voce dn̄ica sancto & omniū apostoloꝝ p̄cipi petro apl'o tot9 eccl'ie cura cōmissa est: ipsi quippe dicit: petre amas me pasce oues meas. ergo videť q̄ vniuersali eccl'ie vt cōmunitati nō sit data potestas vniuersalis regiminis totius ecclesie: sed tm̄ petro & successoribus eius. Quarto confirmando hanc rōem arguitur sic. Illi soli videť data potestatis plenitudo qui solus est pastor totius gregis dn̄ici. sed solus petr9 est pastor totius gregis dn̄ici & null9 alius: nec ipsa cōitas eccl'ie q̄ est ipse grex pascēd9 & gubernād9 ergo videť q̄ solus petrus & ita solus ro. pon. sit vocatus a xp̄o in plenitudinem ptātis clauium. Quinto sic. Impossibile est q̄ in aliqua vna vniuersitate p̄latus & subditi habeāt eādem plenitudinē ptātis. patet: qm̄ non capit ratio q̄ illud per quod quis cōstituit superior & p̄latus aliorum sit cōmune p̄lato & subditis in eadē plenitudine. sed in tota vniuersitate xp̄iana Ro. pon. est p̄latus & ceteri oēs alij fideles sunt subditi vt in superioribus est demonstratum. ergo conclusio vera. Sexto cōfirmando p̄cedentē rationē arguit sic. Plenitudo potestatis que ponitur in eccl'ia aut est vna & eadem numero cū ea que ponitur in papa aut est alia. sed nō potest dici q̄ sit alia: q̄a sic essent due supreme potestates siue plenitudines ptātis quod esse nō potest. Tuz q; qō p superabundantiam dicitur in vnoquoq; genere vnuz tm̄ est. Tum quia pluralitas p̄cipatuū nō est bona. xij. metbaphy. Tum quia duas supremas potestates nō patitur vnitas ecclesie. Non potest etiam dici q̄ sit vna & eadē numero plenitudo potestatis: quia si sic tunc neq; papa esset superior & p̄lat9 eccl'esie nec eccl'esia posset dici superior potestate ipso romano pon. quod tamen aduersarij volunt. patet: quia si par in parem imperium non habet multominus vbi est idētitas potestat̄. Respō sio autem quam ad hanc rationem dant quidam aduersarioꝝ dicentes q̄ licet sit eadez q; tm̄ vt dicunt illa ptās est excellētiori modo in ecclesia. s. inuariabiliter & inobliquabiliter quo modo nō est ī papa: eccl'ia habet iurisdi-

ctionem supra papā: nō valet aliquid. Tū primo: quia ꝓsupponit falsuz: quia vt iam ꝓbauimus talis prātis plenitudo nō potest eē subiective ⁊ formaliter in vniersitate ecclie sed soluz in romano pōtifice. ⁊ p ꝓsequēs sicut superius circa. c. vij. est ꝓbatuz nō potest esse excellentiori modo in vniuersitate ecclesie q̄ in romano pōtifice. Tum secūdo: q; etiam dato q̄ esset. ſ. vna et eadē numero potestas eccl'ie in vtroq; sicut in vno subiecto est impossibile intelligere q̄ ecclesia habeat iurisdictionem sup romanū pontificē: nec econuerso: nec pōt circa vnam ⁊ eandē prātem numero in vnoz eodez subiecto ꝓ eodē tempore attendi talis comparatio vt in vno dicat esse excellentiori modo q̄ in alio. Preterea dato etiā q̄ sit: cum talis differētia puta esse inuariabilr ⁊ variabiliter nō augeat nec minuat prātē ipam: nō potest ex tali differētia arg ui q̄ vnus habeat iurisdictionē sup aliū. alꝫ qui sanctior eēt aut diuturnior habēret prātem in ecclesia diceret iurisdictionē maiorē habere quod est falsum. immo iter errores Johānes bus ⁊ vicleff cōdemnatū. Septimo arguit sic. Ex tota scriptura sancta nō potest hoc haberi q̄ vniuersali ecclesie in cōmuni siue in omnibus mēbris eius simul sit data plenitudo potestatis: sed magis contrariū. ergo hoc nō videt asserēdū consequētia patet: qm̄ vt ait Hieronym⁹ qō de sacra scriptura firmitatē nō habet eadem facilitate cōtemnit qua ꝓbatur. antecedens pater: qm̄ si aliqua scriptura talis esset p aduersarios esset inducta. Ad autē nulla earum quas inducūt faciat ad ꝓpositum positionis eorum nos ostēdemus. ſ. cū ad argumēta eorū respondebimus. Ex his cōclusionibus sequūtur aliqua correlaria. Primū q̄ auctoritates sanctoꝝ patrum que vident attribuere toti ecclesie in cōmuni potestatē clauiuz aut auctoritatē iudicij aut magisterij nō sunt accipiende sic q̄ omnibus fidelibus nec oībus clericis aut vt singulis aut in vnū simul coniunctis vt vniuersitati talꝫ auctoritas aut potestas diuina ordinatione data sit. Patz: qm̄ vt ꝓbauimus multipliciter hoc nō modo falsum est sed etiā vt videt erroneū cum contra euangeliū christi. ⁊ sanctoꝝ patrum doctrinā videatur negare beatū petrū fuisse caput vniuersalis ecclesie. videat etiam negare principatum ecclesiasticū esse monarchicuz. Item videat negare principatū ecclesie esse hierarchice dispositū ⁊ roma. ponti. potestatis plenitudinez habere. Ad etiā sit positio illa quasi impossibilis partim ostēdimus supra: et infra in respōsione argumētorum clarius videbitur. Secundū correlariū est: q̄ auctoritates sacre scripture ⁊ sanctoꝝ quas aduersarij inducunt intelligētes modo prefato puerse ⁊ aliter q̄ spūssanctus efflagitat illas interpretari vident: patet ex dictis ⁊ plenius ex dicendis in responsiōe ad argumēta. Tertiū correlariū est: q̄ falsum est q̄ aduersarij in secunda parte conclusionis eoruz dicūt. videlz q̄ potestat plenitudo ꝑncipalius sit in ecclesia vniuersali q̄ in summo pontifice. Patet. Tum ex dictis. Tum sic. Potestatis plenitudo clauium nō est in vniuersali ecclesia ad intellectum eorum: vt ꝓbatum est. ergo nec est in ea ꝑncipaliter nec minus principaliter ad intellectū eoruz: videlicz in omnibus mēbris ecclesie simul. Preterea falsitas illius manifestissima patet ex forma absolutionis qua sacerdos quilibet vtit in ecclesia in absolutiōe sacramētali. ait enim sic. Auctoritate omnipotentis dei ⁊ beatorum apostoloꝝ Petri et pauli. nō autem dicit auctoritate ecclesie vniuersalis. et tamen fiendum necessario esset si potestas clauiū esset ꝑncipalius in vniuersali ecclesia ad intellectū aduersariorū q̄ in Petro siue eius successore. Et hec de primo principali. Circa secūdum in quo impugnāda est responsio aduersariorum quam dant ad auctoritates sanctoꝝ patrum dicentiū: q̄ solus romanus pōtifex vocatus sit in plenitudinez potestatis aut q̄ nulli alteri sit data plenitudo potestatis a christo est sciendū: q̄ respōsio eoꝝ stat in hoc q̄ per ly solus nō fiat exclusio cōmunitatis ecclesie sed particulariū psonarum siue singuloꝝ membroꝝ de ecclesia. et similiter q̄ cum dicit q̄ nulli nisi petro sit data plenitudo potestatis. ly nulli distribuat ꝓ singulis particularibus: non aūt ꝓ cōmunitate. Sed q̄ ista responsio nulla sit ⁊ sit contraria mēribus sanctoꝝ patrum quoꝝ auctoritates inducte sunt pater. Tum ꝑmo: quia presuppo nit q̄ potestatis clauiuz plenitudo possit esse subiectiue et formaliter ac dispensatiue in ipsa vniuersali ecclesia siue in omnibus mēbris eius simul: quod superius est improbatū sufficienter. Tum secundo: quia doctores prefati dicētes soli petro daram esse plenitudinē potestatis: ponūt ecclesie principatum esse monarchicum iuxta euangeliū christi. de ratōne autem ꝑncipatus monarchici vt sepe ē repetitū est q̄ plenitudo potestatis resideat apud vnum scilicet principem ⁊ non apud omnes. Tum tertio quia ꝓfati doctores ponūt q̄ petrus sit ꝑnceps pastor ⁊ caput totius ecclesie vniuersalis: cum quibus nō potest stare q̄ in ipsa vniuersali ecclesia cui ipe ꝓsidet sit eadē

Primū correla.

Secundum

Tertium

Circa secundum principale

plenitudo potestatis cū eo: ⁊ maxime cuz addi
tione ista et p̄ncipalius q̄ in eo. Unde sanc
tissimus Leo papa. i. c. ita dominus. dist. xix.
aptissima luce dicit: q̄ ita dn̄s huiusmodi mu
neris sacramentū ad omniū apostolo: officiū
ptinere voluit. vt in beatissimo petro apo
stolorum omniū summo p̄ncipaliter colloca
ret vt ab ipo quasi a quodam capite dona sua
velut in corpus oīe diffunderet: hec ille. Er
go ex intētione illo: patrū est: q̄ ly solus et
per ly nullus nō solum excludunt alij particu
lares: sed etiam ipa cōmunitas ad intellectū
aduersario:. Et ita patet q̄ respōsio aduersa
rio: nulla sit.

Cap. lxxij. In quo datur vera intelligentia huius quod a sanctis patrib⁹ dicitur q̄ ecclesie vniuersali sint claues date

Cap. LXXII tractans tertium principale

Mprobata suf

ficiēter ꝓut nobis visum est aduersario: intelligētia huius qō dicit q̄ vniuersali eccl̄ie claues date sint. iam restat explicare que sit vera intelligētia huius. Pro quo notādū q̄ huius ꝓpositionis ecclesie vniuersali date sūt claues tripler potest esse intellect⁹. Unus est q̄ claues date sint eccl̄ie in singulis suis membris diuīm. Et iste intellectus est falsus et erroneus et iam condemnatus inter errores valdensium. qui dicebant singulos bonos boies habere claues siue potestatem absoluēdi ⁊ ligandi. Secundus est q̄ vniuersali ecclesie in omnibus membris suis cōiunctim siue simul date sint claues sicut dicit de p̄ncipatu politico in quo potestas siue p̄ncipatus dicit ee apud cōmunitatē. sed iste intellectus qui videtur esse aduersario: iam est improbat⁹ non modo tanq̄ falsus sed etiā quodammodo impossibilis. nam ostēsum est clarissime q̄ sit impossibile q̄ alicui cōmunitati siue cōgregatioi fidelium simul siue omniū clericoruz siue etiam omniū sacerdotū collegio cōueniat habere claues regni celoz quibus peccatorum fit remissio: quoniā ostēsum est nullam cōmunitatē vt sic posse esse subiectū talis potestat̄. Item ostensum est q̄ nec cōmunitati vniuersalis ecclesie siue vniuersitati oim clericorum nec oim sacerdotū collegio vt cōmunitati siue simul in oibus mēbris date sint claues iurisdictōis ⁊ minus plenitudo ptātis. Tertius intellectus est q̄ vniuersali eccl̄ie date sint claues nō oīb⁹ mēbris eius sed in aliq̄bus mēbris eius tm̄ et plenitudo potestatis data sit illi in vno membro tm̄. s. p̄ncipali quod est caput in corpe: quod est roma. ponti. Et iste ē verus ⁊ catholicus sensus ⁊ quē habēt sancti doctores cū dicunt claues datas esse vn̄i ecclesie. Unde de potestate ligandi ⁊ soluēdi a peccatis dicit beat⁹ Amb. lib. de pnīa: q̄ ius ligādi ⁊ soluendi solis sacerdotib⁹ est pmissum. Et beat⁹ Piero. ⁊ habetur in glo. Illud xvi. q̄ date sūt claues omni ecclesie in epis ⁊ pb̄ris. De ptātis ꝙo plenitudine dicūt sancti doctores quos supra induxim⁹ q̄ soli petro data sit ⁊ in eo Romano pōtifici ei⁹ successori. Pro cui⁹ intellect⁹ pleniori noticia est sciendū q̄ ptās clauium vt colligitur ex Apl̄o tam. i. ad Cori. xij. q̄ ad Ephe. iij. ponitur iter grās gratisdatas quas xp̄s dedit corpori ecclesie. vnde ait. Dedit quosdā pastores ⁊c. gratie autē gratisdate nō sunt ita date corpori ecclesie q̄ omnibus ecclesie mēbris sint distribute sed quibusdam tm̄ alique ⁊ alijs alie. vnde ait apl̄s. i. Corin. xij. Diuisiones gratiarū sunt: idem aūt spiritus. vbi dicit glo. gratias hic appellat diuersos grad⁹ ⁊ ordines qui sunt in officijs ecclesie Et. j. ināt Apl̄s. Posuit quidē deus quosdaz in ecclesia primū apostolos. secūdo ꝓpbetas. tertio doctores. deinde virtutes ⁊ exinde gratias curationū opitulationes gubernationes genera linguarū. nunq̄d em̄ oēs apostoli. nunquid oēs ꝓpbete. nunquid oēs doctores. nunquid oēs virtutes. nunq̄d oēs habent gratiaz curationū. nunquid oēs linguis loquūtur. nū quid oēs interpretant̄. Dec Apl̄s. q. d. nō. Et ad Ro. xij. post̄q̄ dixit: multi vnū corpus sum⁹ in xp̄o singuli aūt alter alterius membra. Sequitur. Habētes donationes sm̄ gratiā q̄ data est nobis differētes siue ꝓpberia sm̄ rationem fidei siue ministerij. glo. ecclesiasticū. habentes in ministrādo. glo. assidue: siue qui docet in doctrina ⁊c. Ex quibus verbis apostoli manifestū habetur. Primo q̄ hmōi gratie nō infunduntur nec sunt singulis membris ecclesie corporis cōmunes. Secundo q̄ huiusmodi gratie infunduntur singularibus mēbris corporis particulatim nō autem vniuersitati aut cōmunitati membroz. nullus enim doctus ignorat q̄ talium gratiaruz subiectum capax esse nō potest ipsa cōmunitas. Preterea notandum est: q̄ propter vnitatem ipsoz mēbroz in ipso corpore ecclesie ipsum corpus ecclesie dicitur sepe recipere: habere et exercere siue operari que officialia membra sua vel aliquod etiam vnum membroz recipit habet aut operatur: licet illud tale conuenire non possit toti vniuersitati membroz nec etiam proprie veraciter posset dici de ea: sed tantum per figuram Synodochen denominando totum a parte. sicut etiam in corpore

naturali hois exemplū est manifestum:homo crispus dicit vel caluus licz caluities ⁊ crispitudo vni tm mēbro hominis.s. capiti iterfint. ita similiter reperit in corpibus p silitudinez dictis.plura nāq; attribuunt vni populo licz toti nō cōueniant sed tm aliquibus illius populi. Unde glo.ordinaria sup illud Apostoli pme ad Corinth.x. Sedit populus māducare dicit sic. Populus.i.q̄dam de populo totū p parte ponit.sic in pposito ppter vnitatem in corpore ecclie multa que q̄busdā tm conueniunt attributa leguntur ipsi toti corpori ecclesie vt ptās ministerialis clauiū ligādi ⁊ soluēdi a peccatis q̄ solis sacerdotibus cōuenit et in q̄bus subiectiue ⁊ dispēsatiue esse potest dicitur ecclesie data cuius mēbra sunt ipsi sacerdotes. Unde Ambro. vbi supra. Jus ligandi et soluēdi habet eccl'ia que veros hz sacerdotes.⁊ similiter de alijs actibus. Unde Archidyaconus sup illud. Eccl'ie charitas. de cōse. di.iiij.dicit. Eccl'ia hz facere quod eius ministri faciūt pm institutā:puta paruulos baptismo offerre.baptizare.peccata dimittere:hec ille. Propter pfatam etiā vnitatē corpis mystici nō solum hz eccl'ia habere illud qō singulariter plati in eccl'ia hnt sicut claues ⁊ plenitudinē ptātis quā solus papa habet sed etiā q̄ xp̄us pncipale ipsius eccl'ie caput hz. Unde btūs Aug.tractās illud Apo.ij Qui vicerit et seruauat opa mea vsq; in finez dabo ptātem ei sup gentes⁊ reget eos in virga ferrea ⁊ vt vas figuli cōminuent sicut et ego accepi a pre meo dicit.sic in xp̄o habet eccl'ia hanc potestatem sicut dicit apl's. cū illo omnia nobis donauit Ubi cōsiderandū multū vtiliter venit ad vitandos multos errores:q̄ cū aliqua legantur attributa eccl'ie est aduertēdū respectu quorum vel respectu cuius illa talia attribuātur ei cum nō omnia omnibus cōueniant sed quedam q̄busdam quedā alijs ⁊ quedam vni:als facilitet q̄s posset errare. Cuius p̄sideratiōis defectus videt nobis q̄ fuerit causa aduersarijs multoz erroz. vnde valde cōuenient venit in hoc loco notāda illa regula que ponit i glo. p̄s.xvij. que originaliter est beati Augu. dicētis. Attēde regulā vnitatis capit et corporis:quasi em vna p̄sona est caput ⁊ corpus. ideoq; vna voce vtit caput cum membris: hz ea que dicunt ad diuersa referant. quedā em soli capiti cōueniunt:quedam solis membris quedā capiti ⁊ mēbris. Item que mēbris conuenient quedā p̄teritis quedā p̄ntibus quedam futuris quedā pfectis quedā impfectis cōueniunt.⁊ tamen in tanta diuersitate vna vox est ⁊ quasi vna p̄sona loqui videt: hec gl.

Ex quibus omnibus manifeste patet qualit intelligēde veniāt omnes auctoritates scōz dicentes q̄ eccl'ie catholice date sunt claues: quia nō quidē in ipa tota cōmunitate siue multitudine membroz:sed in aliq̄bus tm.s.in principalibus.s.in epis⁊ p̄sbyteris:vt ait. Hiero. et in istis vt singularibus nō vt collegio: qm sicut aptissime mōstratū est in cōmunitate siue vniuersitate nō pōt esse subiectiue nec dispensatiue potestas ligandi ⁊ soluēdi a pctis: de qua auctoritates sanctoz maxime loquunt vt patet ex ipa littera.

Cap̄.lxxiij. Jn quo respondet ad rōnes fundatas in prima suppositione.

Cap̄. LXXIII. Aggredies quartū principale auctoritatū.ca.lxxi.

Xposita veritate intelligētie sub qua accipiende sunt auctoritates sanctorum patrū dicētes claues esse datas ecclie vniuersali:iam restat respōdere ad obiecta aduersarioz et iuxta numerū suppōnuz illarū q̄bus veluti fundamētis vsi sunt arguēdo tot capitula subiūgemus respōdendo rationibus eoz. Jn p̄mis ergo respondētes ad primū p̄suppositum dicimus q̄ falsum est quod dicūt. videlz q̄ oīa dicta petro ⁊ apostolis trabēda sunt ad eccl'iam ad intellectuz quē aduersarij ptendūt. videlz q̄ cōueniāt cōmunitati ecclesie:qm multa sunt q̄ dicta sunt a xp̄o petro ⁊ apostolis que nullo modo cōuenire possunt ipsi cōmunitati eccl'ie nec etiā singulis fidelibus.nō em potest vniuersali ecclesie aut alijs fidelibus cōuenire illud quod xp̄s ait petro. Matth.xvi. Btūs es Symon bariona:quia caro ⁊ sanguis nō reuelauit⁊c. vt est manifestū. Item nec p̄t trahi ad eccl'iam illud Luc.xxij. Tu cōuersus cōfirma fres tuos ⁊c. Item nec illud Joh.vlt.pōt trahi ad eccl'iam. Symō io.pasce oues meas ⁊c.eccl'ia em grex est nō pastor. Item nec p̄t referri ad eccl'iam illud Matth.v. quod dictum est apl'is. Vos estis sal terre qō ⁊c. vbi vt inquit Hylarius ⁊ habet in glo. cōti.apl'oz designatur officiū. Unde gl.ait. Sūt apostoli sal terre.i.hoim terrenoz qui amādo terrā terra vocant.et Hiero. Sal dicunt apostoli:quia per illos vniuersum hominū condit genus. Item nec potest referri ad eccl'iam illud Matt.xix. Amen dico vobis vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis ⁊ vos iudicātes duodecim tribus israel. vbi hz vt dicit Augu. xx.de ciui.dei.p numerū duodenariū significetur vniuersa multitudo iudicātiū:hmōi tamē non sunt omnes fideles:sed vt idem Augusti.

Ad primā suppositionē positā ibi pra.ca.lxx.

dicit: illi intelligunt qui ꝓpter euangeliū sua omnia dimiserūt ⁊ secuti sunt xp̄m. Item nec potest referri ad vniuersam eccl'iaz illud. Venite post me ⁊ faciā vos fieri piscatores hoim vt pater. Item nec illud potest cōuenire communitati ecclesie. Luce. xxij. Hoc facite in meam cōmemorationē. ꝙ quod verbum apostoli dicunt effecti sacerdotes. Item nec pōt toti cōmunitati ecclesie cōuenire illud. Joh. xx. c. Quoꝝ remiseritis peccata remittunt eis: qm̄ sicut supra sufficiēter ostensum est. Potestas ligandi ⁊ soluēdi a peccatis nec omnib? fidelibus nec ipsi cōmunitati eccl'ie modo predicto data est. Item nec illud Mat. xvij. Quecunq; alligaueritis ⁊c. qm̄ ptās hec non data est eccl'ie in omnibus mēbris eius: sed vt inqt glo. in epīs et pb̄yteris. ⁊ ita non pōt referri ad ipam cōmunitatem eccl'ie modo predicto. Item nec potest ad cōmunitatē ecclie referri illud Mat. ult. vltimo. Euntes docete oēs gentes ⁊c. Clarissimū autem est ꝙ officiū docendi ⁊ baptizādi nō committit toti ecclesie nec isti sunt actus q̄ omnibus fidelibus cōueniant. Item nec illud Joh. xx. Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos. Iz em̄ hoc aplis dictuz sit ⁊ successoribus qui dicunt fungi legatōne xp̄i. derisoriū tamen videret ad cōmunitatez eccl'ie esse hoc referendū: ita ꝙ xp̄s vniuersalem eccl'iaz miserit ad p̄dicandū. ⁊ sic de multis alijs. in sequēti vo. c. ostendet hoc idez de eis que dicta spāliter leguntur petro. Patet ḡ falsitas suppositionis aduersarioꝝ dicentiuz ꝙ oia que dicta sunt aplis referēda sint ad ecclesiam tanq̄ toti cōmunitati cōueniētia. Et ad ꝓbationem p̄mā quādo dicit ꝙ que dicta sunt apostolis opz intelligere de successoꝝ? cōcedimus hoc maxime de prīnētibus vel ad officiū apostolatus vel ad doctrinā veritatis vel ad tolerantiā passionū. Quod vo dicunt p̄ter ꝙ illud. Ego aūt sum vobiscum vsq; ad cōsummationē seculi: ꝓmissum esse vniuerse eccl'ie nullus ambigat: cōcedimus. sed ex hoc nō sequit ꝙ ea que dicta sunt aplis prīnētia ad potestatē siue ad officiū apostolicū sint cōmunia ipsi toti cōmunitati siue vniuersitati eccl'ie siue omnibus fidelibus simul iunctis.

Ad ꝓbatiōez primam

Ad scōam ꝓbationē cū dicit ꝙ ea que dcā sunt petro nō habēt illustrē intellectū nisi cū referant ad eccl'iam. rndet ꝙ hoc nō est sic accipiendum ꝙ talia dicta petro ad auctoritatē siue prātem clauiū spectātia ipsi cōmunitati eccl'ie cōueniant in cōmuni. vt aduersarij pretendūt: quia vt supra ostendimus hoc non est possibile. sed intelligendū est sic ꝙ illa a q̄ dcā sunt petro importātia auctem aut prātem nō habent illustrē intellectū nisi etiā ad eius successores p totū eccl'ie decursum referant. ⁊ h̄ verissimū esse supra ostēdimus. Ex quibus pz ꝙ ratio aduersarioꝝ que fundabat super suppositione predicta nulla sit cum falso fundamento innitatur.

Ad rōnem

Cap̄. lxxiiij. In quo ponit rn̄sio ad rōnes fundatas in secunda suppositione.

Vacuatis argumētis aduersarioꝝ fundatis in suppōne p̄ma. rndeamus ad ea que sup scōa suppositōe fundāt

Cap̄. LXXIIII

Ad secundā suppositionē positaz supra. c. lxx.

In primis dicimus ꝙ suppositio ipa scōa in qua aduersarij dicūt ꝙ omnia dicta petro importātia aut designātia auctem siue prātem sint etiā dicta alijs aplis ⁊ in illis toti eccl'ie facta sit vt pz exemplariter de multis. Et primo de illa que ponit Joh. i. Tu vocaberis cephas: qō p̄m sctōs Anacletū ⁊ Jsidoꝝ caput sonat. manifestū est aūt ꝙ hoc nec alijs aplis nec ipsi toti eccl'ie dictū ē. Item nec illō Mat. xvi. Btūs es symō bariona q: caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus q̄ est in celis et ego dico tibi q: tu es petrus ⁊ sup hanc petram edificabo eccl'iam meā. hoc aūt soli petro dictum est ⁊ nō alijs aplis nec ipsi cōitati eccl'ie que sup petrā aut petri cofessionē fundatur. vnde btūs Chrisostomus ait. Unde qualit̄ xp̄us reducit petrū ad excelsam de ipo intelligētiā hec em̄ ei ꝓmittit se daturū q̄ sunt ꝓpa dei solius. s. pctā soluere ⁊ eccl'iam immutabilē facere inter tot psecutionū ⁊ tētationū procellas. Item btūs Augustinus in p̄mone quodā apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli ita ꝓpositū nostrū aptissime cōfirmat dicēs. Dic est petrus in illa celestium discipuloꝝ schola precipuus ac primus idoneus qui verba vite ex xp̄i ore suscipiens interpres legis assertor gratie destructor synagoge ecclesie reparator: ⁊ ideo solus inter apostolos meruit audire. Amē dico tibi quia tu es petrus ⁊ super hanc petram ⁊c. Quod vero aduersarij dicunt ꝙ petrus pro oībus respondit. dicit ꝙ verum est. quoniam vt ait beatus Ambrosius licet ceteri apostoli siluerunt. Petrus tamen respondit pro omnibus Unde Chrisostomus super Matthеum ita inquit. Quando vero dominus de plebis opinione interrogat omnes respondent. sed de omnibus discipulis interrogatus Petrus tā ꝙ os apostoloꝝ et caput pro omnibus responder. vnde sequitur. Et respondens Symon petrus ⁊c. Quod vero aduersarij subiūgunt ꝙ non solum pro se sed etiam pro alijs dictum sit petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ.

respondeꝝ q̄ hoc est verum sed differēter: q̄a petro date sunt seu p̄misse claues immediate ⁊ in plenitudine siue in excellētia. alijs ꝺo mediante petro siue in ordine ad eū ⁊ iuxta mensuraz dispensationis fiende p eum. Sicut em̄ p̄ncipalioꝛ fuit in cōfessione: ita p̄ncipalioꝛ fuit in remuneratione. licet em̄ receperit pro omnibus nihilominus etiā pre omnibus: vnde glo. super hunc locuz ita inquit. Quia pre ceteris cōfessus est pre ceteris collatis clauibus donatus est. Hoc etiā manifeste patet ex dictis sanctoꝛ que inducūt p se si nō truncate vt moris est eoꝛ sed integre recitenꝝ. Patz de Leone papa qui in p̄mone tertio consecrationis sue ita loquiꝝ. Primus est in cōfessiōe domini qui p̄mus est in apostolica dignitate ꝓpter quod dicit beatissimo petro. Tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊c. transiuit quidem in alios apostolos ius potestatis istius ⁊ ad omnes ecclesie p̄ncipes decreti hniusmodi constitutio commeauit: sed nō frustra vni cōmendatur quod oībus intimeꝝ. Petro em̄ hoc singulariter credit: quia cunctis ecclesie rectoribus petri forma p̄ponit: hec ibi. Itez patet de Rabano quez inducūt si integre ducaꝝ in medium: ait em̄ vt in glo. contra. habeꝝ. Hec aūt potestas ligādi ⁊ soluendi q̄uis soli petro videaꝝ data a dño: tamen ceteris apostoꝝ datur necnō nūc in epis ⁊ p̄sbyteris oīm ecclie: sed ideo petrus spāliter claues regni celoꝝ ⁊ p̄ncipatum iudiciarie potestatis accepit vt omnes p orbem intelligāt q̄ quicūq; ab vnitate fidei vel societate eius quomodolibet seipsos segregāt tales nec vinculis pctōrum absolui nec ianuā regni celestis ingredi possūt. Ecce q̄ dicta sanctoꝝ iducta p aduersarios cuz integre deducunt in medīū manifeste cōfirmant ꝓpositum nostrū. videlz q̄ singulariē et spāliter petro dictuz sit. Tibi dabo claues regni celoꝝ. Quod etiā aptissime ostendit ex eo q̄ solus inter apostolos cū clauibus depingitur. Item de solo eo cātat ecclesia. Deus q̄ beato petro apostolo tuo collatis clauib? regni celestis ligādi ⁊ absoluēdi pontificiū tradidisti ⁊c. Preterea q̄ suppositio aduersarioꝝ videlz q̄ dicta petro importātia potestatem sint etiā dicta alijs apostolis ⁊ in illis toti ecclesie sit falsissima paret de illo quod xp̄s ait petro. Symon iohannis diligis me plus his pasce oues meas. Planissimū est autē q̄ ista verba soli petro dicunt: quod etiā manifeste sancti patres attestant. vnde btūs Chrisostomus sup iob. tractans verbū hoc ita inqt. Alios preteriēs ⁊ transcurrēs huic de talibus loquit: eximius apostoloꝝ erat petrus et os discipuloꝝ ⁊ vertex collegij: hec Chrisо. Ecce clarissimū testimoniū q̄ soli petro illud dictū fuerit a xp̄o. Preterea btūs Bernardus hoc idem testaꝝ sic ad Eugeniū libro. ij. de cōsideratione scribēs. Tu es cui tradite sunt claues regni celoꝝ: cui oues credite sunt. sunt q̄dem et alij celi ianitores ⁊ gregū pastores: ſ tu tanto gloriosius quāto ⁊ differētius vtrunq; pre ceteris nomen hereditasti: habēt alij assignatos greges: singuli singulos: tibi vniuersi crediti sunt vnus vni nō modo ouiū ſ et pastoꝝ tu vnus oīm pastor. vnde id ꝓbem queris? ex verbo dñi. cui em̄ nō dico epoꝝ sed etiaz apl̄o rū sic absolute ⁊ indistincte tote cōmisse sunt oues? si me inquit amas pasce oues meas ⁊c. Quod vero aduersarij inducūt de btō Aug. libro de agone xp̄iano q̄ ecclesie claues date sunt cū petro date sunt: dicimus q̄ verum est sed vt diximus supra ⁊ habeꝝ in glo. Matth. xvi. in epis ⁊ p̄sbyteris nō aūt in tota cōmunitate ecclesie. Et similiter id quod ꝓnter dicit Augustinus: q̄ cū petro ꝺr ad oīs ꝺr. Amas me pasce oues meas nō est intelligēdū q̄ tūc p se ⁊ immediate ad oīs apl̄os xp̄s direxerit verbū illud. cū dicat btūs Chrisо. vt visuz est q̄ alios apostolos p̄teriens xp̄us petro fuerit locut? Et dicit btūs bernardus q̄ nulli apostoloꝝ q̄ petro ita absolute ⁊ indistincte oues cōmisit. Tum q̄ si xp̄us omnibus apostolis illud dixisset tūc plures pastores vniuersalis ecclesie cōstituisset cōtra illud Joh. x. Erit vnū ouile ⁊ vnus pastor. Preterea deriſoriū essz q̄ verbū illud intelligaꝝ referri ad omnes fideles cū constet non oīs positos esse pastores. Inquit em̄ apl̄s ad Ephe. iiij. Quosdam posuit pastores. quosdā dixit nō dixit oīs. Nec etiam potest referri ad totā cōmunitatē fidelium sicut supra ostēdimus: ipa em̄ nō pastoꝝ sed greꝝ dñi dicit. cuius cura petro commissa est vt inquit Gregorius. sed Augustini dictū est sic accipiendū iuxta eiusdē sancti doctoris sniam: q̄ illud quod tūc soli petro dictum est in persona ꝓpria dictū sit etiam in figura omnium aliorum apostoloꝝ et futuroꝝ prelatorum quibus datas claues esse dicebat in ecclesia. sm̄ ꝓportionē tamen sollicitudinis ad quam vocandi essent per petrum. Unde idez Augustinus in sermone quodā apostoloꝝ petri ⁊ pauli qui incipit. Apostolū petrū primū oīz apostoloꝝ ⁊c. tractās illud verbū Joh. vl. Petre amas me pasce oues meas: dicit sic. Per singula dicebat Petro dominus Jesus dicenti Amo te: pasce agnos meos pasce oues meas: in petro figurabatur vnitas omnium pastoꝝm. Hoc etiā vult dicere beatus

Ambrosius in ꝓncipio pastoralis cum ait: ꝙ oues nō solum tūc suscepit petrus ꝫ nobiscū eas suscepit ⁊ nos cū eo. loquit de pastoribus cuiusmodi erat ipe Ambrosius. vnde liber ille pastoralis dicit. cum em̄ christo fuerit cura de ouibus suis nō solum ꝓ tempore Petri sed etiam ꝓ toto discursu temporis vsq; ad finem seculi certum est ꝙ cum petro cōmiserit oues suas in eo etiā oībus alijs eius successorib? et platis in partem sollicitudinis sue euocandis intelligit commisisse. ⁊ p consequēs verū est ꝙ petrus cum oues pascēdas suscepit cuz alijs et alij cum eo suscepisse dicunt: sed cum hoc stat ꝙ petrus ꝓ tempore suo oues christi vniuersas solus ipe absolute ⁊ indistincte: sicut ait beatus Bernardus. pascēdas suscepe rit. Leterum ꝙ suppositio pfata aduersariorū etiam falsa sit patet in eo qđ Luc. xxij. dictum est petro a christo. Tu aliquādo conuersus cō firma fratres tuos. hoc autez soli petro dictū est nō alijs apostolis vt est manifestuz ex ipsa littera: ⁊ tamen in hoc plurimū auctoritatis datum est petro. quod patet ex illo beati Ambro. in. c. fidelior. di. l. Fidelior factus est Petrus postq̄ fidem se pdidisse defleuit ac ideo maiorē gram repperit vt qui fibi ā te infirm? fuerat fieret omnibus firmamentū: vt qui se interrogatiōis tētatione mutauerat ceteros fidei stabilitate fundaret. hec Ambrosi?. Amplius ꝙ falsa sit suppositio pfata aduersariorum patet in eo quod petro legit dictū. Lu. q̄nto. Duc in altum. Quod aūt hoc non sit dictum apostolis sed soli petro expresse glo. testatur ita dicēs. Unde etsi alijs imperatur vt laxent retia. soli petro dicit duc in altum. i. in pfundum disputationū. Et idem testat beatus Ambrosius in. c. est aliō. xxiij. q. i. Ex quibus manifeste patet falsitas suppositionis pfate aduersariorum. et per consequēs rationes in eadem fundatas nullius eē roboris vel momenti.

Cap. LXXV ꝛidens ad tertiā ſuppōnē poſitaz a. xx.

Cap. lxxv. In quo rīdet. ad rōnes fundatas in suppositione tertia: vbi de multiplici modo quo aliq̄d ꝺr figurare aut repñtare psonam alterius etiā habet.

Eterū videndū

c venit quid veritatis habeat suppositio tertia aduersariorum dicentium ꝙ dicta petro designātia auctoritatē aut ptātem aliquam sint ei dicta in figura ecclesie. Et quoniā hec suppositio potest esse vera in vno sensu ⁊ in alio sensu non modo falsa sed etiam erronea ⁊ heretica opus est discernere in quo sensu vera sit et in quo non. Pro quo notanduz ꝙ multipliciter reperit aliquis figurare aut representare personam alterius. Uno modo similitudine aut idētitate eiusdē nature. Hoc modo filius dicitur figura patris. filius enim vt ait Chrisostomus super Mattb. dicit ꝙ sit vt ille scilicet pater. ⁊ ideo dicit ecclesiasticj. xxx. Mortuus est pater eius et quasi nō est mortuus: similez em̄ reliquit post se: vbi glo. interli. dicit. Qui eum dictis ⁊ factis repñtat: de filio etiaz dei dicit ad Hebreos ꝓmo. Qui cum sit splendor glorie ⁊ figura substātie eius glo. id est patris Secundo modo dicit aliquid figurare aliud cōuenientia aut similitudine alicuius ꝓprietatis. sicut dicit Augustinus super psal. cxxx. tractans illud. Potabunt omnes bestie agri id est gentes que figura bestiarū intelligūtur vt patet ex archa Noe in qua omnes bestie fuerunt que figurat ecclam: in cuius compaginis vnitate omnes gentes colligunt: hec Augustinus. Ecce ꝙ bestias gentes ⁊ archam ecclesiam figurasse dicit. Hoc modo figuratōis multa in sacra scriptura ⁊ in dictis sanctorum reperimus figurare siue significare. sicut Gene. xx. habet glo. ꝙ Abraham in multis significauit xpm et Sara eccliam. Et hoc mō vnū ⁊ idem potest plura significare diuersis respectibus. Tertio modo dicit aliquis figurare siue repñtare alium: cuius scz potestate siue auctoritate aliquid facit: sicut ministri in ecclesia dicunt repñtare siue figurare xpum cuius auctoritate funguntur. Hinc apostolus inquit ij. Corinth. v. Pro christo legatōne fungimur et. ij. Colo. ij. Si quid donaui in psona xpi donaui. dicit em̄ de peni. di. iij. §. si quem. Quem sacerdos iudicat: deus iudicat cuius psonam in ecclesia gerit. Hoc modo repñtationis dicitur vicarius repñtare epm: legatus papam cuius vices gerit. vt in. c. sane. de offi. delega. et ita papa xpm in tantū vt dicit Hostie. in. c. quāto. extra de transla. prela. ꝙ pape ⁊ christi idem dicat esse consistoriū. Et idem satis apte colligitur ex illo quod ait Origenes ⁊ inducitur in glo. conti. super Mattheū. xvi. capi. Vide quantā ptātem habeat petra sup quaz fundatur ecclesia vt eius iudicia maneāt firma quasi deo iudicante per eam. Hoc autem modo representationis siue figurationis non potest dici sine errore ꝙ Petrus significauerit ecclesiam: quoniam ipse cum non ab ecclesia potestatem acceperit: sed a christo immediate: vt supra monstratum est et habetur in c. sacrosancta. distinctione. xxj. non ecclesie ꝫ christi vices gerit: et non ecclesie sed christi legatione fungitur: non ecclesie sed christi vicarius est sicut cuius auctoritate fungitur. Et ideo hoc modo figurationis non ecclesie sed

xpi in ecclia romanus pōtifex representat psonam. Quarto modo dr quis alium representare cuius nomine aliquid accipit aut agit: sicut procurator in contrahēdo matrimoniū per verba de pnti repntat psonam domini cuius nomine cōtrahit. vt in. c. vlti. de procura. li. vi. vnde is dicit agere cuius nomine agit. Item canonicus dicit repntare psonam canonici q interesse nō potuit in causa electionis et sibi commisit vicem suam in eligēdo. In quo casu iste poterit eligere vnū ex psona sua 7 aliū ex persona mandantis quā representat. Hoc autem modo repntationis aut figurationis non potest dici sine graui errore q beatus petrus quādo claues accepit ecclīam sanctaz significauit quo tamen errore multi aduersarioum inuoluūtur. Illud tamen patet manifeste ex eo: quia cum qui procuratorio solū nomie agit aut accipit nihil auctoritatis aut dignitatis sibi acquirat sed tm illius cuius nomie aut accipit vel agit. sequeret q beatus petr? ex collatione clauiū sibi facta non solum pceteris apostolis nihil habuisset auctoritat: sed q nullum penitus ius potestatis sibi essz acquisitum sed tantū ecclesie quam figurasse dicit. Item nec ex collatione clauiū aliquod dignitatis nomen vt q esset caput ecclie aut princeps ac pastor siue papa esset sibi acquisitum: sed tantū ecclesie cuius nomine dicit claues accepisse. Que omnia eē beretica manifestum est cum sint cōtra sacrā scripturam expresse et fidem sanctoruz patrum ac sacras canonū diffinitiones sicut ex superioribus pz Quinto dicit aliq̄d aliud figurare quod non habet veritatem illius sed similitudinē solaz sicut dicit q agnus paschalis 7 māna fuerūt figura corporis christi vt inquit apostolus. i. Corinth. xi. c. Et multa alia que in veteri testamento figura fuerūt eorū que in nouo per xpm sunt adimpleta. Sm illd. i. Corinth. x. Hec oia in figura contingebant illis. Hoc autem modo figurationis dici nō potest sine errore matimo q beatus Petrus claues susceperit in figura. quia cum figura distinguat hoc modo contra veritatē sicut vmbra cōtra corpus sequeret ex illo q petrus nō vere sed figurat claues recepisset. Quod nō modo falsum est ꝫ etiā beretic cum manifeste sit contra illud Matth. xvi. Tibi dabo claues regni celoruz et quodcūq̄ ligaueris 7c. Sexto dicit aliq̄s in receptione alicuius beneficij gratie aut auctoritatis alium vel alios figurare in quē vel in quos deriuanda est ex intētione donantis talis gratia aut auctoritas: sicut qui a rege accipit castrū p se et ab eo descendētibus dicit in receptione castri figurasse oīs ab eo descendentes. Hic aūt figurationis aut representationis modus cōuenit beato petro in clauiuz receptione. Nam cum dns vt supra dictū est claues quas petro dedit voluerit in ecclesia vsq̄ in finē seculi pmanere. manifestuz est q petrus nō tantū p se sed etiam p omnibus in quos eēt deriuāda clauiū potestas claues accepit. Unde beatus Ambrosius dicit q oīs sacerdotes in petro claues susceptimus. 7 Augustinus in sermone q in vno petro figurabatur vnitas omniū pastoz. Hoc etiā modo figurationis est intelligendum. c. quodcunq̄ xxiij. q. i. vbi dicit Augustinus q beatus petrus quādo claues accepit ecclīam sanctam figurauit nō quidē tamen in omnibus membris sed vt inquit glo. videlicz in episcopis et presbyteris. Hoc etiā modo est accipiendum quod Archidyaconus sup illud. c. quodcūq̄ dicit: q nomine 7 signo ecclie petrus claues accepit: quia non tm accepit nomine suo sed omniū eorum in quos per totam ecclesie posteritatem esset clauiuz potestas deriuanda. Septimo dicit aliquis alium figurare siue representare in cuius honore succedit pariter 7 dignitate. Hoc modo episcopi dicunt figurā gerere apostoloz. 7 presbyteri. lxxij. discipulorum. iuxta glo. Luce. x. 7 iuxta. c. in nouo. dist. xxi. vnde successor intelligit vna psona cum predecessore. vt in. c. quoniā abbas. in glo. super verbo substitutū de offi. dele. Hoc autem modo figuratōnis nullo modo dicendū est q petrus significauerit ecclīam sed xpm cuius locum tenuit 7 vices gessit in terris. sic romanus pontifex representare dicit et xpm cuius vicarius est et petrū cui in honore 7 pncipatu succedit. Hinc beat? Bernardus ad Eugenium papam scribens inter alia dicit. Tu potestate Petrus: vnctione christus. Octauo dicitur princeps representare prouinciam. rex regnū. caput corpus. et episcopus ecclesiam. dicūtur autem principes continere populos quibus presunt. vnde Sapientie. vi. dicitur. Audite reges. glo. interli. prelati: intelligite iudices finium terre: prebete aures vos qui continetis multitudines. vnde 7 beatus Augustinus libro questionū veteris 7 noui testamēti dicit de beato petro q sicut in xpo oīs erant cause magisterij ita post saluatorē omnes in petro continētur ipm enim constituit caput vt pastor esset gregis dominici: hec Augustin?. Hinc etiaz dicit beatus Ambrosius q nomine senioris vnde ceteri pendent tota domus intelligitur. Hac etiam ratione vt dicitur nono Ethicoruz: quod rector ciuitatis

facit dicit tota ciuitas facere. Et simili ratione qō papa facit dr ecclesia facere: vt in. c. pia extra de excepc. li. vi. Hac etiā ratione cū papa ꝛ prelati maiores ecclesie cōgregant dicit vniuersalis ecclesia cōgregari: ꝛ que ibi stabilita sunt vniuersali consensu dicūtur firmata: iuxta. c. sicut. di. xv. Nono aliquis dicit aliū figurare sicut concilium ciuitatis dicitur representare totum populū: vt senatus populū romanū sic habet glo. iuris ciuilis sup rubrica: q̄ sit lon. consue. Hoc autem modo figuratōnis siue repsentationis consistoriū dominorum cardinaliū quod est quasi senatus vniuersalis ecclesie: iuxta. c. ecclesia. xvi. q. i. dicitur representare vlem ecclesiam. Decimo dicit aliqs representare alios sicut capitulū persona epi sede vacante in oibus casibus notatis in. c. in bis. ꝛ in. c. cum olim de maiori. ꝛ obe. ꝛ in. cap. eps. ꝛ in. c. vlt. Hoc modo dominor cardinaliū collegiū dicit representare papam sede vacante in aliq̄b?: vt in. c. in nomine dñi. di. xxiij. ꝛ in. c. ne Romani. extra de elec. in clemen. et in casu in necessarijs quor expeditio sine grā di piculo expectare nō posset creationez summi pontificis vt notant doctores ibidē. His notatis facilis patet respōsio ad singulas auctoritates inductas per aduersarios ꝛ ad oēs eis similes vt patet per singulas discurrendo

Ad primā auctoritatem

Ad primam ergo que est beati Aug. super Joh. ꝛ ponitur in. c. qō cunq;. xxiij. q. i. dicim? q̄ hmōi dicti Augustini non est intelligentia quā aduersarij ptendūt ꝛ in qua pro maiori parte fundāt somnia sua: quoniā sicut sepe repertum est beatus Petrus nō ita nomine aut signo ecclesie dicit claues suscepisse tanq̄ procurator aut sindicus eius cū ipse pre ceteris omnibus tanq̄ caput plenius ea susceperit: nec etiam cum claues suscepit significasse ecclesiam in omnibus membris eius: quia hoc est derisorium: sed tm̄ in principalioribus: videlicet epis ꝛ phis vt supra cōmemorauimus. Sed vera ꝛ sana intelligētia illi? dicti iuxta catholicam fidē hec est: q̄ data est Petro potestas clauium nō tm̄ pro se sed etiā vt significāti et figuranti vniuersos ecclesie prelatos in quos eius potestas deriuāda esset: quēadmodū qui suscipit a rege castrum aut aliquam potestatē in aliqua ciuitate pro se ꝛ ab eo in recta linea descendentib? dicit in figura omniū talium castrum aut potestatem suscepisse. Ita in ꝓposito: quia Petrus p̄ se ꝛ omnibus eius successoribus legitime intrantibus atq; prelatis futuris in ecclesia claues accepit. Petrus cuz claues accepit dr ecclesiam significasse siue noie aut signo ecclesie in principalioribus scz eius membris epis ꝛ phbyteris. Q̄ vero hec sit intelligētia Augustinini colligere possumus ex multis. Primo ex ipa lra Aug. integre deducta. dicit em̄ btūs Aug. sup Joh. ꝓmone. xlix. sup illo ꝟbo. Me aūt nō semp habebitis. sic intelligendū est. me aūt nō semp habebit? noli expauescere Jude dictuz est. quare nō dixit babes sed habebit?: q nō vnus est iudas: vn? malus corpus malor significat: quō petr? corpus bonor corpus ecclesie. in vno corpus ecclesie sed in bonis. nam si in petro nō esset ecclesie sacm̄ nō ei diceret dñs. Tibi tradā claues regni celor quecūq; solueris in terra soluta erūt in celo: ꝛ que ligaueris in terra ligata erūt ꝛ in celo. si hoc petro tm̄ dictum est nō hoc facit eccl'ia. si aūt ꝛ in eccl'ia fit vt que in terra ligant ligent ꝛ in celo: ꝛ que soluunt in terra soluant in celo: quia cū excōicat eccl'esia in celo ligat excōicatus. ꝛ cuz reconciliat ab eccl'ia in celo soluit excōicatus: si ḡ in eccl'ia fit: petrus quādo claues accepit eccl'iam sanctam significabat: si in petri persona signati sunt in ecclesia boni. in iude ꝑsona signati sūt in eccl'ia mali: ipis dictū est. Me aūt nō semper habebitis: hec Augu. Ex q̄bus manifeste colligit q̄ intētio Aug. nō sit quaz aduersarij interpt̄ant sed ea quā nos explicauimus. Secundo hoc idem pz ex eo q̄ idem btūs Augu. dicit in homelia. xiij. de ꝟbis dñi tractās illō. Absit a te dñe ne fiat istud. vbi ita inquit. In eo qō dixit petrus. Tu es xp̄us filius dei viui: firmos significat. in eo q̄ trepidat ꝛ titubat ꝛ xp̄m pati nō vult morte timendo vitaz nō cognoscendo infirmos ecclesie significat. In illo ergo vno apostolo. i. petro in ordine apl'or̄ ꝓmo ꝛ p̄cipuo in quo figurabat eccl'ia: vtrūq; genus significandū fuit firmi ꝛ infirmi: quia sine vtroq; nō est ecclesia: hec Aug. Ex quib? verbis clarissime colligit q̄ petrus significādo eccl'iam aliquādo figurabat eaz quo ad alios tm̄ nō quo ad oēs. ꝛ ita in ꝓposito Petrus quādo claues accepit eccl'iam sanctaz significauit nō quo ad oēs de eccl'ia sed quo ad aliquos tm̄: videlz successores eius ꝛ alios p̄latos in eccl'ia sancta futuros in quos ab eo deriuāda erat ipsa clauiū ptās. Tertio q̄ hec fuerit sn̄ia Aug. pz p̄ Archi. q̄ exponēs illud verbū. Si hoc tm̄ petro dictū est. ita dicit. Id est vt eius ꝑsonā nō transgrediat̄ non ꝟ facit eccl'ia: i. eius auctoritas: hec ille. Plane hec ē argumētatio beati Aug. vt iste exponit: si potestas data petro soli ei data fuisset ita q̄ ei? ꝑsonam non transgrederet. pfecto potestas ligandi et soluendi in ecclesia non esset cuz ḡ in ecclesia sit: quia continue per prelatos fit

ligatio et absolutio. sequit manifeste q̄ petr⁹ qñ claues suscepit eccl̄iam sanctā in prelatis suis significauit. Ex q̄bus oībus pz q̄ auctas illa nō fauet aduersarijs.

Ad scōam

Ad scōam auctē que est eiusdē beati Augu. in p̄mone quodam apostolorū petri ⁊ pauli. rñdet q̄ bene intellecta in nullo fauet aduersarijs. Nam quod in p̄mis dicit q̄ solus petrus vniuersalis eccl̄ie gestabat psonā. verū est qm̄ cum ipe solus int̄ apostolos esset p̄nceps et caput ordinatus a xp̄o totius eccl̄esie: ipsius solius erat vniuersalis eccl̄esie gestare personā: sicut supra exposuimus in octauo modo repñtatōnis. Et ex h̄ magna excellētia cōmendat beati petri vt infra dicet. Quod vero p̄ñter dicit q̄ claues nō vnus homo sed vnitas acceperit eccl̄ie: verū dicit ad hunc intellectū: qm̄ petrus nō singulariter p se tm̄ claues accepit quod designat verbum: nō homo vnus sed etiā p oībus futuris p̄latis intra tm̄ vnitatez eccl̄ie cōstitutis: quod designat verbum: sed vnitas accepit ecclesie: vt infra plenius declarabit. Quod p̄o subiūgit: hinc petri excellētia cōmendat: q̄a ipsius vnitatis et vīs ecclesie figuraz gessit: qñ ei dictū est. Tibi dabo claues regni celoz quod omnibus traditū est verū dicit ad intelligentiā dataz: videlz in successoribus ⁊ alijs p̄latis ecclesie. Quod aūt subinfert q̄ eccl̄ia suscepit claues qñ dixit dñs apostolis. Quorum remiseritis ⁊c. verū est ad intellectū datum: nō scz in omnibus mēbris suis. ꝛ in illis et eoz successoribus quib⁹ dictū est. Quoz remiseritis pcta ⁊c. Clarissimū est autē q̄ illud nō potest cū veritate intelligi dictuz omnib⁹ fidelib⁹ diuisim aut cōiunctim p̄sideratis: ꝛ tm̄ discipulis xp̄i: sicut supra plene ostensum est. Et lz ista sufficiāt p auctoritate p̄fata: nichilomin⁹ p plenioꝛi intelligētia mētis beati Augustini in illa auctē ⁊ similib⁹ est sciendū q̄ duo errores p̄ncipales circa claues eccl̄ie pniciosissimi fuerūt quos btūs Augustin⁹ in multis libris suis summo studio confutare et eradicare curauit. Unus erroꝛ fuit Nouatianoꝛum qui vt dicit sanctus Thomas in tertia parte. q. lxxviij. ar. x. negabant pniam post baptismū dicētes nullaz apud sacerdotes facultatem esse absoluēdi a peccatis. Istum errorē tangit btūs Augustinus ⁊ impugnat virilit̄ libro p̄mo de peni. vbi in p̄ncipio. ij. c. ita dic̄. Sunt quidā qui credūt vsq̄ in baptismū proficere postea peccātibus cassam perseuerare. Item in p̄ncipio. iij. c. dicit sic. Adhuc sunt q̄ reclamant non esse peccatorum remissionem baptizatis. Ad quem errorem radicitus eradicandum beatus Augustinus vtpote subtilissimus argumētatoꝛ nisus est oñdere q̄ non soli p̄sone petri claues date sint sed in Petro etiam date sint toti posteritati eccl̄esie in p̄latis ipsius eccl̄esie. vnde in. c. xl. p̄fati libri dicit sic. Scimus aūt ⁊ p̄mos patres ⁊ in oī tempoꝛe eccl̄iā dei semp vsq̄ septuagiesse pties quod est semp peccata dimittere: quaz potestatē isti ab eccl̄ia auferre conant. Ceterū de erroꝛe istoꝛ in fine. lib. ij. de agone xp̄iano sic dicit. Nec nos audiamus qui negāt eccl̄esiam dei omnia peccata posse dimittere: iraq̄ miseri dum in petro petrā nō intelligāt ⁊ nolunt credere claues regni celoꝛ esse datas eccl̄esie ipsi eas de manibus amiserūt: h̄ Augu. Hoc tm̄ sicut sepe repetitū est nō est sic accipiendum q̄ ipa vniuersalis eccl̄esia que dicit omniū fidelium collectio in alijs membris q̄ in sacerdotibus banc habeat potestatem dimittēdi peccata. sed ira q̄ toti posteritati eccl̄esie in sacerdotibus date sint claues eccl̄ie. Secūdus erroꝛ fuit eoꝛ qui in hereſi ⁊ scismate cōstitutos ⁊ ita ab vnitate eccl̄esie diuisos dicunt ligare et absoluere posse a peccat̄. qui erroꝛ est cōmunit̄ omniū scismaticoꝛū. Cōtra quem erroꝛez beatus Augustinus in p̄fato tractatu de penitētia ostēdere volēs necessariam esse vnitatez eccl̄esie tam ad vsum q̄ ad fructum consequēdum clauiū ita inquit. Nemo penitere digne potest quem nō sustineat vnitas eccl̄esie: iōq̄ non petat sacerdotes ab vnitate eccl̄esie diuisos: hec ille. Ad destruendum ergo erroꝛē primū dicentē nullā in eccl̄esia apud sacerdotes facultatē esse remittēdi peccata dicit Augustinus. Petrus quando suscepit claues vniuersitatis eccl̄esie in p̄latis. scz ⁊ sacerdotibus figurā gessit. Ad excludendum vero secundū erroꝛē dicentem apud diuisos ab eccl̄esie vnitate claues esse eccl̄ie dixit beatus Augustin⁹ q̄ petrus quādo claues accepit etiā gessit figurā vnitatis eccl̄ie. Et ita patet que fuerit intelligētia beati Augustini in dictis suis. Q̄ aūt illa fuerit etiam ostendit ex p̄cessu quo beatus Ambro. vsus ē in cōfutatione p̄fatoꝛum erroꝛum in libro suo de penitētia. vbi in. c. ij. ita dicit. Sed aūt. s. Nouatiani se dño deferre reuerentiaz cui soli remittendoꝛ criminū ptātem reseruāt. immo nulli maioꝛē iniuriā faciunt q̄ qui eius volūt mādata rescindere cassum munus refundere id est euacuare. Nam ipse cū in euangelio suo dixerit. Accipite spm̄ sanctū ⁊ cui dimiseritis peccata dimittunt ei ⁊ cui retinueritis detēta sunt. quis magis hoc horreat vtrū q̄ mandatis obtemperat an qui resistit: eccl̄esia in vtroq̄ obseruat obedientiam vt peccatum ⁊

alliget et relaxet: heresis in altero immitis in altero iobediēs vult ligare quod nō resoluat nō vult soluere quod ligauit: in quo se suamq; damnat sniam: dns em̄ par ius et soluēdi esse voluit et ligādi qui vtrūq; pari rōne permisit ergo qui soluēdi ius nō habet nec ligandi habet. Ita istor assertio seipam strāgulat: q̄a soluēdi sibi ius negāt negare debeāt q̄ ligādi quomodo potest alterū licere et nō licere alterum. q̄bus vtrūq; datur vtrūq; licere manifestum est aut vtrūq; nō licere certū est. eccl'ie autem vtrūq; licet: heresi aūt vtrūq; nō licet: ius em̄ hoc solis pmissum est sacerdotib⁹. Recte ergo eccl'ia vtrūq; vendicat que veros sacerdotes habet: heresis vēdicare nō potest q̄ sacerdotes dei nō habet: hec Ambrosius. Ex quibus omnibus patet tam que fuerit mens beati Augustini in p̄fatis auctoritatibus q̄ q̄ p̄fate auctoritates nihil faciūt ad ꝓpositū

Ad tertiam aduersarior. Ad tertiā aūctorem que est bti Augustini libro de vnico baptismo ptz rñsio ex dictis: qm̄ omnes ille auctoritates bti Augustini eandē intelligentiā habent. pſuadere em̄ intēdit duas cōclusiones cōtra duos p̄fatos errores. Prima q̄ claues sint apud sacerdotes in ecclesia et esse debeant per totaz posteritatē eccl'ie vsq; in finez seculi q̄ hoc cōtra primū errorem. Secūda cōclusio sua est q̄ claues nō sint apud oēs sed tm̄ apud constitutos in vnitate ecclesie. q̄ hoc contra secūdū errorē. Iste due cōclusiones sequunt̄ ex ꝟ qđ dicit q̄ apostoli quādo eis dictū est. Quoruz remiseritis peccata ꝛc. pſonā eccl'ie gestabāt quia si pſonam ecclesie gestabant tunc sequitur ꝓmo q̄ nō tm̄ ꝓ seipsis sed ꝓ suis successoribus erat eis dictū a domino. Quoꝝ remiseritis ꝛc. q̄ sic error ꝓmus eliditur. Preterea secundo ex hoc q̄ pſonam gestare dicunt̄ ecclesie quādo eis dictū est. Quorū remiseritis ꝛc. cum ecclesia sit vna extra quā nō est salus: sequit̄ necessario q̄ claues nō sint nisi apud in vnitate ecclesie cōstitutos: q̄ sic destruitur secundus error. Et hoc est quod dicit q̄ cū illis dictum est. Quoꝝ remiseritis ꝛc. idez est ac si ipi ecclesie diceret̄. Pax ecclesie dimittit peccata ꝛc. Et hoc est quod idez Augustinus dicit in libro de remissione peccatoꝝ. q̄ habetur in. c. ecclesie charitas. de consecra. distin. xl. q̄ ecclesie charitas dimittit peccata. Dicit aūt vnitas siue charitas ecclesie dimittere peccata: quia nec confitens consequit fructum clauium nec minister habet earum executionem nisi intra vnitatem ecclesie fuerint ambo cōstituti: vt in. c. dicim⁹. q̄ in. c. scisma. xxiij. q. i.

Ad quartam Ad quartā auctoritatem Augustini super Joh. in sermone vt dicit̄. c. vlt. respondetur sicut ad superiores auctoritates dictū est: q̄ verum est q̄ qñ petro dictū ē. Tibi dabo claues ꝛc. vniuersaz significabat ecclesiā ad intelligētiam datam superi⁹. s. nō in omnibus eius mēbris sed in principalioꝝ⁹ solū. s. epis q̄ pbris. Et si dicatur q̄ Augu. dicit vniuersam significabat ecclesiā: ergo in omnibus. Respōdetur q̄ est bene notandū in hmōi auctoritatib⁹ bti Augustini: q̄ vniuersitas importata nomine vniuerse ecclesie nō est vniuersitas membroꝝ ecclesie vt fiat distributio ꝓ singlis mēbris ecclesie aut ꝓ ipsa cōmunitate fidelium: qm̄ vt in superioribus apertissime demonstratuz est: ipossibile est q̄ que petro dicta sunt de claubus ecclesie siue diuisim siue coniūctim confideratis cōueniant. sed est vniuersitas locoꝝ q̄ successionis siue decursus etatis eccl'ie. Unde est sensus q̄ quādo petr⁹ claues accepit accepisse designetur etiā ꝓ omnib⁹ successoribus suis q̄ aljs ecclesie prelatis nō tm̄ in vno loco aut ꝓuincia vna aut vno tēpore sz in vniuerso orbe q̄ per totam etatē ecclesie. s. vsq; in finem seculi q̄ hoc est vniuersaz figurare ecclesiam. q̄ hoc modo accipit vniuersitatem glo. Mat. xvi. cuz ait. q̄ claues date sunt omni ecclesie in epis q̄ pbris. De hoc modo vniuersalitatis loqtur idem beat⁹ Aug. homelia. vi. super Apoc. exponēs illud. Stelle ceciderūt in terrā. ita dicēs. Hoc est stelle ecclesie: sed a toto pars intelligit̄. nō enim tota ecclesia ꝙ qui mali sunt in ecclesia ipsi cadunt de celo. Tota aūt dixit: q̄ in toto orbe terrarum erit persecutio magna q̄ tūc qui iusti fuerint manebūt in ecclesia tanq̄ in celo. Hec ille. Ꝛez sup. i. cañ. Joh. in tractatu quarto inquit. Totus mūd⁹ xp̄ianus est q̄ totus impi⁹: per totum em̄ mūdum impij q̄ per totū mundū pij. Ecce q̄ totalitas ecclesie nō accipitur ibi a totalitate siue vniuersitate mēbroꝝ ei⁹ ꝙ a totalitate locorū. Et ita in ꝓposito nostro plane visuz est nobis q̄ iaduertētia hui⁹ diuisionis vniuersitat̄ dedit occasionē magnā aduersarijs male intelligendi multa dicta sctōꝝ patrū q̄ maxime Augu. de vli siue de vniuersa ecclesia loquentiū.

Capitulū. lxxvi. In quo rñdetur ad auctoritates et rōnes fundatas in quarta suppositione.

Onsequenter re

Cap. LXXVI

c stat vidēdū de suppositōe quarta aduersarioꝝ q̄ de aūctrib⁹ q̄s inducunt in fauorē eoꝝ. Suppositio quarta eoꝝ est q̄ que dicūtur apud sctōs doctores esse in ecclesia aut data ecclesie vli intelligant̄ data ecclesie vt vniuersitati siue in

Ad quartaz suppositionē positaz ca. lxx.

omnibus eius mēbris simul iūctis. Plane q̄ ista suppositio nō solū est falsa sed etiā derisoria sit: satis vnusquisq; ex supradictis intelliget. maxime vbi improbādo aduersarioꝝ positionē ostēdimus multa fore que in ecclia eē aut ecclesie data dicunt que nullo modo ipsi cōmunitati ecclie in oibus mēbris suis cōuenire possunt: immo illa cōitati attribuere illo modo esset oino stultū. Nā sicut in supioribꝰ diximus quēadmodū in corpe naturali bois ad cuius similitudinē ecclia corpus noiat̄ alīq̄ data sunt corpori sic in vno mēbro q̄ non in alio mēbro nec in oibus simul: sicut visus datus est homini in oculo. auditus in aure. odoratus in naribꝰ: ita q̄ nō in alijs. ita est in corpore ecclesie multa data sunt ecclie sicut sunt gratie: q̄ gie gratisdate dicunt̄ de q̄bus apl's ad Roma. xij. 7 i. ad Corinthꝫ. xij. 7 ad Ephe. iiij. quas supra cōmemorauimus q̄ nō sunt ita corpori ecclie date vt oibus mēbris ei? simul cōueniāt sed tm̄ aliq̄bus alique 7 alijs alie. dicente eodē apostolo. Diuisiones gratiarū sūt vt supius plene oñdimus. Falsa ḡ est suppositio illa aduersarioꝝ nec pbatio coꝝ est alicuius apparētie cū dicunt q̄ ecclia sit nomē collectiuū: q̄ ex hoc nō sequit̄ q̄ quicq̄d dicatur esse in ecclesia aut datū ecclie q̄ cōueniat omnibus mēbris eius simul collectis. vñ Apl's ꝓme Corinthꝫ. xij. Si totus corpus oculus vbi auditus? si totū corpus auditus vbi odoratꝰ? Veritas ergo est q̄ multa sūt data ecclie aut in ecclia esse dicunt̄ aut q̄ ecclia illa habeat: que tm̄ nō in oibus mēbris simul collectis hz: sed in q̄busdā tm̄. Quibꝰ habitis dicendū est ad singulas auctes q̄ ex aduerso inducunt̄

Ad primā auctoritatem

Ad primā que est de. c. oibus. xxiij. q. i. rñdetur q̄ verū est q̄ ecclia claues recepit 7 hoc nullus xp̄ianus negat: sed ꝺ: q̄ nō in oībus eius mēbris sed tm̄ in q̄busdā. s. epis 7 pbis sicut sepe cōmemoratū est.

Ad secōam

Ad secundā q̄ est Aug. de doctrina xp̄iana: rñdet̄ codez mō cōcedēdo q̄ xp̄s dedit ecclie sue claues vt q̄ solueret in terra 7c. ꝑ istas claues dedit sicut diximus nō in oibus eius mēbris sed in ꝓncipalioribus. s. epis et pbis.

Ad tertiam

Ad tertiaz que est eiusdē Augu. sup caſ. Jo. rñdet̄ eodem modo

Ad quartam

Ad quartā que est extra de sum. trī. rñdet̄ ꝓmo q̄ auctas illa nō videt̄ ad ꝓpositū facere qm̄ glo. sup verbꝰ: fm claues: exponit fm formā ecclie. Scōo rñdet̄ negādo ꝓntiā: claues noiant̄ ecclie. ḡ cōitas ecclie in se et in oibus suis mēbris atq; ꝓncipalius q̄ petrus claues habet. Jsta ꝓntia nulla est: hoc enim cōe est q̄ claues dicunt̄ castri aut ciuitat̄: 7 tm̄ apiendi facultas nec castro nec ciuitati ꝓpe ascribit̄ sed ostiario. Sic in ꝓposito licet claues noientur ecclie sicut 7 sacra: nihilomin? prās absoluendi a pctis 7 sacra dispensandi solis sacerdotib? q̄uenit 7 aliquoꝝ dispēsatio solis epis sicut alꝫ dictū est. Tertio rñdet̄: q̄ claues nō sic dicūtur ecclesie q̄ cōitas ipsa ecclesie hēat in se subiectiue formaliter 7 dispēsatiue illas sicut aduersarij pretendunt. hoc aūt mō bñ fuerunt in petro 7 nunc sunt in ei? successoribus vñ sancti petrū noiant clauicularij 7 ianitorē regni celestis. Verū q̄ claues regni celoꝝ licet solis sacerdotib? cōueniāt: dicunt̄ tm̄ date ecclesie 7 dicunt̄ claues ecclesie ꝑ assignari plures rōnes. Prima est ꝓpter vnitatē mēbroꝝ in corpore ecclie sicut supra diximꝰ: quia em̄ vt ait Apl's ad Ro. xij. Multi vnū corpus sumus in xp̄o. Jō multi vnū corpus sumus in xp̄o: ō mēbris que mēbris corpis data sunt: ipsi corpori cui? partes sunt data esse dicūtur. Secūdo: q̄ claues date sunt potioribꝰ partibus cōitatis ecclie: q̄ sicut ait Dier. date sūt omni ecclesie in epis 7 pbis. solitū est aūt vt q̄ principaliores faciunt in cōitate ipsa tota cōitas facere dicat̄. qm̄ vt inquit pbs. iz. ethy. Ciuitas ꝺz id q̄ ꝓncipalissimū est in ea. sicut homo ꝺz suus intellect?: nō q̄ intellect? sit totus hō: sed q̄ intellect? est principalior ps in hoie in quo virtualiter ꝓsistit tota hois dispositio. Tertio dicūtur claues ecclesie: q̄ ptās q̄ nō pōt ppetuari in vno aut in plurib? suppositis alicui? multitudinis sed tm̄ ꝑ successionez cōsueuit noiari prās cōitatis licet nō oīb? de illa cōitate talis ptās cōueniat. sicut est in priuilegio ppetuo dato dignitati alicui? ecclesie vel religionis. Quarto dicūtur claues ecclesie: q̄ ad bonū totius ecclesie a xp̄o petro 7 ei? successoribꝰ date sunt. vnde Apl's. h. Cori. xiij. dicit. Scōm ptātez quā dñs dedit mihi in edificationē. Quinto dicūtur claues ecclesie sicut dicūtur claues domꝰ: q̄ ꝑ eas datur ingressus in ecclesiam vel excludit̄ quis ab ecclesia.

Sexto claues dicūtur ecclesie: q̄ fides ecclesie multū opatur in ipsis quō 7 sacra dicuntur ecclesie. Patet ergo q̄ auctas inducta ex pte aduersa nihil faciat ad ꝓpositū ipsoꝝ aduersarioꝝ. Nō vero ꝑfati aduersarij dicunt q̄ in auctē illa nō ꝺz q̄ soli petro ꝓcesse sunt claues nec q̄ per ipsum alijs ꝓcesse sint nō est dignū respōsione: qm̄ oibus doctis notū est q̄ argumentatio ab auctē negatiue nulli? roboris est Multa q̄ppe brō petro cōueniūt que negare esset hereticū: licet de eis nulla fit mētio in. c. illo allegato ꝑ aduersarios ex de sum. trī. et fi. ca. Preterea si ibi nō dicit alibi dicit. vt in. c. fundamenta de elec. li. vi. 7 in multis alijs locis sicut supra cōmemoratū est.

Ad quintū

Ad quintam

tas sponse cōuenit etiam pśone pape si sit in amore xpi. Unde ipse Bernardus in ꝑmone de nuptijs dicit sic. Spōsa xpi ipi nos sumus et omnes simul vna sponsa ⁊ anime singulor singule sponse: hec Bernardus. Tertio quia ratio huius sponsalitatis nō arguit superiori tatem auctoritatis de qua loquimur. de quo rationem supra assignauimus in superiori. c. quia hoc respicit gratiam gratūfacientē cum sponsa dicatur ꝓpter dilectionem. Ait enim Bernardus sup Cant. homelia. lxxvij. Ecclesia dicit ciuitas ꝓpter collectionem: sponsa ꝓpter dilectionem: oues ꝓpter mansuetudinez superioritas autem et excellētia auctoritatis innitit dono gratie gratisdate. Et inde est ꝙ ecclesia dicit sponsa christi in omnibus membris que in christi amore florent. id est in his membris que numero ⁊ merito sunt xpi membra vnde glo. super illud. j. Corinth. xi. Despōdi enim vos vni viro ⁊c. dicit: ꝙ ecclesia in omnibus veris membris virginitatem mētis seruat etsi nō corpis. et. j. Singulariter dicit virginem quia omnes sunt vna ꝝgo ꝓpter fidei integre vnitatem solide spei sincere charitatis Virgo sunt: quia a prauitate erroris ⁊ ab opere malo incontaminati. casta: quia non habent estum male volūtatis: hec glo. Et nihilomin? ecclesia nō habet in omnibus istis potestatez clauium. q̄nimmo habet in multis que nō sūt inter membra vera sponse sed odiētium deum Esse ergo sponsam christi licet arguat fidem per dilectionem operantem. Osee. j. Sponsabo te mihi in fide. nō tamen arguit auctoritatem iurisdictionis aut superioritatē p̄incipatus. alis pśone sancte que spōse christi sunt et vocant superiores essent ⁊ potestate et auctoritate iudicij multis prelatis qui sunt peccatores: quod est error Valdēsium. ꝙsequētia ergo illa aduersariorum: vniuersalis ecclia est sponsa christi. ergo superior est auctoritate romano pontifice nulla est. vnde etiam tempore veteris legis ecclesia dicebatur sponsa: sicut in multis locis habetur in libro Cantico: et nihilominus Moyses superior erat auctoritate tota illa multitudine ecclesie: sicut in superioribus sepenumero inductum est. Et cuz dicitur ꝙ maior sit potestas regiminis in sponsa q̄ in paranympho: dicimus ꝙ verum est nisi sponsus aliter ordinauerit sicut factū est hic: quoniā ipe sponsus scilicet christus regimen et gubernationez ac curam sponse sue romano pōtifice tanq̄ vicario suo plene commisit. Preterea falsum dicunt ꝙ papa non sit etiam sponsus ecclesie: sicut superius ostendimus. c. xxvij. Unde Bonifacius in. c quoniā. extra de imunita. eccl. libro. vi. dicit. Nos iusticiam nostram ⁊ ecclesie sponse nostre nolentes negligere.

Capitulum xci. In quo respōdetur ad obiectionē decimā sumptā ex eo ꝙ ecclesia errare nō possit.

Ecimo obijcie- batur sic. Ecclia non potest errare ⁊ per cōsequens indeuiabilis est: papa errare potest ⁊ deuiare a rectitudine tam mor ꝙ fidei. ergo ecclesia ē superior ptāte ⁊c. Ad hoc respondēres dicim? ꝙ ratio ista nulla est: qm̄ hec argumētatio nullas vires habet: ecclesia vniuersalis errare nō potest in fide papa vero sic. ergo ecclesia ē maior ⁊ superior potestate clauiū aut auctoritate iurisdictionis romano pontifice. Cum em̄ vt supra diximus ista pertineāt ad diuersas gratias gratisdatis: distincta nāq̄ est gratia confirmationis a gratia potestatis clauium: vna nō arguit aliam vt est manifestum. alis quicūq̄ esset in gratia confirmatus non modo claues haberet sed etiam in clauiū potestate superior esset omni non confirmato: quod absurdum est ⁊ a fide vniuersalis ecclesie alienū vnde iste ꝙsequētie aduersarior nō modo sūt nulle sz etiam videtur sapere errorem. De hoc autem quod dictum est ꝙ ecclesia vniuersalis errare nō potest in fide licet plura dixerimus libro primo. c. xvij. vbi apertissime declarauimus ꝙ in ecclia dei fides sanctitas doctrina prelatio ⁊ sacramenta vsq̄ in finem essent duratura: nihilomin? duximus hoc hic explicandum: qualiter iuxta sanctor patrum doctrinā sit accipiendū: ꝙ ecclia errare possit. Dicimus autem hoc ꝙ in ecclia in fide ⁊ moribus errare nō possit sic accipiendum esse: ꝙ deus ita assistet eccl'ie vsq̄ ad consummationē seculi vt nūq̄ vera fides deficiat in ea: nullum em̄ erit tempus vsq̄ ad finem seculi in quo nō sint aliqui etsi nō omnes qui veram fidē per dilectionem etiam operantē siue charitatem formatā nō habeant. Quod pulchre ostendit Aug. sup illud. ps. cvij. Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquaq̄ sic dicēs. Ex ore suo quippe dicit ꝙ vnitas corporis loquitur in cui? membris etiam illi deputant qui defecerunt ad horam negando: sed penitētdo postea redierūt vel etiam martyrij quam perdiderunt palmā reparata confessione sumpserunt. Non igitur vsq̄ valde sed sicut quidam codices habēt nō vsquaq̄ hoc em̄ non omnimode ex ore petri in quo erat typus ecclesie ꝟbū veritatis ablatum est: qui etsi ad horam negauit timore turbatus: tamen flendo est reparatus ⁊ confitcn

Cap. xci rides decimo ꝙ Gu. facto. c. ꝙ.

do postea est coronatus. totū itaq; corpus xp̄i loquit̄. i. ecclesie sancte vniuersitas in quo toto corpore siue quia negantibus plurimis remanserunt fortes qui vsq; ad mortem p̄ veritate certamen certarēt: siue quia ex his qui negauerunt multi reparati sunt: nō est ablatum ex ore eius verbum veritatis vsq; valde: hec Augustinus. De isto etiam ecclesie p̄uilegio habet̄ Matth. xvi. vbi Petro xp̄s ita ait. Tu es petrus ⁊ super banc petrā edificabo ecclesiam meam: ⁊ porte inferi nō p̄ualebūt aduersus eam. glo. interli. nō separabūt eam a charitate mea ⁊ fide. Sup quo ꝟbo dom̄in? Archidyaconus in. c. ita dñs. distin. xix. ita dicit Porte inferi peccata mortalia sunt que dicūtur porte inferi: quia per ea paratus est aditꝰ ad inferos: hec aūt non p̄ualebunt contra ecclesiam sic q̄ nō sint aliqui boni semper in ecclesia. Vel porte inferi dicuntur hereses ⁊ scismata: q̄a p ea similiter est aditus ad infernuz. hec similiter nunq̄ contra eccl̄iam p̄ualebūt sic vt eaz toraliter polluāt. xxiij. q. i. a recta: h̄ ille. Item eodem modo exponit sanctus Thomas in. iij. di. vi. loquēdo de baptismo vtrum possit dari ab hereticis: dicēs sic. Non requiritur fides p̄sonalis offerētium ad baptismuz nec alicuius p̄sone determinate sed solum fides ecclesie militātis: quaz nō est possibile deficere toraliter deo ordināte. qui dicit Mat. vlti. Ego aūt vobiscū sum vsq; ad consummationem seculi.

Cap̄. xciij. In quo rñdet̄ ad vltimā obiectionē fundatam sup illo Mat. xviij. Dic ecclesie.

Ca. XCII videns adynde ymū argumētuz sumi. c. lxxxi.

Eliquuz iam restat vt vltime satisfaciam? obiectioni: qua aduersarij potissime fulciunt̄ ad p̄bandum q̄ vniuersalis ecclesia auctoritate et iurisdictionis potestate superior sit romano pontifice dicentes q̄ ad vniuersalem ecclesiam ficut ad supmum iudicem quilibet fidelis. ⁊ per p̄sequēs etiam romanus pontifex remittat̄. Ad quam respondētes dicimus boc esse falsum. Et ad p̄bationem quam faciunt ex illo Mat. xviij. Dic ecclesie: dicimus q̄ auctoritas bene ⁊ catholice intellecta nō facit p aduersarijs. Alia nempe est intelligentia prefate auctoritatis iuxta sanctorum ⁊ clarissimorum doctorum interpretationem q̄ aduersarij p̄tendant. Pro cuius declaratione: quia hac auctoritate maxime aduersarij armantur est notandum q̄ illud dictum christi. Dic ecclesie exponitur dupliciter iuxta glo. ordina. ⁊ expositores. Primo sic: dic ecclesie. scz tanq̄ iudici denūciādo illi peccatū fratris corrigēdū. Alio modo: dic ecclesie: id est coram ecclesia obiurga fratrem delinquentem: vt iuxta Hiero. in glo. ordi. detestationi eū habeat: ⁊ qui non potuit pudore saluari saluet̄ opprobrijs. Quo notato faciemus q̄nq̄. In primo probabim? q̄ expondo. illud. Dic ecclesie: tanq̄ iudici ꝟm litterale sensum: ex quo solo efficax argumentum sumitur vt inquit tam Hyo. q̄ Aug. per ecclesiam non possit vniuersalis ecclesia per orbez diffusa intelligi. Secūdo probabimus q̄ etiam per hoc dic ecclesie: nō possit intelligi ad litteraz vniuersalis ecclesia concilialiter cōgregata. Tertio p̄babim? q̄ per ecclesiā in predicta auctē intelligatur prelatus. Quarto soluem? ratōes inductas cōtra banc intelligentiam. Quinto ostendem? etiam q̄ ex sensu litterali nō possit recte intelligi illud. dic ecclesie: iuxta secōaz expositionē qua exponit̄: id est coram eccl̄ia obiurga de vniuersali ecclesia siue dispsa siue synodaliter collecta. Pro deductione omniū istoꝝ presupponim? cum omnib? sacre scripture doctorib?: q̄ correctio fraterna de q̄ in p̄fata auctoritate datur generalis doctrina cadit sub precepto. Qua suppositione posita sit ista conclusio. Per ecclesiā cui tanq̄ iudici precipitur denūciari cuiuslibet fratris delinquētis peccatum: ex sensu litterali aut ex intentione xp̄i nō potest accipi ecclesia vniuersalis p orbem diffusa. Ista cōclusio p̄batur multiplicit̄er. Et primo sic. Nullus potest intelligi recte assignat? ab aliquo sapiēte iudex in causa aliqua cui est impossibile vel quasi: denūciari culpaz delinquētis. boc est manifestū: q̄ talis frustra assignaret̄ iudex. sed eccl̄ie vniuersali dispersē p orbem non est quasi possibile simul denūciari posse peccatū cuiuslibet fratris delinquētis: vt patet. ergo ex intentione xp̄i sapientissimi legislatoris nō potest intelligi p ecclesiam cui tanq̄ iudici est denuncianda culpa delinquētis fratris vniuersalis ecclesia p orbem dispersa. q̄ña est bona. Et cōfirmatur. Tum q̄ de rōne legis est q̄ sit possibilis: vt in. ca. erit aūt lex. di. iij. dicit Isid. Tum q̄ vt inq̄t Hiero. anathema sit qui deū dixerit aliquid impossibile precepisse. Secūdo sic. ad nullū tanq̄ ad iudicē sapiens legislator remittit aliquē q̄ nō potest exire in actum siue exercitiū iudicij audiēdo querelas: condēnando reum: vel absoluendo innocentē: ⁊ ista videtur manifesta. sed vniuersalis ecclesia per orbem diffusa nō potest exire in actum iudicij vt est manifestū: cuz non esset in vno loco congregata. ergo legislator christus nullum hominem remittit ad ecclesiam vniuersalem que per orbem diffusa est

Quinq; fact̄ur ē principaliter

Circa primū principale

tanq̄ ad iudicem. ergo per eccl'iam de q̄ xp̄us in euāgelio inquit. Dic ecclesie: nō potest vere intelligi ecclesia vniuersalis. Tertio sic. vniuersali ecclesie que dicit collectio oīm fideliū nec in singulis mēb̄is nec in omnibus simul vt vniuersitati sunt date claues regni celoꝝ aut potestas ecclesiastice iurisdictiōis vt manifesta luce ostēdimus in superioribus. ergo ad eam vt ad iudicem nullus remittit. p̄ñtia est bona: quoniā cuius nō est potētia eius nō est actus: vt dicit Aristoteles in li. de somno et vigilia. ergo falsum est q̄ ad eccl'iaz vniuersalem remittat quis sicut ad iudicem. Et hec de p̄mo.

Circa scōm principale

Secundum vero q̄ per ecclesiam ad quam vt ad iudicem dicit remitti quilibz fidelis non possit intelligi ex intētione christi siue ex sensu litterali vniuersalis ecclesia cōcialiter congregata p̄batur ex multiplici capite. Primo ex raritate cōgregationis vniuersalis ecclesie. plane nō est credendū q̄ sapientissimus legislator eum vniuersalē iudicem t supremum poneret in ecclesia ad correctionē peccatoꝝ que quotidie est necessaria in ecclesia quem rarissime cōtingit p tribunali sedere t maxime eum qui p plures annos nō cōueniret ad iudicium. pater: quia sic periret iustitia t correctio nō haberet locum. sed vniuersalis ecclesia raro congregat: immo quādoq̄z plus q̄ per centum annos nō fuit celebratuz vniuersale concilium. ergo nullo modo credēdum est q̄ ad talem iudicē sapientissimus x̄p̄s fideles suos remitti voluit siue ordinauerit. Secundo idem ostendit: dato etiam q̄ semp celebrarez synodus aliqua vniuersalis ex eo q̄ insupportabili onere grauaret populus x̄pianus si pro adimplēdo p̄cepto de correctione fraterna tenerent fideles venire ad eccl'iam vniuersalem actu congregatā. Plane huius insupportabilis grauitas repugnat suauitati legis x̄pi. iuxta illud Deuteronomij. xxx. Mādatum hoc quod ego p̄cipio tibi hodie nō est supra nec p̄cul positum in celo situm vt possis dicere. quis nostrum ad celum valet conscendere vt deferat illud ad nos vt audiamus et opere compleamus: nec trans mare positum vt causeris t dicas: quis ex nobis trāsmeare poterit t illud ad nos deferre vt possim? audire t facere quod p̄ceptum est. sed iuxta est valde: gl. interli. mādata dei temperata t moderata sunt humanis viribus. et Matth. xi. dicit ipe legislator. Jugum enī meū suaue est: t onus meum leue. plane nō leue esset p̄ceptum diuine legis de correctione fraterna: si fidelis quilibz illud adimpleturus ad vniuersale concilium actu existens venire teneretur

Ad quod p̄cul dubio obnoxius esset venire si per ecclesiam cui denūciandum est peccatuz fratris delinquētis vniuersalis ecclesia synodaliter congregata ex christi intētione veniret intelligēda. Quocirca manifestum videt nō esse de intentione legislatoris christi per ecclesiam in p̄dicta auctoritate designare vniuersalē eccl'iam siue dispersam siue cōgregatam. Que ratio maxime ex eo loco diuine legis confirmat. vbi Deutero. xvij. iudices in portis esse. t p̄mi Machabeoꝝ. xiij. in platea sedere legunt: quod ideo a deo stabilitū ē creditur vt administratores iustitie in promptu t sine difficultate haberi possent: quod ō concilijs vniuersalibus cōtingere nō potest. Tertio sic: ita femine tenent ad correctionez fraternā quemadmodū viri t pauperes sicut et diuites: hoc est manifestum. sed femine nō remittunt ad eccl'iam nec dispersaz nec synodaliter congregatam tanq̄ ad iudicem cui p̄ximi denūcianda est culpa cōmissa vt patet. ergo sequit q̄ per illud: dic ecclesie: nō potest recte accipi vniuersalis ecclesia etiaz actu synodaliter congregata. p̄sequētia est bona: quia si femine tenerent ire ad vniuersalia concilia ad denunciandum delinquētium virorum aut mulierum culpas t maleficia. t ita oīes fideles siue pauperes siue diuites: quod ē absurdum. Quarto nihil quod est impeditiuum iustitie perturbatiuum pacis ecclesie occasio multoꝝ scismatum t per quod ratione appellationum que interuenirēt in omni causa ad illum supmum iudicem: vacarent omnia tribunalia p̄latoꝝ t iudicum: creditur instatutum a christo qui est rex iustitie et pacis amatoꝝ: sed omnia ista mala sequerent si ecclesia vniuersalis congregata esset instituta iudex ad quem cū frater delinquēs non audiret fratrem corripientem esset recurrēduz. p̄z quia ecclesia raro congregatur t congregata nō diu manet cōgregata nec ad eam possent omnes fideles oībus p̄currere nec etiā mittere denūciationes omniū similiū fratrum delinquētium: vt patz. ergo nullo modo est dicendū q̄ p̄ ecclesiam intelligat vniuersalis ecclesia congregata etiaz cum dicitur: dic ecclesie Quinto sic. concilij vniuersale institutionez t robur auctoritatis accipit a papa: vt distin. xvij. p totum. t extra de elec. c. significasti. ergo sequitur q̄ papa nō remittat ad concilium vniuersale sicut ad iudicē suum superiorem. p̄sequētia est manifesta. Sexto arguit sic. cōcilia vniuersalia sunt humana institutione introducta: vt p̄z in. c. canones. dist. xvi. t. xvij. ergo nō potest recte intelligi p̄m sensum litte

ralem p eccl'iam cum dicit. dic ecclesie. concilium vniuersale: patet p̄sequētia: qz als̄ institutio z celebratio concilij vniuersalis esset diuina lege z nō tm̄ humana institutione: quod nō videtur. ergo manifestuz est q̄ p ecclesiam cui tanq̄ iudici peccatū delinquentis fratris incorrigibilis denūciandū est ex sensu litterali z ex intētione legislatoris xp̄i nō possz intelligi ecclesia vniuersalis nec diſperſa p orbem nec synodaliter congregata. Et hec de scō.

Circa tertiū principale

Tertium vero q̄ scz p eccl'iam cui tanq̄ iudici denūciandum est peccatuz fratris delinquētis z incorrigibilis ex intentione xp̄i fit intelligēdus p̄latus multiplici sanctoz et clarissimoz doctoz testimonio p̄batur. Primo ex eo arguitur manifeste q̄ xp̄s nō vniuersali ecclesie diſperſe aut cogregate sed apostolis et eoz successoꝝ ecclesie prelatis ait. Amen dico vobis quecunq̄ alligaueritis super terram erunt ligata et in celo. vbi glo. Hieronimi dicit sic. hic potestatem tribuit apostolis. prelati ergo vniuersitatū sunt ad quos tanq̄ ad iudices fideles remittunt z non ip̄e vniuersitates. Secūdo hoc idem ostendit auctoritate beati Ebrisostomi qui sup Matthēum vt habetur in glo. cōtinua exponit sic. dic eccl'ie id est bis qui ecclesie p̄sunt. Tertio idem arguitur ex gl. decreti in. c. si peccauit ij. q. i. que ita habet. dic ecclesie. i. sacerdoti. Quarto idē ostenditur ex interp̄tatione apostolice sedis i c. nouit. extra de iudi. vbi ly dic ecclesie: de pastore z rectore vniuersalis ecclesie interp̄tat z exponit. Quinto ostendit auctoritate beati Thome qui tam in. iiij. di. xix. q̄ in. ij. ij. q. xxiij. in materia de correctō fraterna exponit. dic ecclesie. i. p̄lato in iudicio p̄fidenti. Sexto auctoritate eiusdē sancti Thome in tractatu de correctione fraterna vbi exponens p̄dictam auctrem dicit. p̄ceptum de correctione potest ptinere ad omnes vel ad p̄latos: si ad omnes cōmuniter tunc ecclesia non vocatur hic congregatio sed prelatus: si istud ptineat ad prelatos tunc sensus est. dic ecclesie. i congregationi fidelium z debet coram ea excōmunicari vt fit diuisus ab ecclesia p sniam excōmunicationis: z donec redeat ab ecclesia debet vitari z haberi sicut ethnic9 z publicanus. Ad idem est sanctus Thomas sup Matthēuz sic dicens. dic ecclesie. i. toti multitudini vt confundat z qui noluit fine cōfusione corripi cuz confusione corripiat. est enim confusio adducens gratiam. Vel dic ecclesie. id est iudicib9 vt corrigatur: hz illud Deuteronomij. xxij. Si genuerit homo filium contumacem z protervū apprehēderit eum z adducet ad seniores ciuitatis. Hec sanct9 Tho. Septimo ptz ex sententia dñi Altisiodoren. in sum. sua. iij. lib. xxi. rubrica. quō sit intelligendū hoc preceptum si peccauerit in te frater tē cui9 sententia est ea dez quasi in forma cū illa que posita est sancti Tho. in tractatu de correctō fraterna. Octauo ad idez est sententia dñi Hug. Cardinalis primi postillatoris biblie: qui iuxta duas glo. que ponūtur in glo. cōtinua. quarū vna dicit: dic eccl'ie: id est bis qui eccl'ie p̄sident. z alia dicit: dic ecclesie: id est toti ecclesie vt maiorē erubescentiā habeat. dicit super Mat. sic. Si priuata persona corripit sic exponēdū est: dic ecclesie: id est coram prelato ecclesie cum conuince per testes quos noluit audire corripientes. z hoc iuxta primā glo. Si vero p̄latus corripit sensus est: dic eccl'ie. i. coram ecclesia. s. cōgregatione fideliū excōica. Nono eādem sententiā quasi formaliter p̄sequitur venerabilis magister Nicolaus gorra sup Mat. Decimo ad idem est dñs Albertus magnus qui super Mat. ita exponit: dic ecclesie: id est prelato in conuentu siue in synodo: z si eccl'iam nō audierit vt p̄m arbitriuz prelati corrigatur: sit tibi tanq̄ ethnicus z publicanus. Hec Albertus. Undecimo ad idem est cōmunis postillator Magister Nicolaus de Lyra: qui super Matth. ita exponit: dic ecclesie: id est prelato.

Duodecimo confirmatur ex practica z cōsuetudine obseruata a sanctis patribus z ab vniuersitate fidelium ab ipso nascētis ecclesie exordio. Manifestum est aūt q̄ practica obseruata in ecclesia dei circa obseruantiam precepti siue ordinis de correctō fraterna semp fuit z est denūciare prelato z non vniuersali ecclesie siue diſperſe siue congregate fratris delinquētis peccatum. Cum ergo cōsuetudo obseruantie sit interpres legis: vt dicit Augustinus libro de mendacio: ex factis sanctoꝝ colligemus quid in scripturis sentire debeamus Manifestum est q̄ verus z proprius ac principalis intellectus prefate auctoritatis sit: vt per ly eccl'iam: cui tanq̄ iudici denunciatio fienda est siue ad quem fidelis remittit: p̄latus ecclesie intelligi debeat siue accipiendus veniat z nō vlis eccl'ia aut per orbez diſperſa aut synodaliter cōgregata. Quibus testimoniis p̄sideratis valde ridiculū ē z satis abominabile q̄ aduersarij contēptis tantoꝝ sanctoz ac patrū z doctoz testimonijs z assertionibus p̄sumant sacram scripturam ad p̄priam volūtatem exponere: similes illis de quib9 Clemens papa in. c. perlatum. di. xxxvij. loquitur dicens. Perlatum nobis est q̄ quidam in pribus vestris commorantes sanis doctrinis

aduersant & put videt nō ſm traditiones patrum ſed iuxta ſuum ſenſum docere videntur. Et hoc tantum dictum ſit de tertio articulo.

Circa quartū principale in quo rñr ad ꝓbatōnes. ti. argumēti facti. c. lxxi.

Quarto reſtat reſpondere ad rōnes aduerſariorum. Ad primā cum dicit ꝙ nō poſſit p eccleſiaz intelligi ꝓlatus quia chriſtus loquebatur petro qui futurus erat prelatus eccleſie et nullus ad ſe remittat per conſequēs nō prelatus ſed vniuerſalis eccleſia ſit intelligenda eo modo quo haberi poteſt. ſcilz ſynodaliter. Ad hoc reſpondetur ꝙ ratio nō militat. Pro quo ꝑmo notandum ꝙ hec doctrina de correctiōe fraterna data a chriſto generalis eſt omnes fideles reſpiciens & nō ſolum petrum licz ad ipſum ſpecialiter in figura totius eccleſie directus ſit ſermo in ſignum principatus ſui ad quem a domino erat electus. et ita legiſlator chriſtus tam ſubditos ꝙ ꝓlatos ad obſeruantiam huius ꝓcepti aſtringere voluit. Verum vt ſuperius commemorauimus ex ſentētia beati Thome in tractatu de correctōe fraterna & Hugonis cardinalis et magiſtri Nicolai Gorre ſup Matthеuz exponētis iuxta duas glo. ordina. dupliciter hunc tex. Alia eſt intelligētia huius nominis eccleſia: quando priuata perſona corrigit & alia quando publica perſona. Nam ſi priuata perſona corrigit tūc eſt ſenſus. dic eccleſie. i. prelato. Si ꝙ publica ꝓſona corrigit tunc eſt ſenſus. dic eccleſie. id eſt coram cōgregatione ſiue multitudine cum obiurga: vt ſic quemadmodū ait glo. maiorem erubeſcentiā patiatur. Vel coram cōgregatione eum excōmunica vt ſic quēadmodum ait Hieronymus in glo. multoz deteſtationi habitus oppꝛobꝛijs ſaluetur qui pudore ſaluari nō potuit. Sed cum hoc modo ꝓlatuz remitti ad eccleſiam nō ſit remitti ad ſuperiorem ſiue ad iudicem vt de ſe pater: manifeſtū eſt ꝙ ratio aduerſarioz non ꝓbat intentum. Preterea ſecūdo rō ꝓfata nō ꝓcedit: qm̄ non videt iucōueniēs ꝙ quis remittat ad ſeipſuz ſm aliam & aliam habitudinē conſideratum. Prelatus em̄ vt ait ſanctus Thomas in. iij. di. xix. q. ij. duplicit poteſt conſiderari: aut ſm ꝙ in iudicio preſidet & ſic dicere ꝓlato inquit eſt dicere eccleſie p quē modū ꝓſona in ꝓlatione conſtituta poteſt a ſe vt eſt ꝓuata perſona remitti ad ſe vt eſt ꝓſona publica. & tūc dicere eccle nihil aliud eſt ꝙ erire in actū iudicij puniēdo & corrigēdo fratrē delinquētem qui denūciatus eſt. Nō beatus Grego. ſcribens Johāni patriarche Cōſtantinopolitano ſup vſurpatione vocabuli vniuerſalis. epla. cclxv oſtendit ſic dicens. Nos quidem in q̄bus tal tantaq; ꝓ auſum nepbariū culpa committit: ſeruamus quod ꝓcipit veritas dicens. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te & ipm: ſi aūt te nō audierit dic eccleſie. ſi vero eccleſiaz nō audierit ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Ego itaq; ꝓ reſpōſales meos ſemel & bis verbis būilibus hoc quod in tota eccleſia peccat corripere ſtudui: ꝓ me ſcribo q̄q̄d humiliter facere debui nō omiſi: ſi in mea correctione deſpiciar reſtat vt eccleſiam debeaz adhibere: hec Gregorius. Vbi eccliam adire vel adhibere eſt cenſuram eccleſiaſticā apponere ſicut fecit nō cōuocādo ſup hoc aliquod concilium vniuerſale. Preterea hoc modo ait Nicolaus papa in. c. precipue: vbi ita dicit regi Lotbario. Ceterum caue ne quādo nobis ſm preceptum dñi duos vel tres teſtes adhibeamus. immo vero hoc ſancte eccleſie dicamus: et quod non optamus decetero cunctis fias ethnicus et publicanus. Quod ꝛo ibi ꝓ eccliam nō alium iudicez ꝙ ſeipm intelligat patet ex glo. que in eo loco dicit ſic. Ergo in cauſa denūciationis idem poteſt eſſe iudex et accuſator & teſtis: vt extra de ſimo. c. licet. Ceterum ipe beatus Petrus in cuius ꝓſona hec cōſtitutio diuina ꝑmo emanauit abſq; hoc ꝙ vniuerſali eccleſie diceret aut vniuerſale concilium cōuocaret Ananiam & Saphirā eius cōiugem ſua auctoritate damnauit. Nimium plane foret periculoſum aſſerere btm̄ petrum alioſq; ſanctos patres trangreſſores eſſe diuini ꝓcepti q̄ ad correctionē peccatoꝝ abſq; denunciando vniuerſali eccleſie ſua auctoritate ꝓceſſerunt. Et hec ad primā ratōnem dixiſſe ſufficiat. Ad ſecundā rōnem cum dicit ꝙ nomen eccleſie ſit collectiuū. & per ꝓſequēs non poſſit per eccliam intelligi prelatus ſed vniuerſitas. Reſpondet ꝙ ratio nulla eſt: quoniā ſepe nomine cōmunitatis exprimit & intelligitur prelatus aut ꝓnceps eius. Et ratio eſt: qm̄ vt inquit Ariſt. ix. Ethi. Ciuitas eſt id q̄ ꝓncipaliſſimū eſt in ea. vnde q̄ facit ꝓlatus ꝺr facere eccleſia. Adde ꝙ intelligit de ea pte vniuerſitatis que iuriſdictionis eſt capax nō de tota que nō eſt capax. Vel de tota eccleſia intelligi poteſt put eccleſie ſententia iudicis denunciat. Ad tertiaz rōnem cum dicit ꝙ glo. ordina. dicit dic eccleſie. id eſt toti eccleſie. & ita per conſequēs non eſt exponēda illa littera de prelato. reſpondet ꝙ ratio illa non militat. quoniā glo. illa non fauet ꝓpoſito aduerſariorum ſed magis eorum intentionez infirmat. ſi glo. illa more eorum qui nō contentionibus: ſed inquiſitioni veritatis ſtudent integre legatur. gloſa autem illa ita habet: Dic toti eccleſie: vt maiorem erubeſcenti

Ad ſecundam

Ad tertiam

am patiatur. in quo verbo nihil auctoritatis attribuit cōmunitati. vnde sequit in glo. hec omnia sequat excōmunicatio que fieri debet per os ecclesie. i. per sacerdotem. vbi manifeste innuit q nō per cōmunitatē illam ecclesie sed apud plātz qui os vertex est ecclesie fit auctoritas iudicij: quo excōmunicāte siue puniēte tota illa ecclesia que est corpus eius cuius assensu et approbatione in contumacem fratrem condēnationis sentētiam pfert dicitur cum eo operari. Et ita patet q illa glo. nō intēdit dicere q quādo cōmunitati eccl'ie precipitur denunciari fratris delinquētis peccatum q denunciet ei sicut iudici: sed sicut coram quo frater ipse cōtumax obiurgādus aut excōmunicādus veniret. Qualiter aūt etiam intelligēda veniat illa totalitas ecclesie de q glo. loquit cum ait. dic ecclesie. i. toti ecclesie infra in sequēti articulo explicabimus. et hec de quarto. Restat iam declarare qō quinto loco polliciti sumus: videlicet pbare q ex sensu litterali illud. dic ecclesie i. coram ecclesia obiurga siue excōmunica: nō possz recte intelligi de vniuersali ecclesia dispsa siue synodaliter collecta. Quod faciliter ostēdimus ex rationibus quibus pbauimus q etiam iuxta expositionem primam non poterat vniuersalis ecclesia accipi nomine ecclesie cum dicit. dic ecclesie: scilicet iudici. Primo ex impossibilitate denūciandi aut obiurgandi aliquem coram tota vniuersali ecclesia per orbez dispsa. fidelibus em̄ in diuersis regionibus orbis constitutis hec adimplere nō esset possibile. Secūdo ex insupportabili onere quo grauaretur populus xp̄ianus z etiam prelatorum si fideles tenerent venire ad vniuersalem ecclesiam congregatam ad obiurgādum quēlibet fratrem cōtumacem aut singuli prelati ad excōmunicādum illuz. plane hoc esset insupportabile onus quod nō patitur suauitas diuine legis: sicut superius ostēdimus. Tertio: quia ex huiusmodi difficultatibus periret iustitia et omnis disciplina a repu. chr̄istiana cum raro posset fieri iustitie executio. nō est ergo illa totalitas ecclesie de qua dicit in glosa p̄fata dic ecclesie. accipiēda ita vniuersaliter vt p totam eccl'iam intelligat vniuersalis eccl'ia: sed est accipiēda stricte. videlz quādoq; p collegio dominoz cardinalium. quādoq; p congregatione vna cōuētuali: quādoq; p congregatione vnius cōmunitatis vnius populi. quādoq; p congregatione vnius familie. Hoc em̄ modo accommodata locutione sepenumero sacra scriptura vtitur nomine vniuersalis ecclesie sicut Apostolus ad Roma. vltimo. ait. Circa q̄rtū p̄ncipale.

Salutat vos Gaius hospes meus z vniuersa ecclesia vbi per vniuersam ecclesiam solam p̄ uinciam Gai intelligit vt ait glo. Et hoc de quinto articulo. z per consequēs de responsione ad auctoritatem illam Matthei. xviij. ca. Dic ecclesie.

Cap̄. xciij. q romanus pontifex extra casum heresis nō habeat iudicē superiorem in terris.

Elucidata in su Cap̄. XCIII

periozibus amplitudine z supioritate primatus romani pontificis luce clarissima patz: q romanus pontifex verus z indubitatus extra casū heresis p̄ sublimitate p̄ncipatus sui iudicem non habeat superiorem in terris. Que conclusio lz in superioribus apertissima sequela habeatur: nihilominus pro ampliori illustratōe veritatis multiplici via demonstrat. Primo rationibus. Secūdo sacre scripture exemplis Tertio sanctoz patrū auctoritatib9. Quarto sacrorum conciliorum diffinitionibus. Quinto apostolice sedis determinatiōe. Sexto clarissimorum doctorū sentētia z doctrina. Circa p̄mam viam. scilz per rationes arguitur. Primo sic: ille qui est omnibus superior in terris nō habet iudicem superiorez in terris. ista ꝓpō patet: quoniā idem non potest respectu eiusdem vel eozundem esse superior z inferior sed papa est omnibus catholicis superior cuz sit princeps z caput eorum vt superius taz ex sacre scripture q̄ sanctorū patrū testimonijs ostendimus. ergo romanus pōtifex nō habet iudicem superiorem in terris. vnde glo. super illud ps. Tibi soli peccaui: inquit: quia rex est omnibus superior. ideo a deo tātū qui est maior eo puniēdus est si quis de popl'o errauerit et deo peccat z regi. Rex vero nō habet hominem qui sua facta diudicet. z ideo ait. tibi soli peccaui. Confirmatur ista ratio. Si papa haberet iudicem aliquem in terris extra casum heresis superiorem. iste iudex aut esset potestas alicuius secularis p̄ncipis aut potestas concilij vniuersalis: hoc videtur manifestū a sufficienti diuisione. Non potestas secularis vt patet et aperta luce colligitur ex multis: vt ex. c. suscipitis. distinctione decima qō est Gregorij Nazanzeni. z ex. c. diffinimus. qō est octaue synodi vniuersalis. Non potest etiam dici q sit concilium vniuersale patet: quia concilium non habet potestatem superiorem potestate pape: immo potestas ipsa concilij cum sit a potestate pape: vt in capl'o significasti. de elec. z distinctione decima septima per totum. vna z eadem est cū illa vnitate ordinis

Prima via arguēndi

et dependētie sicut de lumine stellarū ⁊ solis dicimus. ⁊ p̄ p̄sequēs concilīū vniuersale non potest esse iudex pape veri ⁊ indubitati. cū ordinarium iudicīū nō habeat fieri nisi per potestatem superiorē: vt in. c. inferior. distin. xxi. Secūdo sic. in omnibus ordinatis adinuicez p̄ma agunt in posteriora ⁊ nō econuerso. ꝑ romanus pontifex est primus ⁊ supmus in toto ordine ecclesie. ergo ipsius est corrigere ⁊ iudicare alios ⁊ nō econuerso. p̄sequētia est manifesta. ⁊ antecedēs patet. Tertio sic p̄firmando eandē rōnem. sicut in ordine totius vniuersitatis quo ad esse nature in genere mobiliuz ⁊ mouētium nō est p̄cessus in infinitū nec ordinis retrogradatio: vt Aristoteles demonstrat sed deuenīt ad vnū quod sic omnia mouet q̄ a nullo alio mouetur in genere illo. ita videt dicēdum in ordine vniuersitatis ecclesiastice quo ad esse discipline q̄ fit deueniendum ad vnū qui omnes habet corrigere ⁊ iudicare ⁊ a nemie in ordine isto iudicari possit p̄sequētia videt nota: qm̄ non minus resplendet pulchritudo diuine sapiētie in genere gratie q̄ in genere nature. hic autez est romanus pōtifex qui in genere rectoz ⁊ iudicuz habet supmuz locum vtpote totius ecclesie p̄nceps et rector. ergo in terris nō habet iudicē superiorem. Quarto sic. ille cuius auctoritate maius nō est iudicium in terris nō habet iudicē superiorē in terris. ista est manifesta de se ⁊ colligitur apte ex. c. cū inferior. di. xix. ꝑ romanus pontifex est hic. dicit em̄ Nicolaus papa in. c. patet. ix. q. iij. Patet p̄fecto sedis apostolice cui⁹ auctoritate maius nō est iudiciuz a nemine foze retractādū nec cuiq̄ liceat de ei⁹ iudicio iudicare. ergo sequit q̄ romanus pontifex nō habet iudicem superiorem in terris. Quinto sic. ille qui solius dei reseruatus est iudicio nō habet iudicem in terris cuius iudicio sit subiectus. sed cause pape sunt singulariter reseruate dīno iudicio. ergo q̄diu manet papa solum deuz habet iudicē. p̄sequētia est nota. maioz patz. minoz habet in. c. aliorum. ix. q. iij. vbi sic ait Symachus papa. Alioz hominū causas deus voluit per homines terminari. sed sedis istius p̄sulez suo fine questione reseruauit arbitrio voluit beati Petri apostoli successoz res celo tm̄ debere innocetiaz. i. rōnem de sua innocētia vt exponit Archidyaconus. Sexto sic. Romanus pontifex est primus ⁊ supmus vicarius christi vices eius gerens in ecclesia vt superius oñsuz est. ⁊ ita potestas sua nō est primaria sed delegata seu vicaria. sed talis potestas nō habet supza se nisi potestatem principalem eius a quo instituta est nisi principalis illam alteri submiserit. sed non reperit q̄ xp̄s qui p̄ncipalis est eccl'ie rectoz ⁊ pastoz romanū pontificē vicarium suuz alicui persone aut cōmunitati submiserit. sed vt sancti p̄fes dicunt vt in. c. alioz. iam inducto. ⁊ in. c. facta subditoz: deus reseruauit sibi iudiciuz illius: ergo sequit idem quod p̄us. Septimo sic: ille a quo nō licet appellare nō habet superiorez in terris. Patet: quia ab inferiori ad supiorez est licitū appellare. ij. q. vij. placuit. sed a papa appellare nō licet. ix. q. iij. c. ipsi sunt. ⁊. c. cuncta. ergo papa nō habet iudicem supiorem in terris. Secūda via. videz sacre scripture auctoritate siue exemplis patet eadē p̄clusio dicit em̄ Exo. xix. Bestia que tetigerit montē lapidabit. ⁊. ij. Regū. vi. habetur: q̄ Oza percussus est a domino quia archaz tetigit. Per archam ⁊ montē intelligit platus: p bestiam aūt ⁊ Ozam designant subditi: vt notat. ij. q. vij. §. ex his. vbi manifeste ex ipa animaduersione instruimur grauiter eos diuinaz maiestatem offendere siue dispersos siue cōgregatos qui prelatum suum tactu correptionis tangere p̄sumūt. Preterea hoc ipsum nos docet regum bystoria p̄mi Regum. xxiij. vbi habetur q̄ licet Saul iam a domino reprobatus esset ⁊ ex inuidia dauid electum quereret ad p̄dendum: nihilominus dauid grauiter dolēs percussit corsuum q̄ oram chlamidis p̄scidisset illius: dixitq̄ ad viros qui Saul extinguere moliebant: ppitius sit mihi dominꝰ ne faciā hanc rem domino meo xpo domini vt mittaz manum meā in euz: quia xp̄s domini est. viuit deus, quia nisi dñs p̄cusserit eum aut dies ei⁹ venerit, vt moriat aut descendēs in prelio pierit nō mittaz manū meā in xp̄m domini. Per Saul vt dicit Gratianus in loco p̄nominato prelati intelliguntꝰ: p dauid subditi. Chlamidem vero regis p̄scidit qui prelatum suū sententia damnatiōis ferit: quod minime subditis licet: quia facta pastoris gladio ferienda nō sunt q̄q̄ repbendēda recte videantꝰ: vt in. c. oues. ij. q. vij. quod inferi⁹ inducet. Que bystoria maxime p̄posito nostro seruire censebitur si augustinū audiamus libro primo questionum noui ⁊ veteris testamēti ita querentem ⁊ respondētem: qua ratione dauid Saul postq̄ deus ab eo recessit xp̄um domini vocat ⁊ defert ei nō nescius dauid diuinam esse traditionē in officio ordis regalis: idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificat ne deo iniuriaz facere videretur qui bis ordinibus honorem decreuit. Dei em̄ ymaginem habet rex sicut et episcopus christi. q̄diu ergo in ea traditione est honorandus est

Secunda via

si non ꝓpter se vel ꝓpter ordinez. Unde Apostolus oībus inquit potestatibus sublimioribus subditi estote: nō est em̄ potestas nisi a deo. Quecūq; sunt a deo ordinata sunt. Lecterum hoc cōfirmat ex illo Luce. xij. vbi ait saluator. Quis putas est fidelis dispensator & prudens quem cōstituit dominus super familiaz suam. glo. interli. i. eccliam. vt det illis in tempore tritici mensurā: beatus ille seruus quem cum venerit dominus ꝛc. Et sequitur. Si dixerit seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire & ceperit ꝑcutere pueros & ancillas & edere & bibere & inebriari. Et sequit. Veniet dominꝰ serui illius in die qua nō sperat & hora quā nescit: glo. iudicij vel mortis & diuidet eum: glo. a cōsortio fideliuz partēq; ei⁹cuz ifidelibus ponet: hec ibi. Ecce q salua tor iudicium sibi reseruat serui delinquētis. s. summi pontificis quem sup familiam suam. i. ecclesiam pastorem constituit atq; rectorem.

Tertia via

Tertia via videlz sanctoꝝ patrum & romanorum pontificū auctoritatibus sic ꝓfata cōclusio demōstrat. Est in ꝓmis ad hoc beatus Anacletus papa & christi martyr. qui vt habetur in canone electionē. distin. lxxix. ita dicit. Electionē summoꝝ pontificum sibi dominus reseruauit. licet electionē eorum bonis sacerdotibus & spūalibus populis concessisset. vbi inquit glo. & ita fallit regula ad quaz spectat institutio & destitutio. xvi. q. ij. visis. Secūdo ad hoc expresse est auctoritas beati Bonifacij pape & martyris qui vt in. c. si papa habetur: dicit. Huius. s. romani pōtificis culpas redarguere presumit nullus: quia cūctos ipe iudicaturus a nemine est iudicādus nisi deprehēdatur a fide deuius. Ad id vero quod dicit ꝫ gl. respondebit infra. Tertio ad idem est auctoritas Innocētij qui i. c. nemo. ix. q. iij. sic dicit. Nemo iudicabit primā sedem iustitiā temperare desiderantē. neq; em̄ ab Augusto nec ab omni clero nec a regibus nec a populo iudex iudicabit. Que verba veniūt intelligenda diuisim & cōiunctim. Unde gl. hic ait. Argumētum q concilium nō potest papam iudicare. vt extra de elec. significasti. Quarto ad idem est Gelasius papa ea. cau. & q. in. c. ipsi. sunt. vbi ita inquit. Ipsi sunt canones qui appellationes totius ecclesie ad huius sedis examen voluerunt deferre: ab ipa vero nusq; prorsus appellare debere sanxerūt: acꝑ hoc illam de tota ecclesia iudicare. ipamq; ad nullius cōmeare iudicium nec de eius vnq; ꝓceperūt iudicio iudicari. sniamq; eius cōstituerūt nec oportere dissolui cuius potius sequēda decreta mandarunt. Ex quibus manifeste dat intelligi q romanus pōtifex supior sit omnibus et iudex totius ecclesie & nō ecōuerso. Quinto ad idez est papa Gelasius ea. cau. & q. in. c. cūcta. vbi sic ait omnibus epis scribēs. Cuncta p mundum nouit ecclesia q sacrosancta romana ecclesia de omnibus pbas habet iudicandi nec cuiq; de eius liceat iudicare iudicio. Ex qbus verbis habet idem quod prius: vbi tamen singulariter ponderandū est illud quod ait: cuncta p mundū nouit ecclesia. Ex quo manifeste colligit: q aduersarioꝝ doctrina sit contra antiquam vniuersalis ecclesie fidem & doctrinā Sexto hoc colligit ex allocutiōe tertia pape Adriani in cōcilio roma. que lecta fuit etiam in octaua synodo. vbi ita inquit. Siqdem romanū pontificē de omniū ecclesiarū presulibus iudicasse legimus: de eo vero quēq; iudicasse nō legimus. lz em̄ Honorio ab orientalib⁹ post mortē anathema dictū sit. sciendū tamē est quia sup beresi fuerat accusatus ꝓpter quaz solam licitū est minoribus maioꝝ suorum moribus resistendi vel prauos sensus eoꝝ libere respuēdi: hec ille. Nota tñ qđ dicit q ab orientalibus & post mortē: qm̄ Honorius ille nunq; nec dum viueret nec post mortem reptus fuit posuisse in xpo vnam tm̄ voluntatē & vnā operationē. vnde nec ab apostolica sede nec a patribus occidētalibus talis iudicatus est. imo Agatho papa sub quo sexta synodus illa celebrata est cū condēnauit ponētes vnā volūtatem tm̄ in xpo & vnaz operationē. videlz Sergium. Pyrum Paulum & Tyrum nullā mentionem fecit de illo Honorio quē orientales dicunt fauisse erroribus Sergij. vnde credit q hoc fecerint orientales ex mala & falsa ac fini stra informatiōe de prefato Honorio decepti Unde Emanuel caletus & grecus vir magne sapientie frater ordinis ꝑdicatoꝝ in tractatu suo cōtra grecos dicit: q btūs Maximus qui fuit eo tempore quo sexta synodus confiata est in disputationibus aduersus Pyrū Cōstantinopolitanū patriarcham qui in eadem synodo damnatus fuerat Honorium ꝓfatuz quem aliqui vt hereticum causabant purgat cum hereticus pyrus constantinopolitanam tunc ecclesiam regeret & munimen erroris sui Honorium proferret. ei vero iste respōdit. Honorium pietatem colere: fibiq; ipsi in bis que dixit illius sensum congruere: simulq; & illius Pyro verba proposuit quosdam asserens illius sensum ignorantes siue etiam calūniātes falsam de illo deseminasse famam: hec ille.

Septimo idem testatur Innocentius tertius qui in ꝼmone consecratiōis romani pontificis qui incipit. Quisputas fidelis est seru⁹:

ita inquit. Intantū mihi fides est necessaria vt cum de ceteris peccatis deū iudicē habeā ꝓpter solum pcm̄ quod in fide committitur possem ab ecclesia iudicari: nam qui non credit iam iudicatus est: hec ille. Octauo testat idem dominus Innocentius in sermone alio eiusdem solēnitatis cuius ꝓncipium est. Qui habet sponsam spōsus est. vbi ita inquit. Propter solam fornicationē nō dico carnalez sed spūalem: quia nō est carnale sed spūale coniugium. i. ꝓpter infidelitatis errorem: quoniaz qui non credit iam iudicatus est. ⁊ ℔ intelligitur in euāgelio quod audistis vos estis sal terre quod si ⁊c. hec ille. Nono testat hoc idem sanctus Eusebius papa qui in. c. oues. ij. q. vij ita inquit. Oues que suo pastori cōmisse sunt eum nec reꝓbendere nisi a fide exorbitauerit nullatenus accusare possūt: quia facta pastoris gladio ferienda nō sunt q̄q̄ reꝓbendēda recte videanť. Ex quibus manifeste patet q̄ q̄diu romanus pontifex a fide nō exorbitauerit a nullis fidelibus q̄ truncūq̄ simul congregatis cū omnes sint oues cure sue cōmisse potest iudicari. Quarta via

Consequēter p̄fata conclusio ostendit quarta via. scz sacrorum conciliorum diffinitionibus. Primo quidē patet ℔ ex diffinitione cōcilij vniuersalis romani: in quo btō Siluestro p̄sidente ita legit diffinitum et est canon vltimus eiusdem concilij. Nemo iudicabit ꝓmam sedez: quoniā omnes a ꝓma sede iustitiā desiderant temperari: quoniā nec ab omni clero nec ab omni populo iudex iudicabitur ⁊ subscripserūt. cclxxviij. epi ⁊ xlij. pbri et. v. dyaconi ⁊ Augustus Constātinus ⁊ mater eius Helena. Secūdo hec eadez sentētia colligit ex pfessione synodi que occasione bti Marcellini pape qui mortis timore ydolis thurificasset Rome copiosa cōuenerat. De q̄ in. c. nūc autem. distin. xxi. vbi papa reatū suū confitēret ⁊ se offerente paratum suscipere q̄c quid patres concilij sibi voluissent imponere synodus nō est in eum ausa pferre sentētiam Et rōnem assignans ait: quoniā prima sedes non iudicatur a quoq̄. vbi Archidyacon? ait nisi de hereti. distin. xl. c. si papa. Tertio eadez confirmat ex Calcedonen. concilio in sententia contra Dyoscor. in qua sancti patres grauissime notarunt Dioscori p̄sumptionez qua ausus fuit in secunda synodo dare excōmunicationem in Leonem papam de qua in. c. tm̄. dist. n xxi. Quarto hec eadem sentētia roboratur pfessione synodi illius que super obiectis contra Symachum papam mandato regis Theodorici steterit rome cōgregata: in qua cuz prefatus rex iuberet vt sancta synodus iudicaret de his que venerabili Symacho ab aduersarijs ꝓpingebanť: concorditer synodus ipsa respōdit apostolice sedis antistitem minoruz nō subiacere iudicio. de quo in. §. hinc etiam. dist. xvij. vbi dicit Hug. super verbo subiacere nisi in crimine hereseos. vt. distin. xl. si papa. Quinto hec eadem sententia confirmatur diffinitione synodi illius que super criminibus que quidam mali homines obijcere contra Sixtum papam tētarunt Rome legit conuenisse vbi cum presens impator Valentinianus audisset synodum dicentem nō licere aduersus romanum pontificem sententiaz dare surrexit ⁊ in arbitrio prefati ātistitis tribuit iudicare iudiciū suum. de quo in. §. predicto nūc autem. distin. xxi. Sexto hec eadem sententia synodaliter diffinita babetur ex synodo romana. ccxix. episcopoz̄ p̄sidente sanctissimo papa Symacho temporibus Theodorici regis vbi ita babeť. Non est necesse super his noua condere sed vetera recitare atq̄ firmare. Est enim a multis ex nostris antecessoribus synodaliter decretum atq̄ firmatū vt oues que pastori suo commisse fuerunt eū nec reꝓbendere nisi a recta fide exorbitauerit presumant. Septimo hec eadez sententia roboratur diffinitione octaue synodi vniuersalis constantinopolitane: in qua inter alia ita legitur diffinitum. Porro si synodus vniuersalis fuerit congregata ⁊ facta fuerit de sancta romanoruz ecclesia queuis ambiguitas oportet venerabiliter et cum conuenienti reuerentia de proposita questione scisciari ⁊ solutionem accipere et proficere vel profectum facere: non tamen audacter sententiam dare contra summos seniorꝭ rome pōtifices. Vbi notanda sunt verba huius sancte synodi. Dicit enim q̄ non sit audendū siue p̄sumendum dare sniam contra romanū pōtificē. ⁊ hec rōnabiliter valde dicit qm̄ si romanus pōtifex ab alio q̄ a xp̄o extra casum heresis iudicandus veniret iam nō summus pōtifex nec summus et gñalis xp̄i vicarius esset cū supiorē iudicez haberet in terris. Octauo eadem snia colligitur ex ꝓcilio illo vniuersali lateranēsi. i quo Alexāder tertius vt in. c. licet. extra de ele. ita inquit. In ecclesia romana aliquid spāliter cōstituitur: quia nō potest ad supiorez haberi recursus. vbi glo. Hosti. quia nulla supior est: ℔ ipa sup omnes est. Et idem Jo. an. addens. iō iudicio dei relinquit. ix. q. iij. Nono hec eadē snia habeť ex diffinitiōe habita in cōcilio Cōstantiensi per omnes patres vtriusq̄ obedientie et confirmata per papam Martinum: in qua vt habetur in epistola quam prefatus

Martinus edidit babeꝫ tanꝯ ꝓ articulo fidei babēdo. ꝙ papa canonice electus habeat supmam auctoritatem in ecclesia dei. Ex qua determinatione clarissime habeꝫ ꝙ romanus pontifex extra casum heresis in quo a papatu decidit nullius potestatis q̄ solius dei subiaceret iudicio. alꝫs nō esset supma potestas ecclesie in eo sed in alio cuius iudicio subijceretꝫ q̄m vt habeꝫ in. c. inferior. di. xxi. Sola potior sedes inferiorē cōuenienter absoluit: nec pōt quisq̄ qui minoris auctoritatis est eū qui maioris potestatis ē iudicijs adijcere aut ꝓprijs
Quinta via diffinitionibus subijcere: hec ibi. Quinta via: videlz apostolice sedis determinatione ꝓbatur eadem veritas: papa nāq̄ Bonifacius octauus in epistola sua decretali extrauagante que incipit. Unam sanctā: inter alia diffiniens ita inquit. Si deuiat terrena potestas iudicatur a spūali: si deuiat spūalis iudicatur minor a superiori. si vero suprema a solo deo z nō ab homine potest iudicari: hec ibi. De sanctionibus autem apostolice sedis dicit Agatho papa in. c. sic. di. xix. ꝙ sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiēde sunt tanꝯ ipsi?
Sextavia diuina voce Petri firmate. Amplius via sexta. videlz clarissimoꝝ doctorum doctrina z aptissimis sententijs et determinationibus. Ait em̄ in ps. venerabilis Hugo de sancto victore litteris z religione clarissimus secunda parte de sacramētis sic. Potestas summi pōtificis a deo ꝓmū instituta est z cum deuiat a solo deo iudicari potest. Eandem sententiaz sequunt alij clarissimi z pcipue in theologica facultate magistri. vt dñs Albertus. sanctus Thomas. in. iiij. di. xix. Alexāder de Alis i. iij. dñs Bonauentura cardinalis in. iiij. Petrus de Tarentasia. Innocētius q̄ntus in. iiij. dñs Ulricus in summa sua. dñs Richardus de altavilla in. iiij. dominus Petrus de palude patriarcha hierosolymitanus in tractatu suo de potestate ecclesiastica. magister Herueus in tractatu suo de ecclesiastica potestate. magister Augustinus de Anchona in summa sua ō ecclesiastica potestate. frater Alexander de alpidio in tractatu suo de ecclesiastica potestare. Qui omnes aptissime tradūt z atrestāt̄ur romanū pontificē verum z indubitatum extra casum heresis stricte sumpte nullum in terris iudicem habere superiorem: sed tm̄ deum in celis cuius vices gerit in terris. Sunt preterea huius cōclusionis omnes pcipui doctores iuris canonici. vt Hostiēn. Johānes and. Guido. Archidyaco. Innocētius in diuersis passibus z etiā dñs Aluarus in libro de statu z planctu ecclesie. Qua sntia tantis z tam irrefragabilib? testimonijs firmata manifeste cō uincit aduersarioꝝ p̄sumptuosa assertio: qua contra rōnes manifestas cōtra sanctoꝝ p̄m traditiones contra sanctoꝝ conciliorꝝ z apostolice sedis diffinitiones necnō contra claris morum doctoꝝ ac pcipuoꝝ in tota dei ecclesia sentētias dogmatizare non sunt veriti romanum pontificem verum z indubitatum extra casum heresis ꝓ quocunq̄ peccato mortali de quo incorrigibilis apparet hominū subiacere iudicio.

Cap. xciiij. In quo objicit cōtra p̄dicta z primo ꝙ imperator sit iudex ordinarius pape.

Eritatis aduer

Cap. XCIIII

v sarij multiplici via nituntꝫ ifrm gere cōclusionē p̄dictā: quorum quidaz pre ceteris magis a fidei veritate exorbitātes asserunt ꝙ imperator vl̄ ꝓnceps secularis aut populus sit iudex ordinarius summi pontificis. Quoꝝ rōnes sunt que sequunt. Prima. papa nō est magis exemArgu. primū qō ptus a iurisdictione imperatoris q̄ fuerit xp̄us inq̄tum homo mortalis fuit. sed xp̄s inq̄tum homo mortalis fuit subiectus iurisdictioni imperatoris. ergo z ꝓ ꝙsequēs imperator est iudex ordinarius pape. ꝙsequētia videt bōa. maior etiā patet. q̄m vicarius nō est maior eo cuius est vicarius. minor vero ꝓbatꝫ auctoritate xp̄i dicētis pilato. Joh. xix. Non haberes ptātem aduersus me vllam nisi esset tibi datū desup. z c. Ex quibus verbis manifeste colligit ꝙ pilatus iurisdictionē habuit coactiuā sup xp̄m.

Scō fic. ille est iudex ordinari? pape a quo Secundum papa habet sup alias eccl̄ias p̄ncipatū: ꝫ papa ab imperatore videt habere hmōi p̄ncipatū sc̄z ꝓ priuilegium Constantini imperatoris concessum romano pōtifici. de quo habetur. xcvi. c. Constantinus. g̃ z c. Tertio sic. Imperator Tertium fuit ordinarius iudex sancti petri. ergo imperator est iudex ordinarius pape. ꝙsequētia videtur euidēs: quia papa nō videt magis exēpt? q̄ fuit beatus petrus. ātecedēs ꝓbatur: quia omnes apostoli q̄tuz ad hoc ꝙ essent subiecti vel nō subiecti iurisdictōni imperatoris fuerūt pares. sed btūs paulus fuit subiectus iurisdictioni imperatoris: qz ad cesarem tanꝯ ad superiorez appellauit. ergo z btūs petrus fuit subiectus eidem. Quarto sic. sicut in nouo testaQuartum mento potestas summi sacerdotis pēdet immediate a deo: sic etiā in veteri testamēto preeminentia summi sacerdotis fuit a deo instituta. sicut patet Exo. xviij. sed nō obstāte predicta eminētia summus sacerdos in veteri lege potuit ab homine iudicari immo z deponi

ficut patet de Abiathar qui erat verus ⁊ legi
timus summus sacerdos ⁊ tamē fuit depositus ⁊ eiectus de summo sacerdotio per Salo
monē nō ꝓpter crimē heresis: sed quia conspi
rauerat cum adonia. vt pz. iij. Reg. i. ⁊. ij. ergo
similiter i nouo testamēto summus sacerdos
subiectus erit in casibus criminalibus pote
Quintum stati seculari. Quinto arguit ex illo quod
Leo papa scribit impatori Ludouico i. c. nos.
ij. q. vij. vbi ita inquit. Nos si incōpetēter ali
quid agimus ⁊ in subditis iuste legis tramitē
nō seruauimus vestro ac missorum vestrorum
cuncta volumus emendare iudicio. vbi papa
missorum ab imperatore voluit subire iudiciū
ergo videtur q̄ papa subdatur iudicio pote
statis secularis.

Cap̄. xcv. In quo prefatus error dicentium q̄ im
perator aut secularis potestas sit iudex ordinarius pa
pe confutatur.

Cap̄. xcv

Licet luce clariſ
I sima ex supioribus tam in primo
li. circa. c. xc. q̄ in hoc secundo li
bro circa. c. xxxviij. ⁊ mānifeste ap
pareat p̄fati erroris stultitia vt nō sit opus ad
illius improbationē alia inducere: maxime cū
iam cōdemnatus sit p̄ apostolicam sedem in
extrauagāte. Job. xxij. que incipit. Licz iuxta
doctrinam apostoli: nihilominus p̄ ampliori
veritatis illustratione aliquibus auctoritati
bus ⁊ rōnibus paucis tamē illum improbare
curabimus. Primo occurrit nobis diffinitō
octaue synodi vniuersalis. que vt in. c. diffini
mus. distinctione. xxij. habet ita ait. Diffini
mus neminē prorsus potentum quēq̄ eorum
qui patriarchalibus sedibus p̄sunt inhonora
re aut amouere a ꝓprio throno tētare p̄cipue
quidem sanctissimū papam senioris rome ⁊c.
Ex qua diffinitione manifeste colligit: q̄ or
dinarius iudex pape nō sit imperator aut po
testas secularis. Secūdo ad idez est beatus
Gregorius nazāzenus qui scribens imperato
ribus constātinopolitanis ita inquit: vt habe
tur in. c. suscipitis. dist. x. Suscipitis ne liber
tatem verbi dei libēter: accipitis q̄ lex christi
sacerdotali vos subiicit potestati atq̄ istis tri
bunalibus subdit. dedit em̄ ⁊ nobis ptātē de
dit p̄ncipatum multo pfectiorē p̄ncipatibus
vestris. Ex quibus manifeste patet p̄fati erro
ris stultitia: qm̄ si lege x̄pi p̄ncipatus secular
spūali potestati subiicit impossibile est q̄ po
testas secularis sit iudex ordinarius potestati
spūalis. Tertio ad idem est quod in. c. conti
nua. xi. q. i. legitur de Constantino: qui cuz in
sancta synodo que apud Nicenā congregata
est querelam quorūdam clericorū conspiceret
coram se deferendā ait. Vos aūt a nemine di
iudicari potestis q̄ ad solius dei iudiciū reser
uamini. Eadem etiā hystoria ponitur in. c. sa
cerdotibus. xi. q. i. Ex quibus manifeste patz
q̄ Constantinus imperator christianissimus
non fuit illius opinionis q̄ imperator esset iu
dex ordinarius pape aut clericoꝝ. Ex qua ra
tione cōcludit Nicolaus papa in. c. satis. dis.
xcvi. Satis euidens ē a seculari potestate nō
solui prorsus nec ligari pontificem quem con
stat a pio ꝓncipe Constantino quez longe su
perius nominauimus deum appellatum cuz
nec posse deum ab hominibus iudicari mani
festum sit: hec ille. Quarto contra prefatum
errorem sunt omnes auctoritates sanctorum
patrum ⁊ sacroꝝ conciliorum que ponunt. xi.
qōne ꝓma. que sunt plures quib⁹ strictissime
prohibet episcopos aut reliquos clericos in
sacris constitutos apud iudicē secularē ptra
hi aut accusari. vnde in. c. placuit. xi. q. i. exp̄s
se canon concilij aphricani dicit. Placuit vt
quicūq̄ clericus ab imperatore cognitionem
publicoꝝ iudiciorum perierit honore ꝓprio
priuet. Que ꝓhibitio iusta ⁊ rationabilis cuz
a sanctis patribus edita sit manifeste osten
dit stultitiam erroris prefati dicentium impe
ratorem aut potestatem secularem iudicē esse
ordinarium pape ⁊ clericorum. Quinto con
tra prefatum errorem est. c. si imperator. dist.
xcvi. vbi papa Johannes ita inquit. Si impe
rator catholicus est: quod salua pace ipius di
cimus: filius est non presul ecclesie. quod ad
religionem competit: discere ei competit nō
docere. Ex quibus etiam manifeste patet pre
fati erroris stultitia: quia si imperator catholi
cus est filius pape non potest esse iudex ordi
narius patris sui. filius enim patrem non co
rigit. sed econtra. Erubescit enim lex filios co
rrectores parentum in auct. de nupt. §. si vero
Quocirca beatus Gregorius ad Hermānum
episcopuz Metensem scribens in. c. quis du
bitat. distin. xcvi. ad propositum dicit. Quis
dubitat sacerdotes christi regum et p̄ncipum
omniūq̄ fideliuz patres ⁊ magistros censeri:
nonne enim mirabilis insanie esse cognoscit:
si filius patrem si discipulus magistruz conet
subiugare ⁊ iniquis obligationibus illuz sue
potestati subiicere a quo credit non solum in
terra sed et in celis se ligari posse et solui: hec
Grego. Sexto fatuitatē p̄fati erroris aper
tissime ac sapienter confutat Innocētius in
c. solite. extra de maio. ⁊ obe. vbi scribens con
stantinopolitano imperatori post multa ita
subiungit. Preterea nosse debueras q̄ fecit

deus duo magna luminaria in firmamēto celi:luminare maius vt preesset diei ⁊ luminare minus vt preesset nocti: vtrunq; magnuz sed alteruz maius. Ad firmamentū ergo celi hoc est vniuersalis ecclesie fecit deus duo luminaria:id est duas instituit dignitates que sunt pōtificalis auctoritas ⁊ regalis potestas.sed illa que preest diebus.id est spūalibus est maior:que vero nocti:id est carnalibus minor est vt quanta est inter solem ⁊ lunaz tanta inter pontifices ⁊ reges differentia cognoscatur. hec ille. Septimo rōne sic argui potest contra prefatuz errorem:inferior non est iudex ordinarius superioris sui. sed papa est superior imperatore ⁊ oīni seculari potestate. ergo imperator siue potestas secularis nō potest esse iudex ordinarius pape.cōsequentia est bona. maior est manifesta.dicit em̄ papa Nicolaus in.c.inferior.di.xxi.Sole clarius exhibuimus nō posse quenq; qui minoris auctoritatis:est cum qui maioris est potestatis iudicijs suis adhȝcere aut ꝓprijs diffinitionibus subiugare.minor etiam patz ex capitulis supra inductis maxime ex ca.si imperator. ⁊.c. duo sunt. distinc.xcvi.⁊ in ca.solite. extra de ma. ⁊ obe.

Octauo sic.potestas spūalis habet iudicare terrenam potestatem si bona non fuerit.ergo terrena potestas non est iudex ordinarius pape in quo spūalis potestas in plenitudine residet.cōsequentia est bona. antecedens patet in.c.duo.⁊ in.c.si imperator. dis.xcvi. ⁊ in ca.alius.xv.q.i.Iterum patet auctoritate venerabilis Hugonis de scrō vicꝯ. lib.ij. de sacramētis ita dicentis.Spūalis ptās iudicat terrenā si bona non fuerit:ipsa vero spūalis a deo primo instituta est:⁊ cū deuiat a solo deo iudicari habet ⁊ potest sicut scriptū est infra i.Corinth.vj. Spūalis homo oīa iudicat et ipse a nemine iudicaꝯ. Nono.sicut papa nō est de foro imperatoris nec rōne papatus quē non tenet ab imperio sed a solo deo.Job. vlt. Pasce oues meas.⁊ dis.xxi.in nouo.nec rōne alicuiꝰ rei terrene quā ab imperatore teneat. Nam ⁊ si imperator donationem fecit ecclie de temporalibus ipsam tamen donationem liberam eam fecit nec fecit papam feudatarium aut emphiteotam aut vasallum vt est expressum.distinct.lxiij.ego Ludouicus. distin. xcvi.Constantinus.Si ergo papa non est de foro imperatoris falsum est ꝙ imperator sit iudex ordinarius eius.extra de foro competē. per totum.

Capitulum.xcvi.In quo rñdetur obiectionibus aduersariorum dicentium ꝙ imperator aut secularis potestas non sit iudex ordinarius pape.

Cap. XCVI

Mprobato sufficienter prefato aduersarioꝝ errore:reliquū est respondere obiectionibus eoꝝ. Ad primā cuz dicit ꝙ xps subiectus fuerit iurisdictioni Pilati ⁊ cesaris respondetur dupliciter. Primo negādo ꝓnam. Tum primo.qz subiectio illa q̄ xps subfuit iurisdictioni cesaris non fuit ordinaria sed voluntarie assumpta. ex summa em̄ charitate ⁊ humilitate xps ei subijci voluit vt in hoc ostenderet quantā ad humanū genus charitatem habuit:qz a nō suo iudice iudicari voluit ⁊ absq; causa morte turpissima cōdēnari.vnde Esa.liij.dicit.Oblatus est qz ipse voluit.Simile habet circa obseruantiā legaliuz quib⁹ volūtarie subijci voluit vt alios ab hoꝝ onere liberaret dicēte Apło ad Gal. iiij. Vbi venit plenitudo tēporis misit deus filium suū factū de muliere factū sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret. Clarū est autē ꝙ ex ope superogationis nō arguit debitū in eo nec in ei⁹ vicario aut ei⁹ discipulis. Scō:ratio illa nō procedit:qm̄ vt dñs Aluarus in libro de beresibus pte quinta respondet. Pilatus nō iudicauit xpm vt personā publicā aut dignitate preeminentem sed tanq; personā priuatam accusatam sibi a principibus synagoge ⁊ a populo iudeorum tanq; malefactorem: qz in hoc erat de foro Cesaris ⁊ Pilati quia preses erat in iudea pro imperatore.vnde ipse Pilat⁹ ait Luc.xxiij.Obtulistis mihi hunc hominē: hūc inq;tum hominē quasi priuatū ⁊ non pontificem:nō in dignitate constitutum:tūc enim vt dicit dñs Aluarus xps non gerebat personaz pape sed simpliciter hominis coram suo iudice accusati: nec in hoc papa christo succedit aut vices eius gerit:sed in pontificatu ⁊ in potentia in auctoritate:nō autem in maligna accusatione facta de eo.Cū ergo xps nec coram suo iudice fuerit vt sacerdos vel vt pōtifex accusatus nec a iudice suo vt talis iudicatus:in isto exemplo nihil potest cōcludi de subiectione pape aut cleri ptāte Cesaris aut principatus secularis.sicut si laicus iudex ferat sentētiam mortis contra clericū putans eū nō esse clericum vtputa in quo nulla clericalis discipline vestigia apparent nō potest ex hoc actu acquirere in clericos aliquaz iurisdictionem. Scō potest rñderi ad predictam obiectionē negando minorem: videlicet ꝙ xps fm ꝙ homo mortalis fuerit ordinaria subiectōe subiectus iurisdictioni ꝑatoris.xps em̄ ab instāte conceptionis constitutus est iudex vⁱs viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ.vnde Act.x.dicit de eo.

Ad primum argu.ca.xciiij.

t

Dic est qui constitutus est iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. Et Math.vlti.dicit ipse. Data est mihi omis potestas in celo ⁊ in terra. hoc autem licet post resurrectionē xps dixerit qz tūc eiꝰ ptās manifestata est ⁊ notificata: nihilominus potestatem ipsam ab instante cōceptionis in quo erat homo mortalis auctoritatē habuit. vt tam magister sniaruꝫ qꝫ sanctus Thomas in.iij.dicunt. Quocirca manifestū videtur falsum esse qđ aduersarij dicūt xpm subiectum fuisse iurisdictioni cesaris tanqꝫ sui iudicis ordinarij. Hoc etiam manifeste videtur colligi ex Math.c.xvij. vbi xps oñdit ⁊ pbat se non esse obnoxium siue obligatum ad soluendū tributa cesari: ad qđ tamē vid ereꝫ fuisse obnoxius si cesar eius ordinariꝰ iudex fuisset. census em̄ signū est subiectionis. extra de censi. omnis anima. ait autem sic xpus petro. Quid tibi videꝫ Simon? Reges terre a quibus accipiunt tributū vel censum a filijs suis an ab alienis. At ille dixit: ab alienis. Dixit illi ieius: ergo liberi sunt filij. vt aūt nō scandalizemus eos ⁊c. vbi glo. ita inquit. Dominus noster ⁊c. ꝑm carnem filius regis erat ex Dauid natus ⁊ oīpotentis verbum. ergo vt filius regū tributa non debebat sed ꝓ humilitate carnis: decet em̄ implere oēm iusticiam. hec ibi. Et ad ꝓbationem aduersarioꝝ quaꝫ inducūt ex illo. Job. xix. Non haberes potestatem aduersus me ⁊c. rndetur qꝫ ex hoc loco nō habeꝫ qꝫ Pylatus aut Cesar fuerit iudex xpi ordinariꝰ: qm̄ ls Pylato dicēti. Mihi nō loqris q̄ ptātē habeo crucifigere te ⁊ ptātem hēo dimittere te: xps rndit. Nō hēres ptātez aduersus me vllam nisi esset tibi datum desuper: puta a cesare cuius erat vicarius in iudea vel a deo permissiue. nō sequit ex hoc qꝫ cesar fuerit xpi iudex ordinarius: sicut nec alij imperatores nec iudices seculares per hoc qꝫ pmissi sunt a deo perimere multos martyres sequitur qꝫ fuerunt ordinarij iudices sanctoꝝ martyrū. Et ita in ꝓposito: qm̄ ꝓcessio illa ptātis a deo intelligenda est per ꝓmissionem. vt dicit Cryso. ⁊ habeꝫ in glo. cōtinua: nisi tibi desuper datum esset. i. concessum: ac si diceret. ꝓmisit hoc fieri. hec Cryso sto. Nec facit ad ꝓpositum aduersarioꝝ qđ inducūt de Bernardo ad archiepm Senonen. qm̄ dato qꝫ ita dicat beatus Bernardus. magna differētia est inter ordinatū ⁊ ordinariū: cū em̄ oīa que a deo fiant aut fieri permittanꝫ necesse est oīa esse ordinata: nihilominꝰ tamē non oīa dicuntur ordinaria. Dicitꝫ em̄ ordinariū non tm̄ qđ sit ordinatū sed qđ sit ordinatū ꝑm cōmunē legem aut ordinem institutū in repub. Clarum est autem qꝫ tali lege aut ordine vniuersitatis xpus in cuius femore scriptum est. Rex regū ⁊ dñs dñantiū. Apocal. xix. nō fuit subiectus cesari sed deo patri. de quo ait. Job. xiij. Pater maior me: ic3 hoie: est vt inquit glo. Ad secūdaz obiectionē de ꝓuilegio Constātini: rndetur negando minorē. Romanus em̄ pontifex primatū suū non habet a constātino sed a xpo qui beato petro ⁊ in petro suis successoribus ait. Job. vlti. Pasce oues meas. Et ad ꝓbationē de. c. cōstantinus. di. xcvi. rndetur qꝫ in toto. c. non habeꝫ qꝫ Romanus pontifex habuerit primatū a Constātino: imo cōstantinus asserit qꝫ btūs petrus cui succedit Romanus pontifex habuit a xpo primatū. vñ ait sic. Sicut beatus petrꝰ in terris vicarius filij dei dicitꝫ esse cōstitutus ⁊c. vnde ipse non dedit ꝓuilegium primatus sed id qđ a xpo credidit donatū esse romano pontifici ꝓcepit obseruari ⁊ venerari ꝑ oēs orbis ecclias. ⁊ ita non fuit institutor primatus sed magis executor legis ⁊ ordinationis xpi: ꝓut etiā dictum est supra circa. c. xlij. Ad tertiā rndeꝫ negando assumptū: videlicet qꝫ imperator fuerit iudex ordinarius beati petri. Et ad ꝓbationez rndetur dupliciter. Primo negādo assumptū in quo dicitꝫ qꝫ oēs aplī fuerunt quo ad subiectionem pares. Dicimus em̄ qꝫ beatus Petrus in quo erat summa potestas spūalis ⁊ vicarius xpi magis repugnabat sibi esse subiectum iurisdictioni imperatoris qꝫ ceteris apostolis q̄ non erant assumpti ad vniuersalez principatū ⁊ generalem xpi regis regū vicariatū. Et ita non est simile de petro ⁊ de alijs aplis. Secūdo rndetur negādo qꝫ paulus fuerit subiectꝰ iurisdictioni imperatoris sicut iudicis ordinarij. Et cū dicitꝫ qꝫ ad cesarem appellauit tanqꝫ ad superiorem: dicimꝰ qꝫ appellauit cōtra iniuriam sibi factam ad cesarē tāqꝫ ad superiorem ordinariū non suuz sed iudicis illius a quo appellauit a quo patiebaꝫ iniuriā. ⁊ ita ratio non ꝓcedit. Posset tertio rnderi negando ꝓsequētiam: qm̄ si cōsequentia illa esset bona sequereꝫ qꝫ ptātibus siue principibus infidelibus cuiusmodi fuerūt Cesar ⁊ Pylatus: taz papa qꝫ totus clerus subiectꝰ esset qđ est fatuū dicere: licet em̄ vt dicit sanctus Tho. in.iij.q.x.art.x. in principio. Ante prefectam diuisionē fideliū ab infidelibus cesaris ⁊ alioꝝ infideliuz prelatio non cessasset in totū ꝓpter cōuersionē aliquoꝝ cōuersoruz ad fidem: nihilominus post aucta multitudine fideliū non sequit qꝫdem fit. vñ. i. ad Cor. vi. in principio reprehendit Aplus fideles corinthios qꝫ auderēt ꝓuocare primos suos co

Ad secundum

Ad tertium

ram iudicibus infidelibus dicens. Audet aliquis vestrū habens negociū aduersus alterū iudicare apud iniquos. i. infideles ⁊ non apō sctōs. i. fideles. Ad quartā de sacerdotio veteris legis rñdeť iuxta magistrū Alexandrū de Alis ⁊ supra inducta ē similis rñsio ex dño Bonauentura: q̄ non est simile de sacerdotio veteris testamenti ⁊ noui: sacerdotiū ēm veteris legis erat carnale ⁊ per carnalem ꝓpagationē succedebat ⁊ cōtinuabať q̄is esset ordinatū ad spūale obsequiū scz diuinū cultum ⁊ figuram spūalis sacerdotij noui testameti. ⁊ ideo ex parte illa in qua carnale erat ⁊ terrenum subiectum erat terrene potestati: scz regali. sicut ēm dicit Aug. ideo dicitur vetus testamentū ꝓpter ꝓmissionem terrenā que pertinet ad veterem hominē: ⁊ ideo in veteri testamento summa prās erat potestas terrena: in nouo aūt testamento non: vbi est spūale sacerdotium ⁊ ꝓmissio spūalium. In nouo enīz testamento non ꝓmittunť terrena in mercedem sed addunť ad sustentationē ⁊ necessitatem: iuxta illud. Mathē. vi. Primum querite regnū dei ⁊ hec oīa adijcientť vobis: vñ non subditur status ecclīasticus temporali ⁊ multominus princeps status spūalis principi cui cūq̄ terreno. Cōcordat sanctus Tho. secūdo libro de regimine principū. Secūdo rñdetur q̄ Salomō hoc fecit ex speciali dei precepto qui ei hec prędixerat. Vnde. iij. Regl. ij. sic dicit. Eiecit igitur Salomon Abiathar vt non esset sacerdos dñi vt implereť sermo dñi quē locutus est super domuz Heli in sylo. ⁊ ita rō non est ad ꝓpositum. Ad vltimam obiectionem de Leone papa rñdetur iuxta magistruz Alexādrū de Alis: q̄ Leo papa se submiserat iudicio Ludouici imperatoris siue nuncioz ei⁹: hoc fuit opus supererogationis ⁊ non debiti. vnde ex tali opere argumentū non ꝓcedit: sicut superius dictum est.

Ad quartum

Ad octauum

Capitulū. xcvij. In quo ponūť aduersariorū rōnes ad ꝓbandum q̄ papa extra casum heresis habeat iudicem in terris: videlicet ecclesiam vniuersalem.

Cap. XCVII

Vnt alij aduersarij qui licet non asserant papā subiectum iurisdictioni imperatoris aut alicuius potestatis secularis: nihilominus affirmare contendūt: q̄ romanus pontifex non tantū ꝓ heresi sed pro quocūq̄ notorio crimine de quo incorrigibilis appareat aut ecclesiaz scandalizaret iudicem habeat ecclesiā vniuersalem: que ipsum iudicare ⁊ punire posset. Et circa hoc faciunt duo. Primo ēm nituntť rñdere ad oēs auctoritates que dicere videntť: q̄ papa a nemine

Prima rñsio ad aduersarios: ad auctoritates sctōrū

potest iudicari nisi a fide deuiet: dicentes primo q̄ ista nomina distributiua nemo nullus sumunť ꝓ singulis hominibus ipsius congregationis fidelium: non autē ꝓ ipsa congregatione que vnita pluificari non potest. ⁊ ideo dicunt nomen distributiuū ei competere non potest: sicut non potest dici ꝓprie oīs deus cum non possit esse nisi vnus. Concludunt ergo q̄ in predictis auctoritatibus aut similib⁹ fiat cōparatio pape ad alias personas ecclesie tanq̄ membri ⁊ partis ad alia ecclesie mēbra ⁊ partes: non autem ad ipsum corpus totum quod est ecclesia. Secundo dicūt q̄ prefate auctoritates non militant: quia iudiciuz vniuersalis ecclesie dicit iudicium dei. Secūdo loco nituntť banc eoz opinionem multiplici via veram ostendere. Primo auctoritatib⁹ sacre scripture. Secūdo auctoritatib⁹ cōciliorum. Tertio auctoritatibus doctoz. Quarto ratiōibus. Quinto exemplis. Prima via sic. ⁊ primo ex illo Mathē. xviij. vbi xp̄us sic ait Petro. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. Si autem te non audierit ⁊c. Sequitur. Dic ecclesie. Certum est autem q̄ papa frater noster est: cum vnus pater scz deus: ⁊ vna mater scilicet ecclesia oīmbus fidelibus sit. ergo sequit⁹ q̄ ad ipsuz se extēdat prefata auctoritas Si peccauerit ⁊c. vbi ergo de peccato corrector emendare se noluerit dicenduz est ecclesie: sicut fit alijs confratribus ⁊ hoc nō nisi vt iusticia fiat: quia alꝫ frustra diceret: sed iudicium fit per superiorem: ergo videtur q̄ papa habeat in terris iudicem superiorem scz ecclesiam vniuersalem que ipsum incorrigibilem existentem iudicare ⁊ punire valeat. Secūdo argumentať ex illo ad Gal. ij. vbi Paulus legitur petro in faciem restitisse: quia reprehensibilis erat. ergo si hec egit paulus multo fortius poterit ecclīa vniuersalis resistere pape vbi eum contingeret errare ⁊ ecclesie imminere periculum: alꝫ esset in potestate vnius hominis ecclesiam destruere aut confundere: qđ est absurdum. Tertio arguitur ex illo Actū. xi. vbi legitur q̄ illi qui ex circuncisione venerant reprehenderunt petrū discepātes cum eo dicentes: quare intrasti ad viros preputium habentes ⁊ manducasti cū illis. ergo multomagis hoc posset facere vniuersalis ecclesia. Secunda via arguunt auctoritate vt aiunt sacroz conciliorum: dicunt enīz q̄ contra prefatam conclusionē sit decretum cōcilij cōstantiensis: in quo dicunt esse decretatum q̄ generalis synodus in spū sancto legitime cōgregata ptātem a xp̄o immediate habet cui quilibet cuiuscūq̄ status vel dignitatis etiaz

Secunda responsio eorundem

Prima auctoritas prime vie cui ⁊ sequentib⁹ rñdebiť ca. xcviij.

Secunde

Tertie

Secunde vie

Prima auctoritas cui rñdebitur ca. xcix.

Secunda cui rñ debitur cap.c.

si papalis existat obedire tenet ⁊c. Item scdo est concilū Basilien.in quo tam in secūda sessione q̄ in duodecima resumit decretum prefatum concilij Constantiēsis. Ex quibus manifeste sequitur q̄ papa superiorem iudicē habet in terris.

Tertie vie Prima auctoritas cui ⁊ sequētibus rñdebitur capi.ci.

Tertia via scz auctoritate doctoꝝ arguunt. Et primo auctoritate beati Petri: qui ita dicit locutus ad beatū Elementez vt dicit in epistola eiusdem Elementis ad Jacobuz. Si enim mūdanalibus curis fueris occupatus ⁊ teipsum decipies ⁊ eos qui te audiunt. non enim poteris ea que ad salutem pertinent plenius quibuscunq̄ distinguere ⁊ ex eo fit. vt tu tanq̄ qui nō docueris que ad salutez hominū pertinent deponaris.

Secunda

Secūdo arguunt ex auctoritate glo.in.c.si papa.di.xl. q̄ ita habet. Credo q̄ si notoriū sit crimen eius.i.pape quodcūq̄ vnde scandalizatur ecclesia ⁊ incorrigibilis sit q̄ possit inde accusari. nam cō tumacia dicitur heresis: vt.lxxxi.di.si qui pbri

Tertia

Tertio arguunt hac via auctoritate bti Gregorij que habetur in.c.si quis.ij.q.vij. ita dicēris. Si quis super hoc nos redarguere voluerit vel extra auctoritatem facere nos contēderit veniat ad sedez apostolicam vt ibi ante cō fessionem beati petri mecum iuste discepter: quatenus vnus ibi ex nobis suscipiat sententiam suam. ergo videtur q̄ papa habeat iudicem superiorē in terris.

Quarto

Quarto arguunt eadem via auctoritate beati Thome de aquino: dicūt cū q̄ idem doctor dicit libro de regimine principum: q̄ si ad ius alicuius cōmunitatis pertineat sibi prouidere de rege: ab eadez rex institutus si fuerit in tyrannum conuersus poterit destitui ⁊ refrenari eius ptās si potestate regia tyrānice abutatur. sed ad cōmunitatem ecclesie spectat per cardinales ius eligendi papā. ergo ad eandez spectat corrigere ⁊ punire eum si eccl'ia scandalizaret. Et ita appet q̄ papa habet iudicem superiorē in terris.

Quarte vie Prima rō cui ⁊ sequētibus rñdebitur.ca.cij.

Rationibus aūt arguūr. Primo sic. papa si est deuiꝰ a fide potest iudicari ab ecclesia per.c.si papa.di.xl. ergo pariter si aliquo alio crimine de quo ecclesia scandalizaretur fuerit deprehensus.

Probatio prima

Probatur ꝓña. Tum q̄ nō legit in sacra scriptura q̄ in causa fidei deus dederit maiorē potestatē ecclesie q̄ in alijs casib⁹. xps cū in datione potestatis generalibus terminis vsus est dicens. Quecunq̄ alligaueritis ⁊c. Mat.xviij. Tum secūdo: q̄ qui potest maius potest minus: ⁊ vbi maius conceditur minus concessuz videtur: vt dicit tex.in.c.ex parte.extra de deci.

Secunda pbatio

Secundo sic: nulli corpori videtur sufficienter prouisum nisi membrum putridum quod totum corpus valet infice re posset abscindi. sed tota eccl'ia militās est vnum corpus ordinatum per xpm: dicente Paulo ad Roma.xij. Omēs vnum corpus sumus in xpo: istius aūt corporis papa est vnū membrū quia caput. si ergo illud sit dānosum scandalizans notorie ecclesiam: sequit q̄ non est sufficienter prouisum corpori ecclesie nisi per ipsam abscindi posset. cum ergo xpus nō defecerit in necessarijs ecclesie militanti: sequitur q̄ per ecclesiam papa nedum si sit hereticus sed etiam vbi aliquo alio crimine notorio scandalizat eccl'iam iudicio vniuersalis eccl'ie est subiect⁹.

Tertia

Tertio sic. si papa peccās non posset per alios puta per eccl'iam corrigi ⁊ puniri: sequitur q̄ non perfecte ac sufficienter eam xpus ordinasset nec ei debite ꝓuidisset. sed hoc est hereticum: cū dei perfecta sint opera. Deutero.xxxij. ꝓbat tamen ꝓsequētia: quia illa cōmunitas non videt sufficienter ordinata aut ꝓuisa que sue pditioni aut demolitioni non potest occurrere. sic aūt esset de ecclesia posita in casu quo papa preter heresim manifestam aut tyrānidem notoriā aut aliud crimen notoriū eccl'iam subuertere aut scandalizare conaretur ⁊ vniuersalis eccl'ia ei resistere non posset ipsum corrigendo ⁊ deponēdo: hoc em̄ esset cōcedere potestatē dataz esse in destructionem contra Apl'm ⁊ Actuum.x.

Quarto

Quarto sic. omne quod debemus pape ꝓ vitāda morte corporali debemus ei ꝓ vitāda morte spūali. sed in casu vbi papa iniuste ⁊ sine cā quacūq̄ vellet ꝓmū interficere quilibet tenetur ⁊ potest de iure papam impedire. ergo vbi papa notorie scandalizat eccl'iaz vbi animas fideliū ducit ad barathrum inferni potest ⁊ debet quilibet eum impedire.

Quinto

Quinto sic. Si papa vellet vxorem alicuius cognoscere: vel ꝓpria illius rapere licitū est ei resistere. ergo vbi eccl'ia videt ipsum papam malis moribus scandalizārē fideles potest ei resistere et ipsum impugnare: maxime cū dicat apl'us.i. Thimo.iij. Peccantē coram oībus argue.

Sexto

Sexto sic. Si papa infamat per viros ꝓuidos ⁊ honestos de aliquo crimine vnde ecclesia scandalizat: quero an papa teneat purgare se de hoc an non. Si dicas q̄ non. Contra: qui tenet scandalū vitare tenet suscitatū tollere ⁊ sedare si pōt. ergo debz se purgare: sicut legit de papa Damaso accusato a subdit⁹ de adulterio: vt refert Piero. libro de viris illustrib⁹. sed purgatio pertinet ad sententiā iudicioꝝ. ergo sequitur q̄ in terris papa habeat iudicem superiorem.

Septimo

Septimo arguitur sic confirmando ratione facta: prelatus q̄ tenetur subditos a minori damno vel periculo

liberare a fortiori tenetur a maiori. ꝫ papa tenetur suos subditos a dāno ⁊ periculo temporali eripere ꝑm illud. Eripite egenū ⁊ pauperez. ergo multo forti⁹ a spirituali vtpura a scā dalo de ipso babito. sed hoc se purgando. ergo idē qō ꝓius. vñ ita fecerūt Sixtus Leo ⁊ Symachus romani pontifices: vt habet. ij. q. vij.

Quinta via cui ꝛndet. ca. ciij.

Quinta via. ſ. exemplis aduersarij etiā ostēdere nituntur ꝙ romanus pon. in terris iudicem habeat qm vt aiūt ecclesia vniuersalis se penumero summos pontifices siue a fide deliorantes siue prauis moꝛib⁹ notorie ecclesiā scā dalizantes correxit iudicauit ⁊ puniuit.

Capim. xcviij. In quo reprobātur responsiones aduersariorū date ad auctoritates sanctorū patrum ⁊ iura inducta pro conclusione nostra et respōdetur obiectionibus ipsorum aduersariorū sumptis ex auctoritatib⁹ sacre scripture.

Capꝫ XCVIII

Onclusio supe-

rius posita: videlz ꝙ roman⁹ pō. pro sui principatus excellētia extra casum heresis iudicez nō habeat in terris: tantis est supra sanctorū patrū roborata testimonijs: tam irrefragabilib⁹ fulcita rationib⁹ ⁊ sanctorū canonum luminib⁹ illustrata: vt superuacuū censeat alia inducere testimonia. vñ nō restat nisi aduersariorū obiectionib⁹ respōdere. Faciem⁹ aūt hic duo. Primis ostēdemus ꝙ respōsiones date per aduersarios ad iura ⁊ dicta sanctorū patrum dicentium papam a nemine iudicandū intelligenda sint de singulis personis ⁊ non de tota cōitate ecclesie: quod ex multis facile colligit. Tum primo ex eo ꝙ ratio superioritatis ⁊ dependētie papatus a solo deo assignata per doctores quare a nemine papa est iudicādus ita currit de ipsa cōitate sicut de singulis psonis nam romanus pon. nō modo est singulis psonis auctoritate superior: ꝫ etiam toto ecclesie corpore vtpote qui pastor ⁊ caput est tot⁹ ecclesie. Tum scō: responsio illius ostēditur vacua ex tex. cum glo. ait em̄ sic tex. Nemo iudicabit primam sedē. sequitur. Nō enim ab Augusto nec ab omni clero nec a regibus nec a popl̄o iudex iudicabitur. Ecce ꝙ textus excludit a potestate iudicandi papam singulas ꝑsonas ⁊ omnem cōmunitatem tam spiritualē que designatur nomine cleri ꝙ secularem designatam nomine populi. Preterea glo. super verbo: ab em̄ clero ait. argumentū ꝙ concilium nō pot est papaz iudicare. vt extra de elec. significasti. Nec glo. Ex quo patet ꝙ ly nemo in auctoritatibus prefatis non solum accipiēdum est pro singulis personis diuisim sed etiā pro singulis coniūctim siue collective. Quāt

Contra primā rōnem aduersariorum

dicunt aduersarij ꝙ nomina distributiua pro prie competere non possunt congregationi fidelium que vnica ⁊ implurificabilis est parū valet: quia nomina siue signa talia addita nominibus collectiuis vt sunt populus clerus domus ecclesia ⁊c. non distributiue sed collective tenentur: significant em̄ id quod totum sicut est illud quod habetur ad Hebre. iij. Sicut moyses: supple fidelis fuit in omni domo sua. quod exponitur: id est in tota domo scz synagoga iudeorum. Item eodem modo videt sumi illud. iij. Regl. viij. Conuertitq; rex faciē suam ⁊ benedixit omi ecclesie. Item illud. i. Paralip. xix. Precepit autem vniuerse ecclesie benedicite deo nostro: ⁊ benedixit omnis ecclesia dño patrum suorum. Item illud Matthei. ij. Turbata est cum illo omnis hierosolyma: id est tota. Et ita in auctoritate supradicta illud: nec ab oī clero: exponit: id est nec a toto clero. iuxta etiam glo. que dicit. argumentuz ꝙ concilium non potest iudicare papam. Tertio: ꝙ talis intellectus sit prefatorum iurium luce clarius colligitur ex confessione ⁊ testimonio tam cōcilij congregati rome tempore Marcellini: de quo distinc. xxij. in. c. nunc autem. ꝙ concilij congregati tēpe Symachi papē: de quo di. xvij. in. §. hinc etiā quē manifeste confessa sunt a nemine presulem romanum posse iudicari includendo etiam concilium vniuersale: als non loquerētur ad ꝓpositum. Quarto colligitur idem ex ca. si papa. dis. xl. vbi dicit tex. ꝙ papa a nemine est iudicandus nisi deprehendatur a fide deuius. Clarum est autem ꝙ non est cuiuscunq; singularis persone papam iudicare etiā si deprehendat a fide deuius sed solius cōcilij vniuersalis. ergo per ly neminē non solū excipiūtur singulares persone sed etiam ipsa vniuersitas fidelium qō etiam ex hoc manifeste habetur: vt scz sit cōformitas huius tex. ad iura alia ⁊ determinationes conciliorū: de quibus parum ante factus est sermo. Preterea secūda responsio aduersariorū in qua respondētes ad auctoritates dicentes ꝙ papa reseruat iudicio diuino dicunt: ꝙ iudicium ecclesie congregate est iudiciū dei ⁊ ita non videtur absolutus papa a iudicio vniuersalis ecclesie: nulla est. quia licet iudicium ecclesie sit etiaz dei sicut etiam de quolibet sacerdote dicitur. de penitē. di. iij. §. sed quē. ꝙ quem sacerdos iudicat deus iudicat cuius personaz gerit. ⁊ in. c. nemo. xi. q. iij. dicit beatus Cryso. Nemo contēnat ecclesiastica vincula: non em̄ homo est qui ligat sed xp̄us qui hanc potestatem dedit ⁊ dñs fecit homines tanti honoris est tamen

Contra secundaz aduersariorum eozundem

hoc iudiciū dei per homines. Jn auctoritatibus autem supradictis loquentibus de papa excludunt omēs boies a iudicio suo. vnde in ca.alioꝝ.ix.q.iij.habet: q alioꝝ hominū causas deus voluit per homines terminari:sed se dis istius prelulem suo fine questione reseruauit arbitrio: voluit beati petri successores sibi tm debere innocentiā. Nota verbū tantū. Jtem in.c.electionē.di.lxxix.dicit beat⁹ Anacletus papa ⁊ martyr. Electionem summoꝝ pontificuꝝ sibi dns reseruauit:licet electionē eoꝝ bonis sacerdotibus concessisset. Ecce q manifeste responsio aduersarioꝝ non respondet auctoritatibus sanctoꝝ patrū:sed manifeste est opposita.⁊ hoc idem ostenditur per alias auctoritates quas supra induxim⁹. Et hoc de primo.

Ad auctoritates prime vie.c.xcvij.

Reliquū autem est aduersarioꝝ obiectionibus respondere:q̄bus p plenioꝝ illustrationē veritatis distincte per q̄nq; capitula iuxta q̄nq; vias quibus pcedunt respondebimus.

Ad primam

Ad primam ergo obiectionē sumptam ex illo capitulo. Matb.xviij. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. rndetur negando cōsequentiā. Et ad pbationē cum dicit q papa sit frater:dicimus q hoc non militat:qm cum hoc q papa est frater noster nature pformitate ⁊ fidei religione est etiaꝝ princeps ⁊ caput totius vniuersalis ecclie supremā ptātem habens in ecclia.rone primi: videlicet q est frater noster extendit se ad euꝝ auctoritas prefata in ea parte in qua simpler tangitur fraterna correctio que dicit simplicem quandā admonitionem que cū fit actus charitatis extēdit se ad oēm primuꝝ siue superiorē siue equalem siue inferiorem sicut ⁊ ipse charitatis effectus. Rone vero secūdi videlicet q princeps ⁊ caput est supremam potestatem habens in ecclesia non extendit se ad euꝝ auctoritas prefata in ea parte in qua contra non suscipientem correctionē fraternam iubetur denūciationē fieri:quia cū denūciatio non acquiescētis fraterne correctioni ordinet ad finem vt talis punitione corrigatur qui per simplicē admonitionem non corrigitur non fiat nisi superiori:non potest denūciari prelatus qui superiorem non habet nisi sit tale peccatum eius per qđ a superioritate cadat cuiusmodi est peccatū heresis.quare cōsequētia illa aduersariorum que apud eos Achilles existimata est:nulla prius est. pcessus cm positus in euangelio de correctione fraterna non habet locū in eo qui non habet in terris superiorē. Clarissimū est autem ex superioribus q nullus in ecclesia est superior papa nisi xp̄us cuius generalis vicarius est in terris. Nec pōt dici q congregatio subditoꝝ suoꝝ aut ouiū suarū superioritate auctoritatis sit illo maior nisi quis vellet euertere vt alias deductū est doctrinā xp̄i ⁊ diceret q licet xp̄us dicat Matb.x. Non est discipulus super magistrū nec seruus supra dnm suū:nihilomin⁹ discipuli sunt supra magistrū ⁊ subditi supra prelatuꝝ suū. Hinc est q vtclarissime sanctoꝝ ⁊ sacroꝝ conciliorum ⁊ doctoꝝ excellentissimoꝝ apertissime testimonia proclamant pontificum romanoꝝ causas deus dicitur suo reseruasse iudicio. Vnde dns Albertus magnus in.iij.di.xix. vbi querit vtrū correctio fraterna sit omnū: rndens ita dicit Dns homo oēm hominē cum reuerentia et māsuetudine tenet admonere ⁊ corrigere de delicto sed non vlterius potest denunciare si est inobediens quādo prelatus supremus est: quia non habet iudicem. Hec Albertus. Ad idem est sanctus Thomas in.iij. eadem dis. sic dicens. q̄uis prelati sint corripiendi a subditis non tamen est ei pena infligenda sed recurrendum est ad superiorē denunciando vel si non habet superiorē ad deum vt eum emendet aut de medio tollat. Jtem magister Vlricus in summa sua excellētissima theologie. q̄ lib.vi.tractatu.iij.c.xv. de accusatiōe loquēs ita inquit. Accusari etiaꝝ non possunt aliqui ppter excellentiā dignitatis: vt papa nō potest accusari nisi de crimine heresis. vt dicit in gestis Bonifacij martyris. ⁊ ponit auctoritas.di.xl.c. si papa. tamen apparatus dicit ibi q licet specialiter dicat de heresi eo q de illo potest accusari etiam si occulta sit cū non vult corrigi:alias em non posset accusari: tamē etiam de alio crimine potest accusari si sit notorium per confessionem vel facti euidentiaꝝ ⁊ incorrigibilis sit ⁊ ecclesia inde scandalizetur ꝓbat per hoc q contumacia dicitur heresis.di.xci.qui pbi.⁊ contumax dicitur infidelis.xxvij.dis.nullus.ideo quidaꝝ dicunt idem de quolibet crimine notorio: de quo ipse non corrigit se ppter correctionem fraternam.sed hoc non credo verum esse:quia cum stabilis maneat sua auctoritas q̄diu in petra q̄ christus est fundat ⁊ hoc etiam fit per informem fidem ipsa sola fide manente non habet superiorem a quo iudicari possit. Jnsuper quod soli infidelitati tribuit de aliis criminibus negatur.symbolica autē ⁊ transsumptiua locutione cotumacia dicit infidelitas vel heresis ⁊ argumēta ex talibus tanq̄ sint ppie dicta nihil valent.hec dns Vlricus. Jte idē lib.vi. tractatu.iij.c.xvij.vbi de denūciatiōe euāgelica loq̄ns dic sic. Primū.s.admonitio ꝓuata habet locū etiā in prelato nō habēte superiorē

sed sequentia mēbra nō habēt ibi locū: q; nō hz superiorem cui ipse denūciet vel cōā quo cōmunicet vel a quo excōicetur. ⁊ ideo si p admonitionē nō corrigitur non restat nisi orare p eo vel vt emendetur vel vt subtrabatur de medio ne eccl'ia; suo exemplo perdat. hec ibi. Item hac de causa dicit Hostien. q; denunciari non pōt crimen pape si corrigi vellet. Itē Joh. in summa confessoꝝ lib. iij. ti. ix. §. ix. vbi dicit: q; licet principum sez admonitio locum habeat in prelato non habēre superiorem tamen sequentia non habent ibi locum q; superiorem non habet ⁊c. sicut dicit dns Ulricus. Ad idem plures alij illuminatissimi doctores sicut dns Petrus de palude dns Herue⁹ magister Augustin⁹ de Ancbona i libris suis de ptāte ecclīastica. Preterea hec sententia manifeste colligitur ex beato Bernardo qui scribens dño Innocētio pape ita dicit. Quis faciet mihi iusticiā de vobis si haberē iudicem ad quē vos trabere possem iam nunc ostenderem vobis vt parturiens loquor q̄d mihi eminet: extat quidem tribunal xp̄i sed absit vt ad illud appellem vos ⁊c. Ecce q; manifeste innuit beatus Bernardus q; papa iudicem nō habet in terris. Et ita pz q; ratio aduersariorum nulla erat: q; cum papa aliquid plus habeat dignitatis q; ceteri homines: q; cuz hoc q; est frater est etiam pater ⁊ princeps nō est mirum si plus se extendat ad alios fratres auctoritas p̄fata. Si peccauerit in re frater ⁊c. q; se extendat ad papam. De vera autē intelligētia prefate auctoritatis in ea parte in qua dicitur. Dic eccl'ie: amplissime superius cōtra minus bene sapientes circa illam disputatuz est. Ad secundam obiectionē que sumit ex illo Galat. ij. vbi paulus dicit restitiste in faciē petro: rn̄detur q; auctoritas illa nihil facit p aduersarijs. Aliud quippe est resistere ⁊ se opponere pape vbi imineret piculū fidei: aut si aliquid preciperet contra legem dn̄i: ⁊ aliud est iudicare per coertionē pene siue punire: q; primū potest esse inferioris: secunduz autē nō nisi superioris iuxta. c. iferior. di. xxi. ⁊. i. ad Cor. iiij. dicit. Qui autem iudicat me dns est. Unde concedimus q; vbi imineret periculum fidei manifestum posset vniuersalis eccl'ia siue synodus vniuersalis resistere romano pontifici sicut paulus petro: sed ex hoc nulla superioritas auctoritatis arguit in eccl'esia super verum romanū pont. sicut nec in paulo ex prefata correctione supra petrū: sed bene arguitur ⁊ cōmendat in paulo charitas ⁊ libertas ⁊ in petro in susceptione patiēter correctionis bumilitas. Unde glo. que est Augustini in epl'a ad Hieron. super illud. Dixi Cephe coā oīmibus: dicit sic. Ipse petr⁹ quod a paulo fiebat vtiliter libertate charitatis sancte atq; beni gne pietate bumilitatis accepit atq; ita exēplum posteris tribuit q; non dedignarēt vbi forte rectū tramitē reliquissent a posterioꝝ⁹ corrigi laus vtiq; iuste libertatis in paulo et sancte bumilitatis in petro. hec glo. Itē idez Augu. super epl'am ad Gal. de obiurgatione ista pauli coā oīmibus facta petro loquēs ita dicit. Q; autem hec ei coram oīmibus dixit necessitas coegit vt omēs illius obiurgatiōe sanarēt: non em vtile erat errorem qui palaz noceret in secreto emendare huc accedit q; infirmitas ⁊ charitas petri cui ter a dño dictum est. Amas me pasce oues meas: obiurgationem talem posteriozis p salute gregis libentissime sustinebat. hec Augu. Hanc Augustini doctrinā secutus beatus Tho. dicit in. iiij. sententiarum. di. xix. q; beatus paulus petro in faciē restitit excedit modum fraterne correctionis que prelatis a subditis debetur. non em̄ prelati a subditis coram multitudine: sed bumiliter in priuato corripiendi sunt nisi vbi imineret periculum fidei. Ad tertiam obiectionē que sumit ex obiurgatiōe facta petro. Actū. xi. q; ad gentes diuertisset: rn̄detur q; auctoritas illa nihil facit p aduersarijs sicut manifeste colligitur ex dictis beati Greg. qui vt habetur in. c. petrus. ij. q. vij. sic inquit. Petrus potestatem regendi acceperat. ⁊ tamen idem apl'oꝝ primus querimonie contra eum facte: cur ad gētes introisset: nō ex potestate officij qua posset dicere oues pastorē suum nō accusent nec reprehendant: sed ex auctoritate diuine virtutis qua gētiles acceperant spiritū sanctū rn̄dit dicens. Eandem gratiā quā vobis dedit eis dns. Nec Grego. Ex quibus patet: q; cum vt ait Gratianus ibidem beat⁹ petrus ex officio potuerit repellere querelas illoꝝ ⁊ sola dispēsatione bumilitatis illas sustinuerit nō pōt accipi argumētuz ex illoꝝ reprehensione q; prelati cogātur reprehēsionez subditoꝝ suscipere: ⁊ minus ex hoc pōt accipi argumētū q; vniuersalis eccl'ia extra casuz bereſis possit papam iudicare.

Ad secundam

Ad tertiam

Capitulum. xcix. In quo respondetur aduersarioꝝ obiectioib⁹ fundatis in decretis cōciliorū Constātien.

Acta responsio-

Capl'm XCIX Rn̄dens auctoritatib⁹ secūde vie. capi. xcvij.

ne ad auctoritates sacre scripture quas aduersarij in eoꝝ fauorem inducūt: cōsequēs est vt rn̄ sa demus ad ea que inducūt secūda via: videlicet ex decretis conciliorum Constantien. ⁊

Basilien. Ad que rñdentes dicimus q̄ nihil eorum q̄ inducunt militat contra cōclusionē prefatam. Q̄ vero non militant ea que inducunt de concilio Constantien. apertissime ex multis ostenditur. Ad primam

Primo quidē quia nō est verum imo falsum quod aduersarij dicunt: videlicet q̄ Constantie declaratū sit siue decretatum: q̄ vniuersalis synodus in spū sancto legitime congregata generale concilium faciens ecclīam militantem representans prātez a xpo habet immediate cui quilibet cuiuscunq̄ status siue dignitatis etiam si papalis existat obedire tenet ⁊c. Plane nunq̄ in Cōstantia sub hac forma legit aliquod decretuz factum. declaratio autem facta per patres illos sub obedientia Job. xxiij. cōgregata emanauit sub hac forma. Nec sancta synodus cōstantiensis generale concilīū faciens p extirpatione presentis scismatis ⁊ vnione ac reformatione ecclesie in capite ⁊ in mēbris fienda declarat q̄ ipsa in spū sancto ꝓgregata generale concilīū faciens ⁊ ecclīam catholicā militantem representans prātem a xpo habz immediate cui quilibz ⁊c. Ecce manifeste q̄ decretum illoz patruz non loquit vniuersaliter de qualibet synodo vniuersalit sed de illa singulariter p cuius tempore non erat in ecclīa vnus pastor totius ecclie indubitat⁹. Et ita patet primū: videlicet q̄ falsum sit q̄ tale decretum in forma qua ꝓponit fuerit factū Cōstantie. Secundo nō militant que inducuntur de cōcilio cōstantien. qm̄ dato q̄ tale decretū sicut dicit per aduersarios ibi fuisset factum non habet necessitatē: qm̄ hoc qō aduersarij presupponūt: videlicz q̄ fuerit ab vniuersali concilio legitime congregato ⁊ representante vniuersalem ecclīam militantē est valde dubium apud multos: imo plurimoz iudicio scz eoz qui fuerunt de obedientia Gregorij ⁊ Bñdicti falsum. qm̄ sicut apertissime pz ex gestis illius cōgregatiōis decreta illa si ita sint appellanda facta sunt solū a patribus aliquibus obedientie Job. xxiij. Pro quo notādum q̄ cōgregatio illa Constantie celebrata tria tēpora habuit. Primuz fuit in quo sola obedientia prefati Job. balthasar ꝓstantie cō venerat. Secundū tēpus fuit: in quo Angelus cozarius vocatus in obediētia sua Gregorius. xij. iuri suo cedens prefate cōgregationi sub certis modo ⁊ formis se cōiunxit. Tertiū tēpus est in quo reges ⁊ principes ac prelati obedientes Petro de luna Benedicto. xiij. vocato in obediētia sua per suos oratores noua facta cōuocatiōe cōcilij se vnierūt prefate cōgregationi ad pacem dandā vniuersali ecclesie: ⁊ fuimus nos tūc pntes in minoribus constituti. p quo solo tpe cōuenientib⁹ oib⁹ simul trib⁹ obedientijs fuit certū dicere q̄ vniuersalis ecclīa representative cōgregata esset Constantie. nullus aūt dubitat qn asserere q̄ sola obedientia Jobānis faceret cōcilium vniuersale vniuersalē ecclīam representans esset temerariū ⁊ scandalosum alijs duabus obediētijs. Tertio ea que inducunt de decretis cōcilij Constantien. nō militant: qm̄ auctoritati illius alie due obediētie scz Gregorij ⁊ Benedicti apertissima ꝓtradictione in plena cōgregatione se oppoſuerūt ⁊ eoz contradictio fuit acceptata. Contradixit ac reclamauit in primis Gregorius ita in sua obedientia vocatus qui veru se romanū ponti. asserens ⁊ scribens mittens post prefatam declarationē factam ab illis de obedientia Jobānis oratores suos ad Constantiā cōmittit eis dñis scz cardinali sācti Sixti Job. electo patriarche Constātinopolitano. archiepo Treuerēn. comiti palatino Carolo de malatesta auctoritatem cōgregationē ipsam Constantien. inq̄tū per serenitatē regiam ⁊ nō per Balthasar se nuncupari facientem Job. xxiij. vocatam vice sua cōuocandi ⁊ auctorizandi in generale cōcilium remota tamen omīmode inde predicti Balthasar presidentia ⁊ presentia ab eisdem ⁊c. verba sunt formalia bulle date auctoritatis prefatis oratorib⁹ que inserta est in gestis prefati concilij. Q̄ autem hec verba ⁊ gesta dñi Gregorij prefato decreto contradicant et opponātur manifestum est. Contradixit preterea eidem decreto obedientia dominorum regum prelatoz ⁊ principuz ⁊ cōmunitatum qui Petro de luna Benedicto. xiij. vocato tanq̄ vero summo pontifici vniuersalis ecclesie adherebant. Nam vt ex gestis eiusdem ꝓcilij patet p eo q̄ tenebant prefatos patres Constātie cogregatos sub obedientia Jobānis siue etiaz Gregorij non facere cōciliū vniuersale nec eoz congregationez representare ecclīam dei catholicam noluerunt se vnire illi nisi prius iuxta cōpacta in Narbona cū bone. dño imperatore Sigismundo noua fierent per eos apud quos veram esse arbitrabantur dei ecclīam concilij conuocatio sicut ⁊ factū est nobis presentibus in minoribus constitutis. Que omīa ita facta esse ⁊ ab omībus acceptata synodus ipsa Constantien. per diuersas sessiones apertissime testat. Quibus trisbus obedientijs tandem ita in nomine xpi cōstantie ꝓuenientibus sub intentione celebrādi cōcilium vniuersale habita est certitudo ⁊ fides apud omēs xpifideles vniuersale conci

lium vniuersalem ecclīam representans Constantie celebrari ⁊ non ante concurrente ambigua inter fideles cōcertatione apud quem erium ꝑ romanis pontificibus se gerentium apostolice sedis auctoritas resideret ⁊ principatus. vt eīm testatur deuotissimus Bernardus libro q̄nto de consideratione. ſfides ambiguum non habet: alʒ si habet fides non est sed opinio. Ex qua contradictione aliarū duarum obedientiarum clarissime percipit quisq̄ doctus q̄ presumptuosa sit illa assertio q̄ obedientia illa Balthasar Constantie cōueniens faceret concilium vniuersalez ecclīam representans. Quarto ea que inducunt de decretis cōcilij Constantien. nullius sunt roboris aut momenti: quoniā in illoꝝ determinatione non modo non interuenit vniuersalis ecclesia sed obedientia vna tantū: scz Joh. xxiij. vt dictū est: sed etiā nō integre tota illa obedientia: qm̄ plures patres doctissimi illi? obedientie illis non prestiterunt consensum aut assensum suum. Item nec ipse in sua obedientia vocatus Joh. xxiij. quoniā cuz post recessum suū a Constantia scapbuse constitut? audiret prefatam declarationem conclusam dīis oratoribus xp̄ianissimi regis ſfrancie visitantibus eum: videlicet domino duce Bauarie dño Nicolao de calauilla alijsq̄ eorum collegis amaro animo conquestus est falsa q̄dam ⁊ erronea aduersus auctoritatem romani pontificis decreta per emulos suos post recessum eius esse cōclusa. Quinto prefata decreta cōcilij Constantien. nō militant: qm̄ nū q̄ fuerunt per oēs alias obediētias simul approbata imo nec repetita: imo tota synodus ex tribus obedientijs cōgregata statutis suis videt designasse decretu illud nunq̄ in mēte sua insedisse. Nō ptz ex duobus. Primo ex eo q̄ in sessione. xxxvi. ita dicit. Sacrosancta cōstantien. synodus statuit ⁊ decreuit q̄ futur? romanus pōtifex. per dei gratiā de primo assumendus cum hoc sacro concilio vel deputādus per singulas nationes debeat reformare ecclīam in capite romane curie ꝑm equitatez ⁊ bonū regimen ecclie ⁊c. Et sequit in. xij. articu. ꝓpter que ⁊ quomō papa possit corrigi vel deponi. Ecce q̄ manifeste dat intelligi q̄ synodus illa hoc discernēs nō approbauerit aut mēte habuit illa decreta prima Cōstātie. Secūdo ex illo q̄ prefata synodus cōstātien. postq̄ papa Martin? fuit creatus morez obseruādo antiquoꝝ cōciliorum humiliter petiuit ab eo cōfirmationē ⁊ roborationez oium que fecerat. cū autem cōfirmare ⁊ roborare supioris auctoritatis sit: planissimū est q̄ synodus illa integra ex omnibus obediētijs xp̄ianitat̄ nō erat huiusmodi fidei q̄ concilium vniuersale habeat a xp̄o imediate potestatem cui etiaz papa obedire teneretur. Sexto prefatum decretū Constantien. nō militat: qm̄ per apostolicam sedē nō fuit approbatum: imo videtur per dominū Martinum reprobatum siue annullatum in condemnatione errorus Johānis vicleff ⁊ Johis hus: inter quos vt patz in bulla quam approbante concilio Cōstantien. dominus Martinus misit vniuersis p̄latis nationis Germanie: vnus articulus condēnat? est. Q̄ petrus' nō est nec fuit caput ecclie sancte catholice. Secūdus articulus de quo mādat prefatus dominus Martin? prelatis ⁊ inquisitoꝝ? fidei vt inquirāt suspectos de p̄fatis erroibus: vtrū credant q̄ papa canonice electus qui pro tpe fuit eius ꝓprio noie exp̄sso sit successor beati petri habens auctoritatē suprēmā in ecclesia dei. hec ibi. Clarissimū est aūt q̄ bi duo articuli p dīm Martinū assentiente ⁊ approbante concilio plenario Constātien. videlz q̄ papa sit caput sancte sedis catholice. i. vlis ⁊ q̄ habeat suprēmam potestatem in ecclesia dei: nō possunt simul stare cuz decreto illo quod Constātie factum legit̄ per quosdā de obedientia Joh. Balthasar de superioritate concilioꝝ supra papā: qm̄ vt habetur in. c. inferior. di. xxi. sola sedes potior inferiorem conuenienter absoluit: nec potest quisq̄ q̄ inferioris auctoritatis est eū qui maioris ptātis est adijcere aut ꝓprijs subiugare diffinitionibus. Si papa manēs papa alterius iudicio preterq̄ dei subiacet non pōt stare in veritate articul? ille diffinitus Cōstātie p dīm Martinū: q̄ papa habeat suprēmā potestatez in ecclesia vt in superioꝝ? etiam deduxim?. Septimo prefata decreta que inducūt aduersarij de concilio Constātiensi non militant: qm̄ ex presse sunt contra sacroꝝ cōcilioꝝ canones ⁊ apostolice sedis diffinitiones sicut in superioribus est demonstratum: quare quicquid diffinitum sit in contrarium quibuscūq̄ viribus caret iuxta ca. hec est fides pater beatissime. xxiij. q. i. Octauo decreta illa non militant: quoniā sanctoꝝ patrum sententijs quoruz doctrinam in his que fidei sunt vniuersalis ia approbauit ecclīa manifeste ꝺicunt: sicut patuit exemplariter in superioribus vbi pro principatu Romani pontificis testimonia induxim? de beatis Hieronymo: Augustino: Ambrosio: Cyrillo: Chrysostomo: Theophilo ⁊ Cipriano atq̄ Leone primo: quoꝝ sententie in materia fidei cum iam ab vniuersali ecclesia sint firmate vt ptz in quinta synodo nulla

Septima — Septima ppositio. Roman⁹ pōtifex iure diuino habere videt iurisdictionē tēporalē aliquo modo videlicz nobiliori ⁊ excellentiori q̄ ptātes seculares: qm̄ ad eū iure sūmi sacerdotij spectat declarare diffinire ⁊ iudicare dubia ⁊ ambigua circa quascunq̄ actiones hoiz psonales que inter iudices inferiores siue clericos siue seculares vriant. Hoc pbat Innocentius tertius in ca. Per venerabilē extra q̄ fi. sint legi. ex sacra scriptura ita dicēs. Nō solum in ecclesie patrimonio sup quo plenam in tēporalib⁹ gerim⁹ ptātem verū etiā in alijs regionib⁹ certis causis inspectis tēporalem iurisdictionē causaliter exercemus nō q̄ alieno iuri preiudicare velimus: sed q̄ Deuteron. xvij. continet. Si difficile ⁊ ambiguū apud te iudiciū esse pspexeris inter sanguinē ⁊ sanguinem: causam ⁊ causam: lepram ⁊ nō leprā ⁊ iudicium intra portas videris variari veniens ad sacerdotes leuitici generis ⁊ ad iudicem q̄ fuerit illo tempore q̄ iudicabūt iudicij veritatem ⁊ facies q̄cunq̄ dixerint tibi qui presunt loco quē elegerit dns sequereriseq̄ eoz sentētiaz qui aūt superbierit nolens obedire sacerdoti imperio qui eo tēpore ministrat dño deo tuo decreto iudicis moriat. Octaua — Octaua ppositio. Romanus pontifex iurisdictionē habet tēporalē ex p̄sequēti adiunctā spūali eo q̄ occurrēte casu cuidētis necessitatis p defensione fidei cōtra hereticos aut cōtra inuasionē paganoz iure p̄ncipatus sui quia caput est omniū fideliū ⁊ pat pōt exigere decimas vel decimatas portiones a singulis fidelibus p̄m tamē debitam ppoztionē ne aliqui sine rōne plus grauarent q̄ alij ad succurrendū cōmuni ecclesie necessitati: ⁊ possit rebelles contradicētes per censuram ecclesiasticā cōpellere. Nō rōne pbari poterit sic. Quilibz xpianus ex pfectōne xpiane nitatis siue xpiane religionis tenet honorare patrē ⁊ matrē nō solū reuerentiā exhibendo ⁊ etiā necessaria ministrando ⁊ si necesse fuerit p eoz salute oīa temporalia exponendo. Et si in hoc patrē ⁊ matrē carnales debeat honorare multo fortius spūalem. scz xp̄m ⁊ ei⁹ vicarium ⁊ matrē eccl'iaz q̄n necessitas incūbit periculosa eccl'ie siue romano pōtifici si p salute ei⁹ indigeat bonoz tēporaliū administratiōe q̄libz xpianus req̄sit⁹ subuenire ⁊ assistere tenetur. Vbi considerandū q̄ fideles nō solum tenētur subuenire romano pontifici in necessitatibus incumbētib⁹ p bono totius vniuersalis eccl'ie sed etiā in necessitatib⁹ status sui apostolici ⁊ persone: cum em̄ sit p̄ceps toti⁹ vniuersitatis xpiane multis opus habz. Nona — Nona ppositio. Romanus pontifex arguit habere tēporalē iurisdictionē: quia ipe iure suo legitimat ad seculares honores ⁊ dignitates vt habet in ca. Per venerabilē. extra qui fi. sint legi. vbi papa ita loquit nobili. N. montispessolani. Per venerabilē fratrem nostrū arelatēn. archiepm tua nobis humilitas supplicauit vt filios tuos legitimationis dignaremur titulo decorare quatenus eis quo minus succederent natalium obiectio nō noceret. Q̄ aūt sup hoc apostolica sedes plenā habet ptātem ex illo arguit q̄ diuersis causis inspectis cum quibusdā minus legitime genitis nō naturalibus tm̄ sed adulterinis etiā dispēsauit: sic ad actus spūales illos legitimans vt possent in eos p̄moueri: ex quo verisimiliter credit ⁊ p babiliter reputat vt eos ad actus legitimare valeat seculares. Decima — Decima ppositio. Romanus pontifex arguit inde habere iurisdictōez tēporalē: q̄ ipe iure pontificat⁹ sui negligētibus dñis tēporalib⁹ facere iusticiā subditis suis iniuriā patientib⁹ pōt supplere negligētiā illoz ⁊ iusticiā reddere q̄buscūq̄ subditis negligentiū dñoz. Ista ppositio colligit manifeste ex Innocētio tertio de foro cōpe. c. Licet vbi Innocēti⁹ ita loquit vercellēsi epo. Mādam⁹ si q̄n a laicis vercellensib⁹ litteras super rebus p̄cipue q̄ forū seculare contingūt a sede aplica p̄tigerit impetrari eas surreptitias appellatione omissa decernas auctate nostra irritas ⁊ inanes dūmodo cōsules ⁊ cōe de se cōquerētib⁹ in iudicio seculari exhibeāt iusticie cōplementū. hec ibi. Sup quo glo. dicit. Iste casus ē in quo iudex ecclesiastic⁹ pōt immiscere se iurisdictioni seculari cum iudex secularis negligēs sit facere iusticiā. Plane cū teste beato Aug. iiij. de ciui. dei remota iusticia regna non sint nisi latrocinia magna: spectat ad ro-

Undecima manū pontificē ne iusticia pereat. Undecima ꝓpositio. Romanū pon. habere ptātem ⁊ iurisdictionē tēporalez incōuincibili testimonio arguit ex eo q̄ iperiū romanū a grecis trāstulit in germanos ⁊ poteſtatē ac ius eligendi regē iperatorē postmodū certis principib⁹ cōtulit: ficut manifeste testat Innocenti⁹ tertius in. c. venerabilem. extra de elec. fic dicēs. Luz ad eos. s. principes ius ⁊ ptās hmōi ab apostolica sede puenerit que romanū imperiū in persona Caroli a grecis transtulit in germanos. vbi dicit glo. Legim⁹ in chronicis q̄ cū romana eccl'ia oppumeret ab Astulpho rege lōgobardoꝝ petijt auxiliū a Constantino ⁊ Beroe filio ei⁹ imperatorib⁹ constantinopolitanis. ⁊ cū nollent patrocinari eccl'ie Stephanus papa secūdus natione romanus transtulit imperiū in Carolū magnū qui fuerat filius Pipini quem zacharias predecessor ei⁹ substituerat loco regis frācoꝝ quē deposuerat: de quo. xv. q. vi. c. alius. Dec glo. Duodecima ꝓpositio. Romanus pontifex arguit habere iure suo iurisdictionē tēporalem in radice: q̄ vacāte imperio ipse habet iurisdictionē in tpalib⁹ vt in ca. licet. de fo. compe. dicit Innoc. iij. ⁊ in glo. etiā notat. Et ē hodie declaratū ex de re iudi. pastoralis in clem. Et ex hoc clare pz q̄ papa iure suo iurisdictionē habeat tēporalē: q̄ alʒ executionē in pdicto casu ⁊ i alijs nō haberet nisi ei cōcederet iperator. De potestate quā habet circa ifideles sit ista. xiij. ꝓpositio. Papa potest auferre dominiū siue ius quodcūq̄ quod habent infideles plationis sup fideles. Jsta propositio est beati Tho. in. iij. q. x. ar. x. ita dicentis. Consideranduꝫ q̄ dominiū ⁊ platio introducta sunt ex iure humano: distinctio aūt fideliū ⁊ ifideliū ex iure diuino. ius aūt diuinū qđ est ex gra nō tollit ius humanū qđ est ex naturali rone. Distinctio fideliū ⁊ infideliū hm se cōsiderata nō tollit dominiū ⁊ prelationem infideliū supra fideles: pōt tn iuste p sententiā vel ordinationē eccl'ie auctez dei bntis tle ius dnij vel platois tolli: q̄ ifideles merito sue infidelitatis merent ptātem amittere sup fideles qui transeūt in filios dei: ⁊ hoc quidez eccl'ia q̄nq̄ facit quādoq̄ nō facit. In illis em infidelib⁹ qui tēporali subiectione subijciunt eccl'ie ⁊ mēbris eius hoc ius eccl'ia statuit: vt patet in. c. mancipia. ⁊. c. fraternitatē. di. liij. que ambo sunt Gregorij pape vt seru⁹ iudeoꝝ statim fact⁹ xpianus a seruitute libereť nullo pcio dato si fuerit vernacul⁹. i. in suitute nat⁹ Siliter si ifidelis existēs fuerit empt⁹ ad suitiū siue cā seruiēdi: si aūt fuerit empt⁹ ad mercationē siue causa mercimonij puta vt venderet eum alteri teneť eū exponere ad vendēdū infra tres mēses nec iniuriā facit eccl'ia q̄ cū ipi iudei sint serui eccl'ie eccl'ia pōt disponere de reb⁹ eoꝝ: ficut etiā pncipes seculares multas leges ediderunt erga suos subditos in fauorem libertat̄: in illis vero infidelib⁹ q̄ tēporaliter eccl'ie nō subiacent pdictum ius eccl'ia non statuit licz posset instituere de iure ⁊ hoc facit ad scandalū vitādū ficut ⁊ dns Math. xvij. dicit q̄ poterat se a tributo excusare: q̄ liberi sunt filij: sed ideo mandauit tributū solui ad scandalū vitandū. Jta etiā paulus cū dixisset. i. ad Thim. v. q̄ serui suos dnos honorarēt subiūxit ne nomē dni de doctrina blaspbemeť hec sctūs Tho. Decimaquarta ꝓpositio. Papa ostēdit habere ptātem in tēporalib⁹ q̄ pōt punire iudeos forefacientes tam pena temporali q̄ etiā indirecte pena spūali. Jsta propositio manifeste habeť pmo in ca. Postulasti. ex de iudeis. vbi Innocē. mandat quendā iudeū qui man⁹ violentas iniecit in quendā clericū pena pecuniaria puniri: ⁊ clerico leso satisfactionē cōgruā tempoalē fieri: q̄ si non fecerit xpianis pcipit ne cū pfato iudeo anteq̄ satisfaciat pſumāt cōmercia exercere: vbi glo. dic. Excōmunicāt indirecte iudei. Secūdo idem colligit ex ca. Sepe. xxviij. q. i. vbi ex pcilio tolerano pcipitur vt iudei q̄ cōfortia cū xpianis nō vitauerint publicis cedib⁹ deputenť. Decimaquinta ꝓpositio. Papa arguit habere iurisdictionē in tēporalib⁹: q̄ pōt pncipes apostatātes a fide ꝑuare dominio tēporali qđ habent sup fideles. Jsta ꝓpositio licet pateat ex his que dicta sunt in quarta ꝓpositiōe nihilomin⁹ sic ostēdit ex dictis sancti Tho. ij. ij. q. xij. ar. vi. sic dicentis. Ad eccl'iam aūt non ptinet punire infidelitatē in illis q̄ fidē nūq̄ pcepe-runt. hm apli. i. ad Cor. v. Quid enim mihi de his q̄ foris sunt iudicare? sed infidelitatē illoꝝ qui fidē ꝑus ceperūt pōt sententialit̄ punire ⁊ cōmunit̄ in hoc puniūt q̄ subditis fidelib⁹ dominari non possunt: hoc em vergere posset in magnā fidei corruptionē: q̄ vt dicit Prouer. vi. Homo apostata in corde suo machinat malum ⁊ iurgia seminat intendens boies separare a fide: ⁊ ideo q̄to citius aliq̄ per sentētiam denūciant excōicati ꝓpt apostasiā a fide ipso facto ipi subditi sunt absoluti a dominio eoꝝ ⁊ iuramēto fidelitat̄ quo eis tenebāt. hec sanctus Tho. Hoc etiā colligit ex ca. Absolutos. extra de hereti. ⁊ ex ca. Nos sctōꝝ. ⁊ ca. Juratos. xv. q. vi.. Decimasexta ꝓpositio. Papa ostēdit hre etiā in tēporalib⁹ iurisdictionē q̄ pōt ptra infideles hereticos aut tyrannos cōtumelioſos fidei xpiane aut occupatoꝝ bo-

noz ecclie aut pturbatozes pacis ⁊ quiet̄ ppli xp̄iani indicere bellū: nō quidē vt occidāt vulnerent vel mutilent: sed vt fidē defendant ecclesiā ⁊ patriā liberēt ⁊ terrā ab infidelib⁹ occupatā reducāt ad xp̄m. ⁊ sup hoc potest licite ⁊ iuste dare idulgētias magnas arma ad h̄ sumētib⁹. Hec ꝓpositio satis patz tā auctib⁹ q̄ rōe ex his q̄ inducta sūt circa sextā ꝓpositionē.

Capitulum. cxv. In quo ponūtur alique obiectiones aduersarioz contra ea que dicta sunt de potestate ⁊ iurisdictione pape in tempozalibus.

Expln CXV

Quersarij qui ab

a ecclesia oino auferre ptātem in tē pozalib⁹ moliūtur multipliciter arguūt contra predicta nitentes ꝓbare q̄ romani pon. auctas siue potestas non in rpalibus sed in spiritualibus tm̄ sit: quozū rōnes potiozes sunt q̄ sequūtur. In sola et mera cōmissione regni celoz nō venit nec cadit cōmissio regni terrenoz: cū regnū celoz ⁊ terrenoz ex opposito diuidant sicut regnū carnale ⁊ spirituale. sz xp̄s cōmisit petro ⁊ ei⁹ successoribus in psona ipsius claues regni celoz ⁊ nō claues regni terrenoz prout pz Mat. xvi. c. vbi legit q̄ petro dixit. Et tibi dabo claues regni celoz ⁊ q̄cunq; ⁊c. Claues iquit regni celoz ⁊ nō claues regni terrenoz nec vnq̄ in scripturis euangelicis aut aplicis reperit q̄ xp̄s cōmiserit petro claues regni terrenoz: ⁊ q̄ nō est scriptuz nō est nouis adinuētionib⁹ presumendū. vnde nō videtur q̄ roman⁹ pon. habeat potestatem vniuersalis iurisdictionis nisi in spūalibus tm̄. Secūdo sic. Vicarius nō hz maiorē plenitudinē ptātis q̄ habuit bmo xp̄s. sed xp̄us nō habuit nec habere voluit bmōi potestatez siue dominiū in tempozalib⁹ ergo nec eius vicarius. ꝓña est bona. maioz est manifesta. minoz ꝓbatur multipliciter. Primo ex illo q̄ xp̄s respōdit cuidā Luc. xij. dicēti sibi. Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem. cui xp̄s sic respōdit. Homo quis me cōstituit iudicem aut diuisorem sup vos? quasi di. nullus. Secundo ex illo q̄ legit̄ Joh. vi. Jbs cū cognouisset: quia venturi essent vt raperent eū ⁊ facerent eum regē fugit iterum in montem ipse solus. q̄ vtiq; non fecisset si regnum terrenum quesiuisset. Tertio ex illo q̄ homo christus ait Joh. xviij. Regnum meum nō est de hoc mūdo. Tertio arguitur sic. Ve due potestates. s. tempozalis et spiritualis nō possunt in vna ⁊ eadem persona cōuenire siue concurrere. erga roman⁹ pōtifex cum potestate in spiritualibus nō potest habere potestatem in tempozalib⁹. ꝓsequētia videtur bona. antecedēs patet: q⁹ due species eiusdē generis nō se cōpatiunt in eodē subiecto: sicut homo ⁊ asinus: albedo ⁊ nigredo. be aūt due ptātes sūt huiusmodi: ergo ⁊c. Quarto sic. Officia debēt eē omino immixta aliozquin sequerēt confusio: sed aliud ē officiū iurisdictōis spūalis ⁊ aliud ē officiū iurisdictōnis tempozalis. ergo hec officia nō debēt misceri in vna ⁊ eadē persona. Que ratio apte confirmari videt ꝓ ea que Nicolaus papa in ca. Cū ad verū. di. xcvi. dicit q̄ xp̄s actib⁹ ꝓpriis ⁊ dignitatib⁹ distinctis officia ptātis vtriusq; distreuit. Quinto arguit ex illo Mat. xxij. vbi dicit xp̄s. Reddite que sunt cesaris cesari ⁊ q̄ sunt dei deo. in quo innuere videt distinctōez p̄dictarū iurisdictōnū spūalis scz ⁊ tēpozalis ⁊ psonarū in quas cadūt: q⁹ tēpozalis cadit in cesarē: spūalis vero in p̄latos qui sūt vice dei in terris: ergo p̄dicte due dignitates non debent esse in eadē psona. Sexto arguit ex lege illa imperatoris in qua dicit. Sic em̄ magna dona a deo collata sunt sacerdotiū ⁊ imperiū vt diuinis sacerdotiū ⁊ imperiū humanis pre esset: ergo ptās ecclie se extēdit solū ad diuina ⁊ spūalia: secularis vero ad tēpozalia. termini aūt antiq̄ transgredi nō debēt. ꝑm illud Prouerb. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Septimo sic ad Ebreos. xj. dr. Nemo militās deo implicat se negocijs secularib⁹: sed nemo in ecclia magis debet militare deo q̄ papa. ergo minus implicare se debet negocijs secularib⁹: ergo papa nō habz iurisdictionē tēpozalē. Octauo sic. Judex secularis de re spūali iudicare non pōt de iudi. ca. Decernimus. sic videt q⁹ iudex ecclesiasticus de tēpozalib⁹ se intromittere nō pōt vt cōtrariozum eadē sit disciplina ꝑm pbm. ⁊. ff. de his q̄ sunt sui vel alie. iuris. l. i. §. videmus.

Quartum

Quintum

Sextum

Septimum

Octauum

Nono. Habere iurisdictōnē in tēpozalib⁹ cōtradicit pfectioni aplice: ergo videt q⁹ habere iurisdictionē in tēpozalib⁹ nullo modo cōueniat romano pōtifici qui singulariter dicit apostolicus. ꝓsequēntia bona videt. antecedēs ptz ex illo Mat. b. xix. Si vis pfect⁹ esse vade ⁊ vende omnia que habes ⁊ da pauperib⁹ ⁊ sequere me. ⁊ illud Luce. xiiij. Omis ex vobis q̄ nō renunciauerit omib⁹ que possidet nō pōt meus esse discipulus. Decimo sic. Si iurisdictio tēpozalis esset in romano pontifice sequerēt q⁹ superfluet aut in eo aut in p̄ncipibus secularibus sed neutrā est dicendum: cum deus ⁊ natura nihil faciant frustra. iij. de anima. ergo videtur q⁹ romanus pontifex solū in spiritualibus habeat iurisdictionē ⁊ in tēpozalibus solū p̄ncipes seculares. ꝓsequntia tm̄ videt bona.

Nonum

Decimum

Capitulum. cxvi. In quo rñdet obiectōib⁹ prefatis.

Caplm CXVI

Hne consideran

tibus nobis ea que in superioꝛib⁹ de ordine ⁊ vnitate eccl̄ie enuclea uimus necessariū dicendū videt saluo semper meliori iudicio quod ante dixim⁹: videlz ꝙ in hierarchia ecclesiastica militātis eccl̄ie ptās spūalis p̄ncipet seculari ptāti. cuz eī vt inq̄t pbs. i. poli. quādocūq; aliq̄d cōstituit ex pluribus ordinatis ad inuicē siue ex p̄iunctis sicut homo ex coꝛpe ⁊ anima: siue ex diuisis sicut exercit⁹ ex militib⁹ in oīb⁹ ē inuenire p̄ncipās ⁊ subiectū quēadmodū in armonica musica ē vn⁹ sonus p̄ncipalis: ⁊ in mixto vnū elemētū p̄dominās: ⁊ in hoīe aīa coꝛpoꝛi: ⁊ intellectus appetitui sensibili: ⁊ i domo vir vxoꝛi: ⁊ vniuersaliter masculus femine: ⁊ hō bestijs: sed cū ex spūalib⁹ ⁊ tēpoꝛalib⁹ q̄si duobus lateribus cōpagineť totū coꝛp⁹ vniuerse reipublice xp̄iane vt inquit Hugo de sancto victoꝛe li. ij. de sacramētis: ⁊ spūalia p̄ferant terrenis sicut aīa coꝛpoꝛi: necesse ē dicere ꝙ ptāti seculari p̄ncipetur ptās spūalis: ita ꝙ ad hierarchā huius hierarchie eccl̄ie militātis (qui post xp̄m est romanus pōtifex cui in btō petro xp̄us tradidit ambas claues) regimē toti⁹ eccl̄ie nō tam in spūalib⁹ q̄ etiā in tēpoꝛalib⁹ aliquo modo ptineat iuxta id qđ dr̄ di. xxj. c. Omnes. vbi Nicolaus papa dicit ꝙ btō petro eterne vite claui gero terreni simul ⁊ celestis imperij iura cōmisit. vbi glo. dicit. Argumētū ꝙ papa habet vtrūq; gladiū scz spūalem ⁊ tēpoꝛalē: qđ verum ē p̄ma auctrate ⁊ superioꝛi ꝑ iurisdictōnis executionē habz in spūalibus: in tēpoꝛalibus aūt nō nisi in casibus de q̄bus superi⁹ dictum ē Unde dicēdū est ad obiectōnes aduersarioꝝ

Ad primū

Ad p̄mā negat assumptū simpliciť positū ⁊ maxime in eo in quo ē ptās spūalis regiminis eccl̄ie p̄m plenitudinē sicut in papa dicimus: sicut in parte exposuimus supꝛa ꝙ sicut in collatione p̄ncipalis intelligit accessoꝛiū etiaz si de illo nulla fiat expꝛessa mentio ⁊ in collatōe maioꝛis intelligit collatio minoꝛis qđ ordinatur ad illud: ⁊ in collatōe regiminis intelligūtur collata oīa ea sine q̄bus recte expediri siue exequi nō pōt regimen illud: ita in collatione ptātis spūalis pape sicut capiti ⁊ rectoꝛi totius politie xp̄iane necessario venit subintelligēda collatio ptātis secularis q̄tū necessariū est ad ꝓseruationē bonoꝝ spūaliū ⁊ directionē fideliū in regnū celoꝝ. vñ in collatione clauiū celestiū maxime quo ad clauē iurisdictionis interuenit traditio clauium terrenoꝝ in vim cuiusdā necessarie ꝓsequentie modo quo dictū est superius, nec opoꝛtebat aliq̄d expꝛimere de collatiōe regni terreni siue iurisdictionis tēpoꝛalis: qꝛ vt dixim⁹ in collatōne p̄ncipalis scz ptātis regni celoꝝ satis intelligebatur. Hō vero dr̄ ꝙ hec duo ex opposito diuidūtur. rñdeť ꝙ nō est verum sicut infra videbit in reſpōsione ad tertiā obiectionē. Ad secūdaz obiectionē in qua dr̄ ꝙ xp̄s nō habuit ptātem nec dominiū: rñdeť ꝙ falsum est: q̄m qui dicit xp̄m nō habuisse ptātem tēpoꝛalē ⁊ spūalē fic etiā dicit dñs Job. xxij. in decretali illa. Quia vir reꝛobus ꝓtradicit sacre scripture in multis locis: sed maxime illi. Mat. vlti. vbi legit xp̄us dixisse. Data ē mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. ⁊ Apoc. i. dr̄ p̄nceps rerum terre. Et ad Heb. i. dr̄ qđ sumptū est de ps. viij. Cōstituisti eū sup opa manuū tuaꝝ. vbi dic glo. Ecce potestas xp̄i ostēdit: vt em̄ in ope dñi nihil excipitur: ita nec a xp̄i ptāte. h̄ glo. Uerū sicut dic dñs Durādus bñ ꝓtingit ꝙ habēs ptātē ⁊ auctoꝛitatē iurisdictōnis nō vtit ea in ꝓꝓꝛia ꝑsona nec decet q̄tū ad oīa: imo minoꝛa debēt cōmitti minoꝛib⁹ ⁊ mediocria mediocribus ⁊ maioꝛa supmis: sicut cōsultum fuit moysi a ietro. Exo. xviij. ꝙ cōstitueret iudices q̄ minoꝛa ⁊ facilioꝛa tantūmodo iudicarent ⁊ difficilioꝛa remitteret moysi iudicāda. Et apli diꝛerūt Act. vi. c. Non est equū nos relinq̄re v̄bū dei ⁊ ministrare mēsis. Et p hūc modū xp̄s lz haberet oēm ptātē: tñ summū opus ad qđ venerat fuit nos instruere de vita sua ⁊ de redēptōne nr̄a p ipm faciēda: ꝓp̄ qđ circa ista q̄si totaliť vacauit dimittēdo minoꝛa q̄ p alios fieri poterant. Vñ Amb. sup illud Joh xviij. Regnū meū nō est de hoc mūdo dicit. Bene terrena declinat qꝛ ꝓpter celestia descendit. Ad ꝓbatōnes ꝙ xp̄us nō habuerit ptātem rñdeť ad p̄mā que ē Luce. xij. dicēdo ꝙ illa nō pꝛobat ꝓpositū aduersarioꝝ: q̄m illud xp̄s nō dixit qꝛ negaret se habere ptātem oīum ꝑ ꝓp̄ duo. Pꝛio qꝛ dedignabať executionē hr̄e in tam paruis rebus. ⁊ ille poterat recurrere ad minoꝛes quoꝝ erat talia imediate exequi. Hanc rōnē tangit beatus Ambꝛo. in glo. ita dicēs. Non dignať esse iudex litiū aut arbiter facultatū qui viuoꝝ et moꝛtuoꝝ habz iudicium ⁊ meritoꝝ arbitrium i. ad Loꝝ. vi. Secularia iudicia si habuerit ⁊c Secūdo qꝛ diuidere cōmunitatē officiuz erat dyaboli nō xp̄i. Hsee. xiij. Jpe inter fratres diuidit. i. dyabolus. i. Loꝝ. xix. Nō em̄ dissensionis est deus ꝑ pacis. Hanc rōnē tangit glo. q̄ sup illud. Quis me cōstituit. ita dicit. Nō suz dissensionis deus sed pacis ⁊ vnitatis q̄ veni hoiem pacificare cū angelis vt multi vnū coꝛpus ⁊ aīam vnā habeāt: non vt diuidaňt ꝑ vt habeāt oīa cōia ne q̄s sit egens inť eos: ille q̄

nō colligit mecū est fraternitaſ diuisor: dissen
sionis auctor. ℔ glo. Ex quo pz ꝙ auctas p̄fata
in q̄ aduersarij plurimū ꝓfidūt in nullo suffra
gaſ eis. Ad scōam ꝓbationē que sumiſ ex illo
Joh. vi. ꝙ fugit xp̄s ne facerent eū regē: respō
deſ ꝙ nihil facit p̄o aduersarijs. qō patet sic
ex expositōe sancti Tho. sup būc locū. Querit
em̄ scūs Tho. cū ipse xp̄s esset rex q̄re fugit. ad
hoc inq̄t triplex rō assignaſ. Una q̄ derogasſz
dignitati ei⁹ si regnuz ab hoie accepisset q̄ sic
erat rex vt ei⁹ ptcipatōe reges omnes essent
Prouer. viij. Per me reges regnāt. Alia rō q̄
p̄eiudicasset sue doctrine si claritatē ꝛ robur
ab hoibus accepisset. sic em̄ operabaſ ꝛ doce
bat vt totū diuine virtuti ascriberet ꝛ nō solū
fauori humano Joh. v. Claritatē ab hoib⁹ nō
accipio. Tertia ratio est vt erudiret nos mun
danas ꝓtēnere dignitates Joh. xij. exemplū
em̄ dedi vobis ⁊c. Ad tertiā ꝓbationē q̄ sumi
tur ex illo Joh. xviij. Regnū meū nō est de boc
mūdo: rn̄deſ ꝙ auctas ista bene intellecta in
nullo suffragaſ aduersarijs: qm̄ p illam nō ne
gat se xp̄s regē esse: imo postea exp̄sse cōcessit
nā cum pylatus dixisset ei. Ergo rex es tu: rn̄
dit. Tu dicis q̄ rex sum ego: ego em̄ (inquit)
ad hoc nat⁹ sum ꝛ ad hoc veni in mundū vt te
stimoniū perhibeā veritati. Nec dicit: regnuz
meū nō est in hoc mūdo: cū regnū eius sit in ce
lo ꝛ in terra: ℔ dicit nō est de hoc mundo: nō. s.
electōe mundana nec successione būana. P̄o
cui⁹ auctis plenior intelligētia vt intelligāt
aduersarij nihil h̄e fauoris est notandū: ꝙ vt
dicit sanct⁹ Tho. sup Jo. exponēs hunc locuz
ꝙ regnū ꝺr q̄nq̄ popul⁹ illi⁹ q̄ regnat q̄nq̄ ip
sa regia ptās. Primo g̃ mō accipiēdo regnuz
expōit Aug. di. Regnū meū. i. fideles mei apo
ca. v. Fecisti nos deo nr̄o regnū: nō ē de ℔ mū
do. s. ꝓ effectū ꝛ imitatione erepti quidē p gre
collationez. sic em̄ nos eruit de ptāte tenebra
rū ꝛ trāstulit nos in regnū claritaſ sue. Chr̄y
so. aūt exponit accipiēdo regnū secūdo mō di
cens. Regnū meū. i. ptās mea ꝛ auctas q̄ sum
rex nō est de hoc mūdo. i. nō hz orīginē ex cau
sis mūdanis ꝛ electōne hominū ℔ aliūde. s. ab
ipso patre Daniel. vij. Ptās eius que nō aufe
reſ ꝛ regnū ei⁹ qō non corrūpeſ. Et. j. ꝛcludit.
Regnū meuz nō est hinc. i. nō hz p̄incipiū de
hoc mūdo: est tn̄ hic: q̄ attingit a fine vsq̄ ad
finē fortiter ꝛ disponit oīa suauiter. ꝛ. p̄s. Po
stula a me ꝛ dabo tibi gētes ꝛ possessionē tuā
⁊c. Patet g̃ ꝙ in xp̄o fuit ptās ꝛ auctas iurisdictōis tpalis hz parū vsus fuerit iurisdictiōe
tpali. Et dico parū: q̄ qn̄ fecit q̄si flagellū de
funiculis ꝛ eiecit vēdentes ꝛ emētes de tēplo
ꝛ nūmulariox mensas euertit Joh. ij. videtur
vsus fuisse ptāte. vn̄ iudei dixerūt ei. Jn q̄ po
testate hoc facis. Verū tn̄ est q̄ p̄ncipaliſ ve
nerat nos redimere ꝛ saluare q̄si oēs actus ei⁹
versabaſ circa eruditōnē nostrā ꝛ pauci aut
nulli circa exercitiū cuiuscūq̄ iurisdictōis: nō
q̄ vtraq̄ ptātem nō haberet ℔ vt saluti nostre
totaliter intenderet: sicut dr̄ Joh. iij. Non em̄
misit de⁹ filiū suū in mundū vt iudicet mūduz
sed vt saluet mūdus p ipm̄. Expleto aūt sacra
mento uostre salutis p mortē xp̄i ꝛ ei⁹ resurre
ctionē xp̄s cōmisit petro regimen ecclie totū
qō necessariū erat ꝛ expediebat ad regimē to
tius ecclie. Et q̄ vtraq̄ ptās spūalis ꝛ tempo
ralis ē ad hoc necessaria: ideo vtrāq̄ ptātem
cōtulit petro. ꝛ de ptāte q̄dē spūali null⁹ xp̄ia
nus dubitat. de ptāte tēporali ptz Act. v. vbi
legiſ ꝙ petrus dānauit iudicialiſ ananiā ꝛ sa
phiram p̄ crimine furti ꝛ mēdacij. vnde super
illud. Dixit aūt petr⁹ ad ananiā dicit glo. q̄si
p̄nceps oim loquiſ. Et sup illud. quare posui
sti in corde tuo banc rem: nō es mentit⁹ hoib⁹
sed deo. dicit glo. que est Bede sic. Non causa
questus tam seuerā p̄euaricatōis dedit sentē
tiam: sed p̄uidēs futura zizania q̄ simplicitatē
ecclie p̄auis moribus adulterarēt nulla reos
passus ē penitētia curari ℔ ad timorē posteruz
noxiū germen radicitus amputauit. hec glo.
Item btūs Aug. in li. de mirabilib⁹ sacre scri
pture tractās boc verbū dicit. Ecce quāta est
aplica virtus in xp̄o sanū ananiā dū petr⁹ ar
guit p̄ sermonis tm̄ imperium morte ligauit. ꝛ
tabitā mortis vinculo ligatā eadē imperij po
testate dissoluit. ideoq̄ p̄ius ananias ꝛ saphi
ra in ꝓspectu ecclie cito mortui sunt vt aplica
auctas quāta esset ostenderet. hec ille. Ratio
autē alibi legitur ꝙ ipe petrus vsus fuerit hac
ptāte: q̄ ꝓpt paucitatē credētiū sup quos fuit
sibi data ptās tota intētio petri ꝛ alioꝝ aplox
ꝛ discipuloꝝ fuit ad ꝓuertēdū alios ad fidē p
p̄dicationē ꝛ miraculoꝝ opationē. vn̄ Marc.
vlti. dr̄. Illi aūt ꝓfecti p̄dicauerunt vbiq̄ dño
cooperāte ꝛ sermonē cōfirmāte ⁊c. Multipli
catis aūt fidelib⁹ posteriores ꝛ successores nō
indebite ꝛ incōgrue aliq̄n exercuerūt ꝛ vsi fue
runt q̄n boc expedire iudicabāt. vn̄ xp̄s ꝛ apli
multa exequēda ꝛ ordināda dimiserūt suis suc
cessoribus p̄m diuersa tpa ꝛ diuersos stat⁹ ec
clesie q̄ ipsi p seipsos tūc nō executi sunt nec or
dinarūt: q̄ tūc opus nō erat: sicut pulchre ostē
dit Augu. in epla ad comitē Bonifaciū. Ad tertiā obiectōnē cū dr̄ ꝙ he due ptātes nō pos
sunt cōuenire in vna p̄sona: rn̄deſ negādo boc
Et ad ꝓbationē cū dr̄ ꝙ due species eiusdē ge
neris ⁊c. respondeſ ꝙ hec ratio deficit: q̄ bec
ꝓpositio nō est vniuersaliter vera sed soluz in

Ad tertium

illis in q̄bus ex ſpeciali rōne reperit repugnā
tia eſſendi ſimul. Verbi gr̄a. in omnibus natu
ris p̄ ſe exiſtētib⁹ eſt repugnātia eſſendi in eo
dem ſubiecto: q̄ quelibet ex natura ſua nata ē
conſtituere ꝓpriū ſuppoſitū vt homo ⁊ aſinus
Item in oppoſitis vbi repugnātia ex natura
oppoſitionis eſt ita vt nō ſolū ſint diſtincte ſ
etiā cōtrarie. ⁊ ideo in quocūq; genere inueni
tur oppoſitio inter aliq̄s ſpecies: oēs ſpecies
illius generis ſūt incōpaſſibiles: ſicut in albe
dine ⁊ nigredine ⁊ de oīb⁹ mediis coloribus
q̄ oēs habēt oppoſitionē inter ſe ſaltē impfe
ctam. natura em̄ cōtrarioꝝ eſt vt inuicē ſe ex
pellāt. vñ ꝓtraria ſunt q̄ maxime inf̄ ſe diſtāt
⁊ eidē ſuſceptibili viciſſim inſunt: nō ſimul fiē
p̄s dicit in p̄dicamētis. ſed ille forme que ſic
ſunt diſtincte q̄ nō ſunt contrarie ſ diſparate
ſunt cōpaſſibiles in eodē ſubiecto: ſicut quāti
tas ⁊ q̄litas que diſtingūf gñe generaliſſimo
in boīe. Species etiā generis ꝓrimi poſſunt
eſſe ſimul: vt pz̄ in virtutib⁹ tam moralibus q̄
intellectualib⁹. pōt em̄ idē homo ſimul habe
re virtutes. ſcz̄ tēperantiā iuſticiā ⁊ fortitudi
nem ⁊ ſic de aliis: imo q̄ habz̄ vnā pfecte ⁊ cō
plete habz̄ oēs: fiē pz̄. vi. ethi. Patz̄ ergo q̄ nō
eſt bonū argumētū. Iſte forme ſunt diſtincte
ergo nō ſunt compaſſibiles in eodē ſubiecto.
Sic ergo in ꝓpoſito q̄ iuriſdictiones tēporalis
ſcz̄ ⁊ ſpūalis licz̄ ſint diſtincte nō ſunt tñ con
trarie. q̄ pz̄: q̄ vnū cōtrariū nō ordinaf ad ali
ud immo corrūpit ipm. iuriſdictio aut̄ tpalis
ordinaf ad ſpūalē ſicut ſup̄ oſtēdim⁹. Iteē vna
iuriſdictio iuuat ⁊ cōfortat aliā ⁊ p conſeqns nō
ſequit̄ q̄ ꝓpt̄ earū diſtinctionē ſint incōpaſſi
biles in eadē pſona. Nō etiā pz̄ de facto: quia
in eadē pſona xp̄i fuit vtraq; iuriſdictio: q̄ dic
tum eſt. Dñi ē terra ⁊ plenitudo ei⁹ orbis ter
rarū ⁊ vniuerſi q̄ habitāt in eo. p̄s. xxiij. Patz̄
etiā ex alio: q̄ ſi nō eſſent cōpaſſibiles ſequere
tur q̄ nulla pſona eccleſiaſtica poſſet habere
aliquā iuriſdictionē temporalē nec caſtrū nec
villam nec aliq̄d aliud: q̄d eſt valde abſurdū.
Patz̄ ergo q̄ iſte iuriſdictōnes ſunt cōpaſſibi
les nō obſtante earū diſtinctiōe adinuicē. vñ
tpe legis nature ſimul ambe currebāt regnū
⁊ ſacerdotiū ⁊ oēs ꝓmogeniti regum ſacerdo
tes erant ⁊ reges ⁊ iuriſdictōnē in tēporalib⁹
⁊ ſpūalib⁹ exercebāt: ſic ambe ſimul cucurrerūt
in lege moſayca vſq; ad ſamuelē ſub quo ppl's
periuit ſibi regē quē q̄tum erat ex parte ppli
dñs cōceſſit eū in onus ꝓpt̄ pctā eoꝝ. vñ dixit
dñs ſamueli. Nō abiecerūt te ſ me ne regnem
ſup̄ eos. diſponēte eterna ꝓuidētia q̄ etiā ma
la noſtra ⁊ ea que ꝓcedit ꝓ peccatis nr̄is in
bonū cōuertit. Hoc factū eſt in p̄ſagiū eius
q̄ erat futurū deo ordinante in noua lege vt
ſacerdotes expediri a iudiciis tēporaliū aſſue
ſcerent imminēte tpe aduent⁹ xp̄i vacare ſpi
ritualib⁹. q̄ veniēs rex ⁊ ſacerdos ſm ordinem
melchiſedech q̄ ſimul erat rex ⁊ ſacerdos dei
altiſſimi ſacerdotiū q̄ per accidēs ſm p̄dicta
ſeruile factū erat in lege moſayca in q̄ ſacerdo
tes ſubditi erant regib⁹ ad libertatē ſacerdo
tij legis nature reduxit: in qua in eadē pſona
vtraq; dignitas iuxta curſum legis nature de
buit reſidere: ſed poſt xp̄i aduentū cū tps erat
vacandi ſpūalib⁹ diſpoſitiue a deo regimen ⁊
auctas tēporaliū ⁊ iuriſdictio eis circa illa ⁊
executio cōmiſſa ē impatorib⁹ ⁊ ꝓncipib⁹ ſecu
laribus remanēte ſola ꝓma auctate vt dictū
eſt apud ſacerdotes tanq̄ apō illos quoꝝ de
bet eſſe nobilior exercitatio ⁊ q̄ ſunt in gradu
maiori ⁊ altiori agētib⁹ regibus ⁊ ꝓncipibus
tēporalia negocia q̄ tanq̄ minores ⁊ inferio
res occupati ſunt circa inferiora. vt ſup̄ illud
i. Eoꝝ. vi. Si ſecularia negocia habetis cōtē
ptibiles q̄ ſunt in eccl'ia illos cōſtituite ad iu
dicandū. dicit glo. maiores ſpūalib⁹ intēdere
debent. Sunt ergo dignitates p̄dicte diſtin
cte nō ex natura rei ſ ꝓpt̄ diuinā diſpoſitiōez
⁊ tñ nō ſic penit⁹ diſtincte ſunt ān ſuperior iu
riſdictio remaneat penes papā licz̄ differenf
vt dixim⁹ in ſpūalibus ⁊ tēporalib⁹: q̄ in ſpūa
libus habz̄ executionē regulariē ⁊ immediate
in tēporalib⁹ vero nō regulariē ſ in caſib⁹ aſſi
gnatis. Ad quartā rōnē cū dr̄ q̄ officia debe
ant eſſe diſtincta ⁊c. reſpōdeō q̄ iſtud habz̄ lo
cum q̄n plures intromittūr ſe ſimul de eodem
negocio: q̄ nō eſt in ꝓpoſito: q̄ de ſpūalibus
nullus pōt ſe intromittere niſi iudex eccleſia
ſticus. de tēporalib⁹ ꝓ̄ non intromittūt ſe ſi
mul iudex eccleſiaſtic⁹ ⁊ laicus iudex: q̄ null⁹
p̄o eadē cauſa debz̄ trahi ad diuerſa iudicia: ſ
in optiōe actoris ē recurrere ad vnū eoꝝ ⁊ ille
ſolus habz̄ tūc cognoſcere de illo negocio ⁊ iu
dicare: ⁊ ſic nulla ē confuſio. Ad quintā qua
dicit q̄ dñs ait. Reddite que ſunt ceſaris ceſa
ri ⁊c. Dicendū q̄ auctas illa in nullo fauet ad
uerſarijs: q̄m ſm veritatē tex. euāgelij non fuit
intētio xp̄i in illo loco facere diſtinctionē p̄e
dictarū iuriſdictionū nec aſſignare pſonas in
quas cadāt: ſed reſpōdere tēratiue q̄ſtioni iu
deoꝝ: qui cuz̄ reputarēt ſe ſolos eē de pplo dei
aliis exiſtētib⁹ paganis ⁊ idolatris nō crede
bant aliq̄ eoꝝ q̄ tenerenf ceſari pagano impe
ratori ad ſoluendū cenſum ſ immunes eſſe a
cenſibus ⁊ tributis qui vacabāt cultui dei ve
ri. ⁊ ideo cū herodianis qui erant de gente im
peratoris venerūt ad xp̄m ꝓponentes ei banc
q̄ſtionē. Licet cenſum dare ceſari vel nō: vt ſi

Ad quartū

Ad quintū

diceret nō: accusarēt eū apud iperatorez. si diceret sic: accusarēt eū apud principes sacerdotū rangꝫ dicentē ꝓtra libertatē cultus dei. Jesus aūt sciēs nequitiā eoꝝ oīso sibi numismate cēsus isculpto imagine cesaris: rndit. Reddite que sunt cesaris cesari ⁊ que sunt dei deo: id est reddite cesari censum sibi debitum ⁊ deo cultū in oblationib⁹ ⁊ sacrificijs ꝑm ritū legis loquebaꝫ. g̃ de redditione debitoꝝ ⁊ nō de distinctione iurisdictionū ⁊ psonarū in quas cadunt. Ad sextā cū dr q iperiū būanis preest ⁊c. respōdeꝫ q verū est q sacerdotiū est a deo vt preesset diuinis ⁊ spūalib⁹ q̃tū est de ꝑma ⁊ principali intētione sacerdotij: ꝧ q diuina ⁊ spūalia pturbanꝫ ⁊ qnq̃ ipediūtur ꝓ abusum hominū circa tpalia: ideo ad sacerdotiū secundario ⁊ ex ꝓuīti ptinet impedimēta ⁊ pturbationes tollere ⁊ impeditores ⁊ pturbatores gladio spūali ferire. Jsti sunt em̄ veri termini iurisdictōis spūalis ⁊ tpalis a fundatione quos transgredi nō licet: q iurisdictio tpalis nullo modo se extēdit ad spūalia de q̃b⁹ nihil nouit. iurisdictio ꝯo spūalis se extēdit primo ⁊ principaliꝫ ad spūalia: secūdario ⁊ ꝓ quandā ꝓnaz se extēdit ad actiones hoīm circa tēpalia q̃ ordinanꝫ ad spūalia tanq̃ ad finē quaten⁹ abusus hoīm circa ea pōt ipedire finem. Ad septimā rndeꝫ q rō nō ꝓcedit. qm̄ licet ꝑm sctm Tho. in. ij. ij. q. vij. c. lxxxvi. ar. ij. cā cupiditatis ingerere se negocijs secularib⁹ religiosis ⁊ clericis sit ꝓhibituz: cā tm̄ charitatis se negocijs secularib⁹ cū debita moderatōe ingerere pnt ꝑm superioris licentiā ⁊ ministrando ⁊ dirigendo. vn̄ in decretis. di. lxxxvij. c. decreuit iquit Melchiades papa. Decreuit sctā synod⁹ nullū deinceps clericū aut possessiones ꝓducere aut negocijs secularibus se imiscere nisi ꝓpe curā pupillorꝝ aut orꝑbanorꝝ aut viduarū aut si forte eps ciuitatis ecclesiasticarū rerū sollicitudinē eū bñe ꝓcipiat. Nō g̃ derogat dignitati sūmi pōtificatus si cā charitatis ⁊ vgente necessitate ad cōseruationē spūaliū ad correctionē vitioꝝ ad punitōez malefactorꝝ ac manutentionē pacis ⁊ iusticie in pplō xp̃iano aliq̃ de negocijs secularib⁹ se intromittat vt director ⁊ ꝓceptor. Ad octauā cū dr q iudex secularis ⁊c. respōdeꝫ q rō nō ꝓcedit. q nō ē silis rō de iudice seculari ⁊ ecclesiastico: q iudex secularis est omnino incapax ecclesiastice vel spiritualis iurisdictionis: vt in. c. decernim⁹. de iudi. allegato ex oppōsito. vn̄ nec spiritualia possidere potest. c. causam. de rescrip. vnde punitus est lepra Ozias qui officium sacerdotum sibi vsurpare voluit Paralippoñ. xxvi. iudex autem ecclesiastic⁹ est bene capax iurisdictionis tēporalis. Primo em̄ ab initio cause etiā tēporalis iurisdictionis oēs tractabanꝫ cozā sacerdotib⁹: vt in. c. Per venerabilem. qui fi. sint legi. nec etiā iste due iurisdictiones cōtrariantꝫ ad inuicē: immo vt supra diximus simul cōcurrere possunt in vna ⁊ eadē psona. Ad nonā obiectionē cū dicitꝫ: q habere iurisdictionē in tēporalib⁹ repugnat ecclesiastice pfectioni: respondeꝫ q boc falsum est. Et ad ꝓbationē cū inducitꝫ illud Mathē. xix. Si vis pfect⁹ esse: respōdet sctus Tho. in. ij. ij. q. clxxxiij. ar. vij. q abrenūciatio ꝓpriarū facultatū dupliciꝫ ꝓsiderari pōt. Uno modo ꝑm q est actu: ⁊ sic in ea nō ꝓsistit essentialiter pfectio sed quoddā pfectionis instrumentū: ⁊ ideo nihil ꝓhibet statū pfectiōis esse sine abrenūciatione ꝓpriorꝝ. Alio modo pōt cōsiderari ꝑm q̃ paratōnē animi: vt sc̃z homo sit paratꝰ si opꝰ fuerit oia dimittere vel distribuere: ⁊ boc directe ptinet ad pfectionē. hec sctus Tho. Cum aūt ptās iurisdictōis possit stare in psona dñi pape cū bac animi ꝑparatōe: ꝑz q possit stare cuz aplica pfectione. vn̄ xp̃s pfectissimus fuit ⁊ tm̄ in eo vtraq; ptās fuit vt dictū est. Multi em̄ sancti ꝓlati ex deuotōne fideliū habuerūt multā tēporalē iurisdictōnē: quoꝝ tm̄ perfectioni ⁊ bonitati nihil ex boc derogatū esse creditur. Ad decimā cū arguitꝫ q supfluerēt iurisdictiones secularīū ꝓncipū: respondeꝫ negando boc q supfluerent iurisdictōes: immo sunt necessarie: sicut alias in. i. li. ostēdimus. Tum q cū iurisdictio tpalis plenaria nō ponaꝫ in romano pontifice regulariter q̃tum ad immediatam executionem siue exercitationē: sed in aliquibus casibus vt dictum est ad bonum ⁊ perfectum regimen populi xp̃iani necessarie sunt potestates seculares quarū est intendere immediate istis tēporalibus ea administrando ⁊ gubernādo. vnde. i. Petri. ij. dicit de potestate seculari: q est ad vindictā malefactoꝝ laudē vero bonoꝝ. Tum secundo vt potestas spūalis absoluta in vilioꝝ ⁊ secularibus negocijs liberior sit ad vacandū spūalibus: ⁊ ne ꝓpter administrationē temporaliū ⁊ inferiorum a gubernatione impediantꝫ spūalium et superioꝝ. vn̄ bac rōne distincta dicunꝫ a deo esse harum dignitatū officia: vt in ca. Luz ad verum. dist. xcvi. habetur. Et tantū dictum sit ꝓ isto secundo libro huius p̄sentis summe de ecclesia.

Finis secūdi libri hui⁹ sūme ecclīastice q̃ de romane ecclie ⁊ eius pontificis dignitate ac primatu tractauit.

Sequit̃ tertius in quo de vniuersalib⁹ concilijs ⁊ de eoꝝ auctoritate tractabitur.

Ad septimū

Ad octauū

Ad nonum

Ad decimū

Capitulū primū quid Cōcilij noīe importetur.

Capm I

Ecursis pro nostri parui tate ingenij primis duobus libris bu ius nostri operis videli cet primo libro de vniuer sali ecclesia ⁊ secundo de ecclesia romana ⁊ eiusdē pontificis primatu. Reliquū est iuxta propositi nostri formā opitulante nobis gratia salua tocis libū tertiū subiungere de vniuersalibus cōciliis. Premittim⁹ in primis quid cōcilij no mine importetur. Pro quo sciendū q̄ prout ex Isidoro nostro libro ethi. ⁊. ca. canones. di. xv. colligere possum⁹. triplex est huius nois cōcilij interpretatio. Primo quidem conciliuz quasi consilium dicitur a cōsidendo quasi cōsidium. d. littera in. l. mutata. ⁊ boc q̄ in cōcilio considēt maiores ſm morem tractantiuz grauiter ⁊ mature res ad vniuersitates pertinentes. hinc dicit Isidorus vbi supra. Synodus ex greco interpretatur comitatus vel cet⁹ Concilij vero nomen tractum est ex more romano. Tempore em̄ quo causas agebant cōueniebant omēs in vnum cōmuniq̄ intentione tractabant. scribit etiam. i. macbab. xiij. q̄ seniores in plateis sedebāt. ⁊ de bonis terre tractabant. Secūdo concilium dicitur a cōmuni intentione. vnde Isido vbi supra vel concilium dictum est a cōmuni intentione eo q̄ in vnum dirigāt omnem mētis intuitum. Cilia enim ſm papiam sunt velamina oculorum dicta a celando oculum. Concilium ergo dicit a con ⁊ cilium. q̄ omnes in concilio cōgregant vt in vnum conueniāt omnemq̄ mentis intuitum dirigētes ad vnum scz ad vtilitatem publicā. vñ Synodus dicit a syn quod est simul ⁊ odos quod est via: q̄ omnes ad eundem finē tendunt. vnde sequitur in decreto. Cetus cōuentus est vel congregatio a coēūdo vel a cōueniendo in vnum. hinc etiam conuētus ē nūcupatus quia ibi homines conueniūt sicut cōuentus est cetus. sic ⁊ concilium a societate multorum in vnum appellatur. hec ibi. Tertio dicitur cōcilium a consulēdo quasi cōsiliū ⁊ hoc recte q̄m consilium cōcilij antonomatice dr̄ cōciliū. Ad hoc enim viri sapiētes ad cōcilia vocātur. vt super agendis consulāt. Luz enim in rebus agendis multa incertitudo inueniatur quia actiones sunt circa singularia contingentia que propter sui variabilitatem incerta sunt ⁊ in dubijs atq̄ incertis ratio nō proferat recte iudicium absq̄ inquisitione precedente, ideo necessaria est iquisitio rationis ante iudicium de eligēdis ⁊ hec inquisitio cōcilium vocatur. Ex hac triplici nominis ꝯcilij interpretatiōe posset vna diffinitio magistralis elici cōmunis ad oīa cōcilia tam ecclesiastica siue generalia siue particularia: siue secularia aut laicalia que imperatores aut reges cū maioribus proceribus aut p̄ncipibus ⁊ magistratibus regnoꝝ pro arduis causis agunt. vn de. i. Paralip. in. c. iij. ira legitur. Iſdixit quoq; rex ezechias ad omnē israel ⁊ iudam ⁊ scripsit epistolas vt venirent in domū dñi in hierusalem. ⁊. j. Inito ergo cōsilio regis ⁊ p̄ncipum ⁊ vniuersi cetus israel decreuerūt vt facerēt ⁊c. Vnde etiam in ca. Canones. di. xv. inquit Isidorus q̄ nomē concilij tractum est ex more romano. tempore em̄ quo causas agebant cōueniebant omēs in vnum cōmuniq̄ intentione tractabant. Descriptio ꝟo magistralis talis esse potest. Cōciliū est congregatio siue cōuētus boim p̄udentiū: publica auctoritate conuocatoꝝ: ad tractandum cōmuni intentione de rebus necessarijs siue cōmodis reipublice siue vniuersitatis. Tanunc aūt in hac diffinitione ārtuor cause ipius cōcilij. Primo materialis ex qua corpus concilij consurgit cū dicitur q̄ est congregatio siue cōuentus hominū id est habentiū rationē. Solius em̄ ratōnalis nature est ratiocinari ⁊ inquirere de agendis Bruta autem animalia nō cōsilio sed nature impetu se mouent. vnde Tullius in rhetoricis diffiniens consiliū inquit. Cōsiliū est aliquid faciendi vel non faciendi recte excogitata rō Additur autē p̄udentum quoniā hominū impudentū congregatio non est digna nomine concilij. Cum em̄ p̄udentia recta ratio sit agibilium (vt. vi. ethicoꝝ dicitur) maxime ad p̄udentiam pertinet consiliū. vnde p̄udens vt ibidem Aristoteles dicit est bene cōsiliatiuus. Ecōuerso vero imp̄udēs siue fatuus male cōsiliari pōt. ꝓpterea dicit Eccli. viij. Cum fatuis consilium non habeas: non enim poterunt diligere nisi que eis placent. ꝓpria ergo materia ex qua corpus concilij instituendū venit est cōuentus viroꝝ p̄udentū. quocirca sapiens ecclesiasticus inquit ca. vi. In multitudine p̄sbyteroꝝ p̄udentium sta: ⁊ sapientie illoꝝ ex corde coniungere. Secundo tangitur causa effectiua auctorizans conciliū cum dicitur auctoritate publica cōuocatoꝝ Profecto cum ad potestatem publicā potissime ꝑtineat eoꝝ consideratio q̄ vniuersitatem respiciunt ad ipam maxime ꝑtinet siue in vno resideat sicut in regno: siue in pluribus vt in alijs politie speciebus cōciliū cōuocare efficere ⁊ auctorizare. Tertio tangitur quasi causa

Vñ ꝓcilij dicit

Descriptio cōcilij

Capm

formalis cū dicit cōmuni intētōe. Plane quē admodū forma dat esse rei ⁊ nomen ita cōmunis intētio dat esse ⁊ nomē concilij ipsi cōgregationi. vnde vt ait Jsidorus vbi supra qui sibimet dissentiūt nō agunt cōciliū: quia nō cōsentiunt in vnū. Quarto tangit causa finalis ꝓcilij cū dr ad tractādū de reb⁹ necessarijs siue cōmodis vniuersitatis. hic ꝓfecto eē debet ꝑncipalis finis synodalis cōgregatōis virorum prudentum siue patrum. hec duo precepta plato dedisse legitur teste Tul. lib. de officijs volentibus prodesse reipublice vnū est vt vtilitatem ciuiū sic tueant vt quecunq; agūt ad eam referant obliti cōmodorum suorū. Alterum preceptū est vt totum corpus reipublice curent nec partē tueant ⁊ alias deserant.

Capitulum secundum de origine celebrationis conciliorum in ecclesia.

Ꞓcurrentibus

p diligēter scripturam sanctam facile erit reperire vnde cōciliorum celebratio in ecclesia dei originē habuerit. Jnuenimus siquidem ꝙ a patribus in veteri testamēto ꝙ ⁊ ab apostolis in nouo deriuatū est exemplū celebrationis conciliorū in eccl̄ia. De veteri quidē testamēto exemplū colligit ex illo Num. xvi. vbi dicit. viri proceres synagoge: qui tēpore concilij per nomina vocabant. Jn nouo vero testamēto exemplum celebrationis cōciliorū ab apostolis habem⁹ qui vt colligit ex libro actuū ⁊ ex traditōe patrum plures synodos ad nascētis ecclesie informationem instituisse referunt. Prima aūt synod⁹ ab apostolis celebrata fuit illico post ascensionē dñi super electione mathie. subtracta eīm corporali ⁊ visibili presentia saluatoris nostri ab eccl̄ia intelligēs beatus petrus adesse tps quo pontificatus sui fungeret officio a maioꝝ⁹ incipiēs curam in primis ne sacer ille numerus duodenari⁹ quo cōsecratus erat numerus apostolorū diminutus maneret. Ubi apostolorū collegium ⁊ xpi discipulos alloquitur vt lucas euangelista ⁊ scriptor veridicus testatur Actuū. i. Viri fratres oportet impleri scripturā quam predixit spiritussanctus per os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui comprebenderūt iesum. qui annumeratus erat nobis ⁊ sortitus est nomē ministerij huius. Et. ℈. Oportet ergo ex his viris qui nobiscū sunt cōgregati in oī tempore. sequit testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis ⁊c. Ubi notandū pro in posterum dicendis ꝙ in hac ꝑma synodali congregatione quam apostolos legimus celebrasse non solum apostoli interfuerunt sed etiam laici ⁊ etiam femine q̄ cōmuni nomine dicebantur discipuli dñi q̄ aperte habetur ex textu eiusdem ca. vbi enumeratis apostolis sequitur. hȳ oēs erant perseuerantes in oratione cum mulieribus ⁊ maria matre iesu ⁊ fratribus. sequit. in diebus illis. glosa interli. cuz essent apostoli in cenaculo superiori. Exurgens petrus in medio fratrū dixit. Erat turba hominū quasi centum viginti. Secunda synodus ab apostolis celebrata fertur cum septem dyaconi electi dicuntur ad dispensationis quotidiane ministeriuz. de quo Act. vi. sic dicitur. Jn diebus illis crescēte numero discipulorum factum est murmur grecorum aduersus hebreos eo ꝙ despicerentur in ministerio quotidiano vidue eorum: cōuocantes autem apostoli multitudinem discipulorum dixerunt. Non est equum relinquere nos verbum dei ⁊ ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij septem plenos spiritusancto ⁊ sapientia quos constituam⁹ super hoc opus: vbi aduertendum ꝙ conuocati per duodecim apostolos ad hanc synodum siue ad hoc concilium fuerunt laici qui discipuli domini vocabātur quibus apostoli libertatem dederunt eligendi eos qui necessariorum dispensationis ministerio superintenderent. Tertiam synodum apl̄os hierosolymis celebrasse legimus quando audientes ꝙ samaria ad predicationē philippi qui erat vnus de septem dyaconibus recepissent verbum dei miserunt ad eum petrū ⁊ iohannez vt acciperent spiritum sanctū: scz in visibili signo: non eīm in quēq; eorum venerat scz visibiliter: vt habetur Act. viij. Circa quam synodum (Si synodus appellāda veniat vt nunc loquimur de synodo) est etiam aduertendum ꝙ in ea non legitur aliqua cōuocatio facta quorumcunq; aliorum qui absentes essent hierosolymis. Quartam synodum ab apostolis celebratam dicunt vbi cum fidelium populus apostolica predicatione conualesceret augereturq; indies congregatur ecclesia ⁊ apostolis concilium agētibus. primo discipuli vocati sunt christiani qui prius cōmuni nomine discipuli appellabantur. de hac synodo mentionē facit glosa decreti in ca. Sacrosancta. di. xxij. Jntra quā synodū hoc venit notādum primo ꝙ in ea non fuerunt nisi paulus ⁊ barnabas apostoli. Quintā synodū siue q̄ntum cōciliū celebrasse dicuntur sup questione de obseruatōne legaliū. de qua Act. xv. vbi sic dicit. Surrexerunt aūt quidā de hereſi phariseorum qui crediderunt dicentes ꝙ oportet circuncidere eos: precipere quoq; seruare le-

gem moysi. cōuenerūtq; apostoli ⁊ seniores in dee: vbi dicit glo. hic datur exemplū faciendi cōuentus ad discernendū ea que sunt fidei. sequit. cū aūt magna inq̄sitio fieret surgens petrus dixit ad eos. vbi dicit glo. pre omnibus q̄si princeps petrus loquit. Circa quā synodū est notādū q̄ vt colligitur ex littera ipsa ad banc synodum licet grauis esset questio in materia fidei nō tamen conuenerūt. nisi quattuor apostoli scz petrus: paulus: barnabas: ⁊ iacobus. vt colligit ex ca. ij. ad Gal. nec etiaz alij seniores q̄ p̄uincie iudee. Sexta synodus que ab apostolis hierosolymis celebrata dicitur fuit super abolenda suspitione quorūdam iudeoz qui paulum legales cerimonias quasi ydolatriam respuere putabāt. de qua sicut Act. xxi. habet. Cuz paulus venisset hierosolymā ⁊ introisset ad iacobum omnes collecti sunt seniores qui dixerūt illi. vides frater quot milia sūt in iudeis qui crediderunt ⁊ oēs emulatores sunt legis. audierūt em̄ de te quia dissensionē doceas a moyse eoz q̄ per gentes sunt iudeorum dicens nō debere eos circūcidere pueros suos nec p̄m consuetudinē ingredi debere. q̄d ergo est vtiq; oportet cōuenire multitudinem audient em̄ te superuenisse hoc ergo fac quod tibi dicimus. sunt nobis viri quattuor votum habentes super se his assumptis sanctifica te cum illis. ⁊ impende cuz illis vt radant capita sua ⁊ sciant oēs q̄ q̄ de te audierunt falsa sunt: sed ambulans ⁊ ipe custodiēs legem. hec ibi. Circa quā synodū aduertendū est p̄mo q̄ in ea nō videt interfuisse petrus nec alij discipuli nisi isti duo. s. iacobus epūs hierosolymitanus: ⁊ paulus. Secūdo q̄ ista congregatio facta est p iacobū ⁊ sub eo ⁊ nō nisi sub seniorib⁹ qui erant hierosolymis. tertio q̄ solū videt facta p tolleda suspitōe quā ex iudeis credētes habebant de paulo. Septima synodus legitur cōgregata sub paulo in mileto super regimine ecclesie. in qua congregasse dicit maiores natu ecclesie. i. presbyteros epheſios quos ipse paulus ibi venerādo nomie appellat episcopos: q̄b⁹ ait Act. xx. Attēdite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo vos spūssanctus posuit regere eccliam dei quā acquisiuit suo sanguine. Circa quā synodū est aduertendū q̄ in ea sol⁹ Paulus interfuit de numero apostoloz ⁊ sub eo celebrata est ad quā tātū presbyteros ephesi legit cōuocasse. Octaua synodus quā apostoli celebrasse dicunt fuit illa in qua apostoli in vnū cōuenientes symbolum ediderunt. vt em̄ ex maioruz traditione accepimus apostoli discessuri ab inuicē cum vellent iuxta p̄ceptū domini ad singulas proficisci nationes. normā sibi future p̄dicationis ⁊ fidei regulā credentibus statuere curarūt. Vñ cōueniētes in vnū ⁊ singuli singulas p̄ferentes sentētias symbolum fidei tradiderunt quod vniuersalis tenet eccl'ia. Sic em̄ btūs clemens discipulus ⁊ successor apl'oz in decretis suis testat. Item leo papa p̄mus pulcherrime auguste scribens ita inquit. Catholici symboli breuis ⁊ p̄fecta confessio. xij. apl'oz totidem signata est sentētijs. Item beatus Ambrosius clauē regni celoruz deputans esse fidem apostoloz. Clauem inq̄t istam arbitroz. xij. artificum operatione cōflatam. xij. enim apostoloz symbolo fides sancta concepta est: qui veluti periti artifices in vnū cōuenientes clauē suo cōcilio cōflarunt. Clauē em̄ quādā ipm̄ symboluz dixerim p quod reserantur dyaboli tenebre: vt lux xp̄i aduenīat ⁊ē hec ille. Notanduz est q̄ glosa ordinaria sup Act. apl'oz non ponit nisi quattuor synodos apostolis celebratas. Quarū p̄ma vt habetur sup ca. xxi. est habita p̄o electione alteri⁹ apostoli loco iude. secūda sup electōe septē dyaconoz. tertia de circūcisione non imponenda illis qui credebāt de iudeis vel gentibus. quarta de nō p̄hibendis p̄mo tempore iudeis legalib⁹ cerimonijs initiari vbi necessitas exigeret

Capitulum tertium de multiplici specie conciliorum in ecclesia.

Capm̄ iij

Res cōmuniter

et species apud doctores inuenim⁹ distinctas conciliorum ecclesiasticorum. quorum forma ⁊ exemplum p̄cessit in concilijs per apostolos celebratis videlicz vniuersale siue generale p̄uinciale ⁊ ep̄ale. Generale aūt siue vniuersale cōcilium inuenit quādoq; distingui duplicit fm q̄ ratio vniuersalitatis potest duplicit accipi vno modo videlz ex parte cōuocādoz siue cōuenientiū ad concilū. ⁊ sic vniuersale concilium dicitur quod est plenariū: quod iuxta beatum Aug. libro de vnico baptismo dicit q̄ celebratur p̄uocatis ep̄is de vniuerso orbe xp̄iano ⁊ de tali vniuersali cōcilio militat illa diffinitio q̄ ponit in glo. c. primi. di. xvij. vbi dicit cōciliū vniuersale est qū a papa vel eius legato cū oīb⁹ ep̄is. i. cū ep̄is de vniuerso orbe xp̄iano cōgregatis constituit. Et loquēdo hoc modo de vniuersali concilio plenitudo illius dicebatur cōsurgere ex q̄nq; sedib⁹ patriarchalibus videlicz Constātina Alexandrina Antiochena Hierosolimitana ⁊ Romana. quādo oēs illas fidei lumen irradiabat. vnd̄ in nona actione octaui concilij legit. patres eiusdē concilij in receptōe patriarche alexandrini q̄ vltimo venit dixisse, Gloz̄ificam⁹ deū vniuer-

Cōciliū generale seu vniuersale

vt patet ex ipsa doctrina beati Diony. ait em̃ v.eccliastice hierarchie: lex diuinitatis sacratissima est p prima media ⁊ per media vltima in diuinissimã reducere lucem: an non sensibiles electoꝝ essentias in cognatiora primuz videmus venientes ⁊ per illa alia propriã diuidentes operationẽ? pulchre ergo omis visibilis ⁊ inuisibilis ornatus principiũ ⁊ fundamentuz in deiformes primos ifert deificos radios venire ⁊ p illos tanq̃ lucidiores animos ⁊ ad p̃ticipationẽ luminis ⁊ traditionẽ oportunam habentes in subiectis ꝓportionaliter lucet ⁊ supapparet. ḡ pari modo potestas regitiua a xp̃o deriuat ecclesiastice hierarchie aut vl̃i cõcilio illaz repz̃sentãti que nõ cõfertur nisi mediante Ro.pon. qui est hierarcha ⁊ prim⁹ i tota hierarchia sicut etiam satis aperte colligit ex.c.ita dñs.di.xix. vnde manifestũ est q̃ asserere q̃ ecclesia vniuersalis aut concilium vl̃e vt dicit fideliũ congregationẽ cõdistincta a ro. pon. habeat aliquã potestatẽ regitiuã nõ mediante Ro.pon. est negare ecclesiã xp̃i hierarchice esse dispositã ⁊ negare eam ad similitudinẽ celestis hierarchie esse formataz: q̃ omia sunt absurda ⁊ erronea. Et hec p nunc sufficiant ad ostendẽdum falsum esse qõ aduersarij dicunt: videlicet ad veritatem catholice fidei ptinere q̃ vniuersale concilium regulariter nõ a ro.pon. habeat potestatẽ sed imediate a xp̃o cui oẽs fideles etiã papa obedire teneãtur.

Capitulũ.xxxi. In quo respõdet obiectionib⁹ supra positis aduersarioꝝ ad probandũ q̃ vniuersale concilium habeat imediate a xp̃o potestatem.

(ꝯ. XXXI Ad primã proba tionem. cap. xxix.

Ex probata autẽ

assertione aduersarioꝝ iam rñdendum est rõnibus eoꝝ. Ad primũ ergo quod inducit ex illo deutro.xvij. respondetur q̃ auctoritas illa nõ est ad propositum: quia tex. ille non loquitur de concilio vniuersali cum concilia vniuersalia de quibus nunc loquimur nõ essent tũc in vsu ecclesie: sed loquitur de loco vbi summus sacerdos erat. s. hierusalem: vbi locus erat tanq̃ oration is q̃ magisterij diuine legis ⁊ tribunal iudicij. ⁊ cum dicitur q̃ glo. ait q̃ ita faciendũ est in ecclesia: respondetur q̃ ita fit quando in arduis causis siue maioribus que auctoritatẽ excedunt particularium iudicũ siue prelatoꝝ recurritur ad summũ pontificẽ ⁊ dominos cardinales qui succedũt sacerdotibus leuitici generis: vt dicit Innocẽ. tertius in.c. per venerabilem. qui fi. sunt legi. ⁊ hoc in loco quẽ elegit dominus deus noster hoc est apostolica sedes in qua domin⁹ totius ecclie principatuz posuit. Secundo respõdetur q̃ dato q̃ auctoritas illa applicaret vniuersali cõcilio nõ facit ad propositũ aduersarioꝝ sed magis ad p̃positum nostrũ: qm̃ ⁊ si discussio dubioꝝ ⁊ reseratio veritatis cõuentui ascribatur sacerdotum: diffinitiuũ tamen iudiciuz ⁊ imperiũ cui sub pena mortis obediendũ erat vni. s. sacerdoti summo cõueniebat. vnde sequit in tex. q̃ superbierit nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tpe ministrat dño deo tuo: ⁊ decreto iudicis moriet̃ homo ille. hec ille: hoc autẽ minime cõueniisset si cõuentus ille sacerdotũ habuisset potestatẽ a deo non mediante summo sacerdote. Ad secundã que sumitur ex illo Mat.xviij. quecunq̃ ligaueritis ⁊c. respõdetur tripliciter. Primo q̃ auctoritas illa nõ videtur facere ad propositũ: q⁹ per illa verba cum tantũ dirigerent̃ apostolis quibus p̃mittebatur potestas iurisdictõis nõ arguitur aliqua potestas data vniuersali eccl̃ie in solidũ siue vt collegio qõ aduersarij nituntur p̃bare qm̃ apostoli tunc nõ erant vniuersalis ecclesia tota nec re: vt patet: qm̃ plures alij tam viri q̃ mulieres erãt fideles: ⁊ ita de corpore ecclesie. nec repz̃sentatione: cũ adhuc non essent prelati alioꝝ fideliuz: immo nec sacerdotes q̃ facti sunt in cena dñi. Scõo respõdet̃ q̃ apostolis non est data potestas per illa verba vt collegialiter cõgregatis sed vt singulis quod manifeste patet: cũ in hoc loco fundet̃ auctoritas iurisdictõis singuloꝝ prelatoꝝ qua possunt cõtumaces gladio excõicationis ferire. vnde nec hic nec alibi legit̃ q̃ aplis cõiter sit data aliqua potestas qua quilibet eoꝝ per se vteret̃. patet etiam ex eo quod Origen. dicit in glo. ibidem q̃ ideo xp̃s dicens apostolis q̃cunq̃ ligaueritis ⁊c. dixit in celo ⁊ nõ in celis sicut Petro: q⁹ nõ erant tante perfectionis sicut petrus. Tertio respõdetur q̃ dato q̃ potestas aliqua attributa esset apostolis per illa verba vt collegio: nõ tamen hoc fuit sine apostolo Petro immo in ordine ad Petrũ: sicut mediante quo in alios deriuanda erat: qõ manifeste colligit̃ ex ipso ordine verboꝝ xp̃i. prius enim beato Petro xp̃s ait: Tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊c. q̃ aplis dixerit quecunq̃ ligaueritis ⁊c. ad ostendendum vt inquit. s. Tho. tam in.iiij. sententiarũ. di.xix. q̃ in.iij. contra gentiles. c.lxxvi. q̃ per Petrũ ad alios ptãs clauiũ esset deriuata ad cõseruandã vnitatẽ ecclesie. Ex quibus clarissime patet q̃ ex illa auctoritate magis veritas roborat conclusionis nostre q̃ aduersarioꝝ. Ad tertiã autez que sumitur ex illo Mat.xviij. vbi duo ⁊c. supra satis diximus in.c.xxiij. nihilominus dicimus q̃ assistentia illa quaz dominus sanctis

Ad secundam

Ad tertiam

congregatōibus pollicet inſpirando que bona ſunt ⁊ adiuuando ad proſecutionē non arguit poteſtatē clauiū aut iuriſdictōnis aut regiminis vt clariſſimū eſt: alʒ oīum ſanctoꝝ oīm viroꝝ ſiue feminarū cōgregatōes in xpi noīe ꝓuenientes poteſtatē haberent: qđ non modo periculoſum eſt ſed etiam videt ſapere hereſim Valdenſiū qui oēs ſanctos hoies claues habere eccleſie aſſerere pſumpſerūt. Unde manifeſtum eſt q ex illa xpi ꝓmiſſione qua dns pollicet in noīe ſuo ꝙgregatis adeſſe nulla ptās iuriſdictiōis arguit in cōciliis vbibus nō intercedente ſummo pōtifice ⁊ multo minus in cōgregatiōibus in quibus vicarij ieſu xpi nō interuenit auctoritas ⁊ aſſenſus ſed cōtradicit cum tales nō poſſint dici in xpi noīe cōuenire q cōrempto vero xpi vicario cōuenticula preſumunt facere. Ad quartā reſpōdet quaſi ſicut ad ſcām: ad eandē etiā reſpōdimus ſupra in.c.lxi.ſecūdi libri. Ad quintā que aſſumit ō octaua ſynodo reſpondetur negando ꝓnam. ex verbis eni illis patrū congregatoꝝ: nec habetur nec ſequit q ſynodus ipſa poteſtatē a xpo habuerit immediate: immo arguendo ſic cōmittitur fallacia figure dictionis qua ſepe fallunt aduerſarij. Sane ſi h argumentatio locū haberet cū iuxta aplm ad Ro.xiij. non ſit poteſtas niſi a deo quilibet q poteſtatē aliquā haberet dicendus veniret illam habere immediate a deo: ⁊ ita nō ſolū ab ipſa eccleſiā verum ab vniuerſo tolleretur id qđ in ipſo potiſſimuꝝ eſt quod eſt ordo: qđ eſt abſurdū dicēte aplo vbi ſupra: que a deo ſunt ordinata ſunt. Ad ſextā que ſumit de concilio Cōſtantienſi iam pleniſſime reſpōſum eſt ſuperius maxime in ſcōo libro.c.xcix. Ad ſeptimā que videt aduerſarijs Achilles reſpondetur negando aſſumptū: videlicet q niſi vniuerſalis eccleſia haberet imediate a xpo plenitudinis poteſtatē xps legiſlator nō ſufficiēter prouidiſſet ſponſe ſue. hoc enim eſt falſum ⁊ preſumptuoſe dictum. immo videt q ſufficientius prouiſum ſit talibus caſibus non dando talem poteſtatē vniuerſali eccleſie eo modo quo aduerſarij dicunt q dando. patet: quoniam ſi in predictis caſibus eſſet ſemper conuocandū concilium vniuerſale tarde: ⁊ p conſequens male prouideretur ſimilibus neceſſitatibus que quaſi ſubita expoſcunt remedia. vnde optime ⁊ ſapienter ſufficienterq; videt eſſe prouiſum cum collegio dominoꝝ Cardinalium apoſtolica auctoritate cōmiſſum eſt vt vacante ſede aut quaſi vacante datū eſt ꝓuidere poſſe in his que neceſſario occurrerēt celeriter prouidenda in eccleſia vſq; ad creationem Roma.pon. vt notat in.c. vbi periculuꝝ de electio. §. idem quoq;. lib. vi. de quo. ſ. plenius dicetur.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad ſextam.

Ad ſeptimā

Cap.xxxij. Quicquid in cōciliis vniuerſalibus ſtatuitur diffinitur aut ſententiatur auctoritate Romani pon. principaliter fit.

Ane ſi quis ſuperius iam dicta attēte rimetur ⁊ practicas obſeruatas i cōciliis vbibus in quibus maxime Ro. ponti. interfuiſſe legitur cōmemorauerit: facile cognoſcet q ea que in vniuerſalibus cōciliis ſtatuunt ſententiant aut diffiniuntur aut interpretant: auctoritate Ro. pon. principaliter regulariter fiant. Qđ licet ex ſuperioribus ſatis pareat: nos tn ad abundantiā doctrine hoc ipm rōnibus ⁊ plurium antiquoꝝ cōciliorum vniuerſaliū exemplis oſtēdere curabimus. Primo ſic vt hz Ariſtotel doctrina primo etby. Om ordinē finiū eſt ordo artiū. primus ergo finis ſiue cōſideratio qui totum populū reſpicit ſolū eſt apud eū qui toti reip. pſidet. ſed papa eſt hmōi in rep. xpiana cū caput ſit ⁊ princeps. ergo ipſius tantū eſt cōdere ⁊ ſtatuere ea que totū populū xpianum reſpiciūt. ⁊ ſi alij qnq; hoc faciant ex deriuatiōe aut cōiſcatione ptātis illius ſit qui eos conuocat ad hoc. ergo ſequit q in cōciliis vniuerſalibus vbi diſponunt ea que vniuerſitatem populi xpiani reſpiciūt papa ꝓncipaliter cūcta diſponat. Scōo rōe. s. Tho. qua in. ij. ij. q. i. ar. vlti. ꝓbat q ad ſummū ponti. ptineat editio ſymboli ſic. noua editio ſymboli neceſſaria ē ad vitandū inſurgētes errores: ad illius ergo auctoritatē pertinet editio ſymboli: ad cuius auctoritatē ptinet ſententialiter determinare ea que ſunt fidei vt ab oībus inconcuſſa fide teneant. hoc aūt ptinet ad auctem ſummi ponti. ad quē maiores ⁊ difficiliores qōnes eccleſie referunt. h. s. Tho. Tertio ſic: papa eſt princeps eccle principatu nō dependēte ab eccleſia ſed a deo immediate: vt in ſcōo libro copioſe demonſtratū eſt ⁊ habetur in.c. in nouo. di. xxi. ⁊ in.c. ſacroſancta. di. xcij. leges aūt non habent vigorē ⁊ virtutē coactiuā: niſi ex principis auctoritate ſiue eius in quo principatus totius cōitatis eſt collocatus: vt ē clariſſimū apud omnia iura. vnde. s. anacletꝰ papa ⁊ martyr i.c. leges. iij. q. vi. inquit: leges eccleſie apoſtolica firmamus auctoritate. ⁊ ratio eſt: quoniā in apoſtolica ſede totius eccleſie ꝓncipatus eſt collocatus. vt in.c. nolite errare. di. xij. ⁊ in.c. baſilicas. de cōſe. diſt. i. ergo ſequitur q firmitas ⁊ robur auctoritatis quo rūcunq; geſtoꝝ in cōciliis vniuerſalibus pen

deat a Ro.pont. Ceterum hoc idem ostendit exemplis ⁊ practica antiquor̄ cōcilior̄: in q̄bus siue sit materia fidei siue de scismate tollendo: siue de reformatōe vniuersalis ecclesie faciēda: oia papa principaliter auctoritatiue facit: licet alij patres cōsulendo ⁊ cōsentiēdo cōcurrāt. Et primo quidem hoc patet ex cōciliis primitiue ecclesie: in oibus enim illis in q̄bus presens fuit beatus Petrus tanq̄ verter collegij ⁊ princeps totius cōgregatōis loquebat primus diffiniens ⁊ sententiās oia. sicut act̄.i. patet in electōe Mathi. ⁊ act̄.xv. in.q. de cessatione legaliū: vbi cū grauis qō mota esset in concilio apl̄or̄ beatus Petrus tanq̄ princeps vt ait glo. primo locutus est ⁊ in cuius sententiā tota multitudo apostolor̄ transiuit. vnde Hiero. ad Aug. epl̄a. xviij. ita inq̄t: postq̄ breui sermone scz Petrus totaz ciuitē hystoriā ait: tacuit aūt omnis multitudo: ⁊ in sententiaz eius Jacob⁹ apl̄s ⁊ oēs simul pbāt trāsierūt. hec em̄ nō debēt esse molesta lectori: sed ⁊ mihi ⁊ illi vtilia vt probem⁹ ante apostolum Paulū nō ignorasse Petrū: immo p̄ncipem esse huius decreti legem post euangelium nō esse seruandā. hec Hiero. Secūdo hoc idem colligitur ex eo q̄ imperor Martianus scribēs Leoni Pape vt ad Calcedonen̄. synodus veniret ita inquit inter alia: superest vt si placuerit tue beatitudini in his partibus adunire ⁊ synodus celebrare hoc facere religionis affectu dignet̄ nostris vtiq̄ desideriis vestra sanctitas satisfaciet: ⁊ sacre religioni que vtilia sunt decernet. Si v̄o hoc onerosum est vt in bas ptes aduenias hoc ipsum nobis p̄ p̄sis tua sanctitas l̄ris manifestet ⁊ infra. oēs sanctissimi epi debeāt cōuenire ⁊ que xp̄iane religioni atq̄ catholice fidei p̄sint: sicut sanctitas tua fm̄ ecclīasticas litteras diffiniuit sua depositōe declarēt. Ibi. Ecce q̄ xp̄ianissimus impator nouerat q̄si papa p̄sentialiter interesset ꝯcilio ipse decernere debebat. si v̄o absens epi cōuenientes iuxta p̄ius factā per eum diffinitionē deberēt in materia cōcludere. Tertio hoc aperte ostendit ex cōcilio Calcedonen̄. in sentētia data ꝺ Dioscor̄. vnde in actōe tertia sic habet Julian⁹ epūs Yponen̄. Paschasio ⁊ ceteris legatis pape. Nunc vra sanctitas primatuz tenēs sanctissimi Leonis nouit q̄ Dioscorus semel ⁊ scdo ⁊ tertio vocatus synodo p̄sentari nullatenus voluit obedire: petimus aūt sanctitatē vestram in eo q̄ magis inter ceteros eminentis habetis locū sanctissimi pape Leonis iustā in cōtumacē p̄ mulgare vindictā ac regulis insitā cōtra euz p̄ferre sententiā. omnes enim nos ⁊ vniuersalis synodus cōcors efficit̄ vestre sententie sanctitatis. ⁊.j. Paschasius aūt ⁊ ceteri legati tenentes locū beatissimi Leonis pape: replicatis p̄ius sub cōpēdio malis multis q̄ Dioscorus cōmiserat ꝓnunciauerūt sniaz in Dioscorū sic dicentes. Sanctissimus ⁊ beatissim⁹ archiep̄s magne senioris Rome Leo p̄ nos ⁊ p̄sentem sanctā synodū vna cum beatissimo ⁊ oi laude digno beato Petro apostolo qui nū cupatus ē a dño Petrus ⁊ spiritualis catholice eccl̄e factus est firmamentum: nudauit: eū tam episcopatus dignitate q̄ etiam omni sacerdotali officio simulq̄ eū alienauit a mīsterio sacrosancto ⁊.j. Anatholius archiep̄s Constātinus ⁊ oēs alij epi suū votū exprimentes in eandē sniam cōcordarūt oēs se subscribentes. Et ita p̄z q̄ Leo papa per suos legatos sententiauit in cōciliis vlibus. Quarto hoc idez colligit̄ ex gestis octaue synodi in q̄ epistola Nicolai pape quā vniuerso clero ecclesie Constantine scribit lecta fuit ⁊ recepta cuz omni laude in qua post aliqua decreta sic habet̄. Hec sunt que sedes ap̄lica statuit: hec sunt que vos tāto studiosius oportet āplecti: tanto sollicitius obseruare q̄to scitis que ab ea statuta fuerint hec vniuersalē ecclesiā semper tenuisse: ita cōtra singlos errores in ecclesia exortos p̄ior: hic fm̄ primatus sui auctem sententiā dederit. ⁊ ita demum vniuersalis ecclesia: lz aliqn̄ p aliquantū tp̄is in q̄busdaz reluctata sit que illa tn̄ qnq̄ ꝓbauerit ꝓbauit ⁊ que illa sedes refutauerit: ⁊ ipsa vlis eccl̄ia refutauit. Item in eodē cōcilio scribit̄ neminē iustificatū per sedē apostolicā damnatū p ecclesiam: aut damnatum per ipsam sedē: iustificatū per ecclesiam. Ex quibus manifeste patet auctoritas apostolice sedis respectu cōciliorum ⁊ reuerentia sanctor̄ patrū ad eā. Quinto patet ex illo qō in Calcedonen̄. cōcilio circa. vi. actionē legit̄: put refert Jsido. libro cōciliorum q̄ in oibus synodis apocrisarij. i. vicarij siue legati ap̄lice sedis decretas sentētias ꝓpter summā sedis eiusdē auctoritatē confirmabāt ⁊ subscribebāt: q: ante nullū robur habebāt. hec ibi. ⁊.j. sic habet̄ cū de Jba epo epi petierāt quid sancte synodo placeret fiendū: locū ap̄lice sedis tenentes: q: missi apostolici semp in synodis primo loqui ⁊ cōfirmare sententias soliti sunt: per Paschasiū dixerūt: relecta epistola Jbe cognouimus eū catholicū ⁊ ob hoc decernimus ad honorem episcopat⁹ ⁊ ecclesiam de qua iniuste expulsus est ad p̄sens reuocandū. similiter ⁊ omnes epi sequentes auctoritatē apostolice sedis decreuerunt. hec ibi. Sexto colligit̄ idem ex vniuersali cō-

cilio Rome celebrato: in quo Nicolaus papa
preſidēs ſic inquit. vt in.c.in noie domini.diſ.
xxiij.quapropter inſtructi predeceſſoꝝ noſtro
rū alioꝝq; ſanctoꝝ patrū auctoritate decer-
nimus atq; ſtatuimus. Septimo hoc idē col-
ligitur ex cōcilio vniuerſali Rome celebrato
per Alexandrū tertium: in quo vt habet in.c.
licet.de elec.dicit. Nos ad malum hoc euitan
dū de cōcilio fratrū noſtroꝝ-7 ſacri approba
tione cōcilij aliquid decernimus adiungēduz
7c. Octauo hoc accipit ex cōcilio lateranen.
in quo Inno.tertius vt habet in.c.dānamus
inquit. Damnamus-7 reprobamus libellū ſeu
tractatū quē abbas Joachim edidit ꝓtra ma
giſtrū Petrū lombardū. Item in eodē. repro
bamus etiam-7 cōdemnamus puerſiſſimū do
gma impij Almarici. Nono idem colligit ex
concilio generali in quo Inno.tertius: vt ba-
betur in.c.cū laicis.extra de re. eccle. nō alie.
ita dicit. volentes ergo ſup his indemnitati-
bus conſulere eccleſiarū atq; tantis grauami
nibus puidere hmōi cōſtitutiones-7 vēditio
nes 7c.ſacri approbatōe cōcilij decernimus
nō tenere. Decimo idem colligit ex.c.licet. de
bap.-7 eius effec.in quo idē Inno.in cōcilio p̄
ſidens ita loquit. volētes ergo tantū ſcanda-
lū ab eccleſia remouere ſacro ſuadente ꝓcilio
diſtricte p̄cipimus vt talia de cetero nō preſu
mant. Undecimo ex.c.in q̄buſdā.extra de pe-
nis. vbi idem Inno. in cōcilio vniuerſali pre-
ſidens ita dicit: ſacri nihilominus concilij ap
probatiōe ſtatuimus 7c. Duodecimo idē ma-
nifeſte colligit ex.c.ſacro approbante cōcilio
extra de ſen.excō. vbi Inno.cōcilio preſidens
ita dicit. Sacro approbāte cōcilio ꝓhibem?
ne quis aliquē 7c. Tredecimo idez colligit ex
c.vbi periculū.de elec.li.vi.vbi Greg.ix.in cō
cilio p̄ſidens ita inquit: hec ſacro approbāte
cōcilio ſtatuimus 7c.-7.j.auctoritate noſtra-7
eiuſdē approbatōe cōcilij. Decimoquarto idē
colligit ex ꝓcilio vniuerſali Lugduni celebra
to: in quo Grego.x.p̄ſidens ita inquit. vt in.c.
de ſumma tri.-7 fide catho. ſacro approbante
cōcilio damnamus-7 reprobamus oēs qui ne
gare p̄ſumpſerunt 7c. Quintodecimo idē col
ligitur ex concilio Vienenſi: in quo Clemens
q̄ntus cōcilio preſidens: vt habetur in.c.i.ex-
tra de ſum.tri.-7 fid.ca.in Clemen. ita inquit:
ſacro approbante concilio declaramus. Se-
ptodecimo idē colligit ex epiſtola quā Adria
nus papa miſit imperatori Baſilio ad octauaz
ſynodum vbi inter alia dicit ſic: volumus er-
go per veſtre pietatis induſtriā illuc numero
ſum celebrare cōcilium: cui noſtri quoq; preſi-
dentes-7 culparū perſonarum differentias li-

quido cognoſcentes iuxta quod in mandatis
acceperunt ſingulos libere diſcretiones exer
ceant: in quo videlicet ſacrato cetu execrandi
vanitatis cōcilij: quod aduerſus ſedis huius
actū eſt prorſus reuerentiā cuncta decernim?
exemplaria prorſus a poſſeſſoribus ſuis abla-
ta: in mediumq; delata cōtemplantibus igne
cremari: nec ſupereſſe apō quēliber ex his oi-
bus vnū iota vel vnū apicē: niſi forte q̄s toti-
us clericatus immo totius nomine xp̄ianita-
tis anathemate propulſus carere voluerit. nō
enim nos tam deteſtandū collegium niſi Ari
minen. ſub Conſtantino vel Epheſino a Dio
ſcoro cōgregato latrocinio comparanduz de
cernimus. hec ille. Nota verba ex quibus luce
clarius apparet auctoritas magna Romani
pon. in ꝓcilio vniuerſali. Decio ſeptimo idez
colligitur ex cōcilio Cōſtantinenſi: in quo poſt
q̄ Martinus creatus eſt: ſynodus no eſt vſa
nomine cōſtituentis aut diffinientis: ſed oia
nomine Martini inſtar alioꝝ conciliorꝝ ap-
probāte ſynodo diffinita ſunt-7 ꝓſtituta. Ve-
rum eſt aūt q̄ tam glorioſi p̄ncipes eccleſie
ſummi pōtifices p̄eſumpſerint vt tali modo
loquendi vt omnia diffinita cōſtituta decla-
rata-7 prohibita in cōciliis vniuerſalibus ſue
aſcriberent auctoritati ſi ad eoꝝ auctoritatez
nō pertineret ſed cōcilia immediate a xp̄o ba
berent auctoritatē talia faciēdi. Stupendū
eſt inſuper quomodo tot-7 tam glorioſa cōci-
lia in q̄bus multi ſancti patres religione-7 ſa
pientia celeberrimi interfuerūt permiſerunt
ſummos pōtifices hac in cōciliis vti auctori-
tate ſi vt aduerſarij garriūt cōcilia vniuerſa-
lia immediate a xp̄o-7 nō a papa habeant au-
ctoritatem diffiniēdi ſtatuendi-7 iudicādi 7c.
Nec dici poteſt q̄ Romani pontifices in hoc
vſurpauerint auctoritatē alienam aut q̄ illis
tpibus vniuerſalibus cōciliis nōdum erat re
uelata iſta veritas poteſtatis cōcilioꝝ qualē
prefati nouelli magiſtri cōfingunt: aut q̄ Ro
mani pōtifices a cōciliis vniuerſalibus illam
auctoritatem accōmodatam ſuſceperūt: quo
niam vtrumq; horum eſt inconuenientiſſime-7
ſtulte dictum. Primū enim ponit maculaz in
multis ſanctis pōtificibus-7 in apoſtolica ſe-
de: in q̄ tñ vt ait Piero.-7 alij patres ſancti: ſi
cut ſupra in ſecūdo libro induxim?: xp̄iana re-
ligio ſemper immaculata permāſit. Secūdū
ponit vniuerſalem eccleſiā vſq; ad tpa iſtoꝝ
nouelloꝝ magiſtroꝝ tanta caligaſſe ignoran-
tie cecitate vt nō nouerint hāc p̄rogatiuaz
ſue poteſtatis. Tertium eſt falſum: quoniā vt
in ſecundo pleniſſime eſt demōſtratum Ro.
pon. nō a cōciliis ſed ab ipſo xp̄o ſaluatore no

stro cuius vicarius est ⁊ vices gerit hanc potestatis excellentiã habet. vt etiam habeꝛ in.c. ꝙuis.di.xxi. Ex quib⁹ oibus confutat inꝛ alia erroꝛis stulticia dicentiũ ꝙ solum quo ad conuocationẽ ꝯcilia ipsa indigeãt auctoꝛitate pape ⁊ nõ quo ad ꝓsecutiõem videlicet ad diffiniẽdum vel constituẽdum aut sentẽtiandum qui erroꝛ cum papã nõ iudicem: sed preconem tm̃ faciat respectu ꝯciliorum iudicio nr̃o maximus est ⁊ periculosus vniuersali ecclesie contra quẽ erroꝛem est sanctoꝝ patrũ ⁊ sacroꝝ canonũ doctrina de quo locupletissimus testis est clarissim⁹ pater ⁊ magne auctoꝛitatis in ecclesia dei archiep̃s Remen⁹ dñs Aymarus libro de synodis in.c.xviij. ita dicens: nõ mireris ꝙ ipsoꝝ cõciliorum auctoꝛitatẽ ro.pon. aſcribamus. nã nulla ꝯcilia rata legũtur q̃ aplica auctẽ fulta nõ fuerint. vt beat⁹ Damasus papa in decretis suis.c.ix. asserit: cui sãct⁹ Athanasius ⁊ Julius papa Nicenũ q̃s ꝯcilium ⁊ reliqui sancti prẽs astipulãtur: nam illius sedis eps iudex est totius ecclesie nec aliqõ iudiciũ valet absq̃ legitimo iudice. Ille. Nota ꝙ dic̃ iudex nõ preco. Hec aũt que dixim⁹ de auctẽ Ro.pon. supra concilium adhuc plenius ex in fradicendis clarioꝛa reddemus.

Cap̃.xxxiij. de laudabili consuetudine antiquoꝝ cõciliorum ꝙ absq̃ pri⁹ habito decreto aplice sedis nõ fieret i synodo diffinitio cuiuscũq̃ qõnis ad fidẽ pertinẽs.

Cap̃ XXXIII

Illustre plane te

stimonium eminẽtis prefate auctoꝛitatis Roma.pontifi. respectu conciliorum vniuersaliũ colligitur ex obseruantia quam sancti patres spiritu sancto pleni in antiquis ⁊ venerãdissimis cõciliis vsi sunt: sancti inq̃ patres in cõciliis vniuersalib⁹ ꝓstituti ante omnem determinationẽ questionis q̃ de fide oꝛta foꝛet semp apostolice sedis prestolabãtur decretũ de qua beata cõsuetudine testimonia plura habemus et egregia. Primo em̃ hoc habetur ex.i. actione Ephesini concilij vbi sancta synodus ita loq̃tur. Congregatis nobis Nestoꝛium a sacerdotio remouimus depositionem ei⁹ canonicam facientes atq̃ laudantes deo amãtissimum ⁊ sãctissimum ep̃m maxime rome Celestinũ qui ante nostram sententiã beretica Nestoꝛij dogmata ⁊ ante nos protulit aduersus cum sentẽtiam ꝓpter ecclesiarum cautelam ⁊ traditaꝝ nobis fidem ab aplis. hec ibi. Secũdo idem habetur testimonio Damasi pape qui et ceteri episcopi rome congregati scribentes de cõcilio Ariminẽ. episcopis in illirico constitutis sic dicunt: nec enim preiudicium aliquod fieri potuit per numeruꝝ episcopoꝝ Ariminij congregatũ qñ ꝓstat Ro.pon. cuius ante oia decebat expectare decretũ talibus nõ ꝓbuisse consensum. Tertio idem habeꝛ ex eo ꝙ Leo papa ad Theodosiũ imperatoꝛẽ scribẽs ⁊ ostẽdens: vnde occasionẽ erroꝛis susceperat scõa synodus Ephesina ita ait. ad epale concilium qõ̃ haberi apud Ephesum precepistis tam instructi sunt missi: vt si scripta que ad sanctam synodũ vel ad ſFlauianũ ep̃m detulerũt epoꝝ publicari auribus Alexãdrinus pmisisset antistes ita manifestatione purissime fidei quã diuinitus inspiratam ⁊ accepimus ⁊ tenemus vt oium cõcertationũ strepitus quieuisset: vt nec impitia vltra desiperet nec nocendi emulatio viam repiꝛeꝛ. hec ille. Ceterũ idẽ q̃rto colligit̃ de.vi. synodo in qua suggestio Agapthonis pape directa imperatoꝛi p legatos suos lecta fuit ⁊ subscriptõne oium epoꝝ acceptata: in cuius suggestionis epla post descriptam fidem aplice sedis: ita papa oꝛat imperatoꝛem coꝛde contrito ⁊ fluentibus lachrymis mente ꝓstratus exoꝛo poꝛrigere dignemini clemẽtissimã dexterã vestrã aplice doctrine quã cooperatoꝛ piorũ laboꝝ vestroꝝ beatus Petrus apls tradidit vt nõ sub modio cõclusam sed tuba clarius in toto oꝛbe predicet: q̃ eius vera confessio a patre de celis reuelata est ꝙ qua a dño oium beatus esse ꝓnũciatus est btũs petrus q̃ ⁊ spũales oues ecclie ab ipso redẽptoꝛe omniũ trina cõmendatõne pascẽdas suscepit: cuius annuente ꝓfidio hec eius aplica ecclesia nunq̃ a via ꝟitatis in quãlibet erroꝛis partẽ deflexa est: cui⁹ auctoꝛitatẽ: vtpote oim aplꝝ principis semp ois catholica xp̃i ecclesia ⁊ vniuersales synodi ãplectẽtes in cũctis secure sunt. vnde in sexta ipsa synodo actõne octaua patres susceperũt suggestiones Agathonis pape cũ multa deuotõne. vnde demetrius eps plusiados ita dicit. Suggestiones directas a p̃ie nr̃o Agaptone scti̇ssimo archiepo aplice ⁊ principalis sedis antique Rome ad a deo coꝛonatũ ⁊ magnũ victoꝛẽ imperatoꝛem tanq̃ a spũ sctõ dictatas per os spiritus sancti ac principis apostoloꝝ Petri ⁊ digito ꝓdicti beatissimi pape Agaptõis scripta suscipio ⁊ amplector: ⁊ ita credo ita assentio ⁊c. Item Genesius eps Anastasiuꝝ peleos dixit ẽm veritatẽ relatarũ suggestionũ sanctissimi pape Romani sic credo ⁊ cõfiteoꝛ. Item Geoꝛgius eps Lamulianoꝝ suscipio ⁊ sequoꝛ suggestiones ab Agaptone sanctissimo papa rome: ⁊ sic credo ⁊ sic cõfiteoꝛ ⁊ ita de omnibus ꝓpter qõ̃ papa Nicolaus scribẽs Michaeli imperatoꝛi ita dicit. Quo nõ egeat quelibet synodus iuuamine sedis quãdo in Ephesino

latrocinio cūctis p̄sulibus ⁊ ipsis quoq; patriarchis plabentib⁹ nisi magnus Leo imitator scz illius leonis de quo scriptū est: vicit leo de tribu Juda diuinitus excitat⁹ os aperiens totū orbem ⁊ ipsos quoq; Augustos concuteret ⁊ ad pietatē cōmoueret religio catholica penitus corruisset. Quinto idē colligit ex quarta synodo Calcedonen̄. de qua Leo papa scribens Theodorico epo Cypri ita dicit. Reuenientibus ad nos fratribus ⁊ cōsacerdotib⁹ nostris quos ad sanctū p̄cilium sedes beati Petri direxit agnouim⁹ dilectionem tuam super no adiutorio nobiscum tam Nestoriane impietatis q̄ eutyciane vesanie extitisse victricem. vnde gloriamur in dño cum p̄pba canentes. Adiutoriū nostrū in noīe dñi qui fecit celum ⁊ terrā. qui nullū nos in nostris fratribus detrimentū sustinere permisit: ꝫ que nostro pri⁹ diffinierat ministerio vniuerse fraternitatis irretractabili firmat assensu vt vere a se p̄dire oīderet qō p̄ius a prima omniū sede firmatum totius xp̄iani orbis iudicium recepisset vt in hoc quoq; capiti membra cōcordent. hec ibi.

Item sexto ad idē est beatissim⁹ Leo q̄ scribēs vniuersis epis p Siciliam cōstitutis ita dicit. Culpā nullo modo potuisseris incidere si vnde p̄secrationem bonoris accepistis inde legē totius obseruantie sumeretis ⁊ beati petri apli sedes q̄ vobis sacerdotalis mater ē dignitatis esset ecclesiastice magistra rōis. Itē Nicolaus papa in epla ad imperatorem Michaelē que in quarta actione octaue synodi lecta fuit dicit: sicut cōstat sanctam romanā ecclesiam ⁊ beatū Petrū principem aplor⁹ qui dñico ore primatū ecclesie suscipere p̄meruit omniū ecclesiarū caput esse ⁊ ab ea rectitudinē atq; ordinem in cūctis vtilitatibus ⁊ ecclesiasticis institutionibus quas canonicas ⁊ synodicas sanctor⁹ patrū sermone inuiolabiliter atq; irrefragabiliter retinet exquirere atq; sectare. Hec ille. Septimo idem patet testimonio Nicolai pape qui iperatori Michaeli scribēs inter alia: dicit sic. Ad cuius em̄. s. fidei integritatē obseruationis multoties cōuent⁹ factus est scor⁹ patrū a quib⁹ ⁊ deliberatus et obseruatum extitit qualiter absq; ro.pon. consensu nullius insurgētis deliberatōnis termi nus daretur. hec ibi. Octauo etiā patet in septima synodo ad quā scribit Adrian⁹ papa epla⁹ siue decretū de adoratione ymaginum qua plecta querentibus apocrisariis pape an Cesari⁹ patriarcha ⁊ tota synod⁹ acceptarēt Rndit tota synod⁹: tota sacratissima synod⁹: ita credit ita sapit ita dogmatizat ⁊. j. petētibus apocrisariis pape dicat nob scā synod⁹ si admittat lras sanctissimi pape senioris Rome an non. Rndit scā synod⁹: sequimur ⁊ suscipimus ⁊ admittimus. Nono hoc idē patet ex octaua synodo Cōstātinopolitana ad quā papa Adrianus libellus mittit vt oēs epi p̄m formā illius p̄fiteantur ⁊ p̄cedant qō ⁊ factū est. qui libellus vt ex gestis eiusdē synodi patet incepit. Prima salus est recte fidei regulā custodire ⁊ a cōstitutis dei ⁊ patrū nullatenus deuiare ⁊c. quā patres synodi p̄fitētes sic dicunt. Porro de venerabilissimo Ignatio p̄archa nostro ⁊ de bis q̄ ex pte ipsius sunt qō auctas aplice sedis vestre decreuit tota mente seq̄mur ⁊ religiosa deuotōe veneramur atq; p posse ⁊ nosse nostro pia intentōe ac spirituali cōflictu defendimus: qm̄ sicut p̄dixim⁹ sequētes in omnibus aplicā sedē ⁊ obseruātes eius oia cōstituta speramus vt in vna cōione quā sedes aplica p̄dicat eē mereamur in qua est integra ⁊ vera xp̄iane religionis soliditas p̄mittētes etiā omnes sequentes a cōione ecclesie catholice. i. nō cōsentientes sedi apostolice eor⁹ nomina inter sacra recitanda esse mysteria. hec ibi. Ex quor⁹ conciliorū sacrorū laudabili ⁊ debita reuerentia ad apostolicaz sedē q̄ fine eiusdē p̄missis decretis nihil ageret luce clarius q̄m a bonitate ⁊ honestate aberrent tam asserentes vniuersalia concilia a papa non suscipere auctoritatē suā: sed a xp̄o imediate q̄ p̄sumptuosi illi qui in vlīs cōciliis nulla p̄ius habita cōsultatōe apostolice sedis: que ⁊ mater cunctarū ecclesiarū ⁊ magistra fidei est arduas materias: vtputa fidei ⁊ maiores causas diffinire p̄sumut ⁊ ab aliis obseruari p̄cipiunt.

Ca.xxxiij. Q⁹ vniuersalia concilia semper solita sunt gesta sua petere confirmari per Ro.pon.

Ca.XXXIIII

Amplius egregium atq; irrefragabile argumentū p̄fate auctoritatis quā Romanus pon. diximus habere in vniuersalibus cōciliis est: q̄ sancti p̄es in cōciliis vlīs cōgregati diffinitōes suas ⁊ gesta ad eor⁹ vigorem ⁊ firmitatem regulariter ab apostolica sede confirmari ac roborari postularunt aperte cognoscentes optere leges ecclesie robur accipere ⁊ auctoritatē ab eo in quo deus totius ecclesie principatum posuit ⁊ primatum cuiusmodi est Ro.ponti. vt in.c. nolite errare. dist.xi. dicit Julius papa. bmōi beate obseruationis exemplū in primis habemus a p̄ibus singularissimi ⁊ p̄e aliis excellentissimi concilij Niceni: qui oia gesta sua et

diffinita humiliter ⁊ deuote a btō Siluestro petierūt cōfirmari. vnde in epla quā eidē beato siluestro scribūt ita inquunt beatissimo epo vrbis Rome cū omni reuerētia colendo Siluestro Osius eps ,puincie hispanie ciuitatis Cordubensis ⁊ Macharius eps ecclie Constantinopolitane ⁊ Victor ⁊ Vincētius pbri ordinati ex directiōe vrbis Rome ⁊ ceteri co epi. cccxviij. in dño Salutē. Cm oia corroborata ꝺ diuinis mysteriis ecclīasticeutilitatis que ad robur ptinent sancte ecclie catholice ⁊ aplice ad sedē tuā Romanā explanata ⁊ de greco in latinum redacta scribere cōfitemur. Nunc itaq; ad vestre sedis augmentū occurrimus roborari. itaq; cōstat vestra aplica doctrina totius vestre aplice vrbis in vnū cōuenire: vestrumq; habere ꝓcilīū: sicut docet mystica ꝟitas. ⁊ sequit. j. q̄quid statuim⁹ in Niceno cōcilio ꝓcamur vt vestri oris cōsortio roborē. hec ibi. Jn decreto ꝯo ꝓfirmatōis quā ꝓfatoꝝ gestoꝝ btūs Siluester in cōcilio congregato rome facit ita scribit: Siluester eps catholice ⁊ aplice sedis ꝓsul vrbis rome q̄cq̄d in nicena lichina ꝓstitutū ad robur sc̄e mris ecclie catholice ⁊ aplice a sanctis sacerdotib⁹ cccxviij. nostro ore cōsortes firmamus omnes q̄ ausi fuerint dissoluere diffinitōnē sancti magni ꝓcilij qō apud Nicenā cōgregatū est sub ptia pijssimi ⁊ venerādi principis Cōstantini Augusti anathematizamus: ⁊ dixerūt oēs epi placet. hec ibi. Scō testimoniū habem⁹ de Epbesino cōcilio: de quo dicit dñs Aymarus libro de synodis q̄ in eo legati aplice sedis btūs Cyrillus ⁊ archadius eps ex Jtalia vice Celestini pape p̄fuerūt: ⁊ ipam aplica auctate roborauerūt. habek ēt ex gestis eiusꝺ synodi: q̄ imperatoꝝ. s. Theodosius iunioꝝ ad pfectionez diuinitus statutoꝝ petijt aplice cathedre apponi confirmationez: vt sic tanq̄ a btō Petro facta veneremur. Tertio habem⁹ de hoc testimoniū a ꝓbus in concilio Calcedonensi cōuenientibus q̄ ad Leonē papā ita scribūt deprecātes vt eoꝝ decreta cōfirmare dignarek. Nouimus q̄quid rectitudinis a filijs fit ad patrē recurrit: faciētes hoc quasi ꝓpriū sibi. Rogamus ergo ⁊ tuis nostrū decretis bonora iudiciū: ⁊ sicut nos audierimus in bonis cupitā cōsonantiaz: sic summitas filijs q̄ deceat adimpleat. Ubi notandū cōtra superbiā Basilien. q̄ synodus papā p̄ez vocat ⁊ infra. vt aūt cognoscatis: q: nihil donando cuilibet gr̄am fecimus: aut per iniusticiaz aduersando sed vt nuru gubernāte diuino oium gestoꝝ vim vobis insinuamus ad ꝓbationez vestre sinceritat̄: ⁊ ad eoꝝ que a nobis gesta sunt firmitatē ⁊ ꝓsonantiā. hec synod⁹. Hāc ceterū quarto apostolice sedis prerogatiuā imperatores Valentinus ⁊ martianus nō ignorantes q̄ cōfirmatione gestoꝝ p̄fate synodi scribentes ita dicūt: miramur per maxime q̄ synodū Calcedonen. ⁊ litteras venerabiliuz epoꝝ que ad tuā deo amicitiaz misse sunt: per quas oia que in ipsa facta sunt nobis nunciarunt: nequaq̄ a tua sanctitate tales lr̄e misse sunt: que videlicet in sanctissimis ecclesijs lecte in noticiā oium deuenirent qō quozūdam aiabus que prauā adhuc opinionē sectantur: ambiguitatē imisit vtrū. s. tua beatitudo que in sancta synodo edita sunt cōfirmauerit: ⁊ ꝓpter hec tua reuerētia lr̄as mittere dignetur: q̄ quas in omnibus ecclesijs ⁊ epis notum fit vniuersa que i sancta synodo gesta sunt a tua beatitudine cōfirmata. Quinto patet et epistola quā Leo papa qui Agaptoni succedens ad pijssimū Constantinū sup cōfirmatōne gestoꝝ in. vi. vniuersali synodo scribit dicens: hāc ergo recte atq; apostolice traditōnis normā ꝑdecessoꝝ meus Agapto aplice memorie papa cū sua synodo ꝑdicauit: hanc scriptis p̄currentibus in sue suggestionis pagina vestre pietati p suos legatos emisit approbās ⁊ ꝓfirmās testimonijs sctoꝝ ac ꝓbabiliū doctorū quā sctā nūc magna synodus suscepit ⁊ in omnibus nobiscū cōplexa est: vtpote bti Petri aplōꝝ p̄incipis sincerā doctrinā in ea cognoscens ⁊. j. Et q: diffinitionē recte fidei vt dictuz est predicauit quā ⁊ aplica sedes beati Petri apli: cuius licet ipares ministerio fungimur veneramur suscepris. Jdcirco ⁊ nos ⁊ p nostrū officiū hec venerāda sedes aplica cōcorditer ⁊ vnanimiter q̄ diffinita sunt ab ea cōsentit ⁊ beati Petri auctē cōfirmat. hec ibi. Jtē sexto ꝓz ex gestis. vij. synodi que fuit apō Nicenā legit̄ q̄ Tarasius ecclesie Constantinopolitane ꝓsul totū ꝓcessuz eiusdem synodi summo pō. vt mos erat retulit vt tale cōciliū sua auctē firmaret. vbi nota qō dicit vt mos erat: q: ex hoc capte colligit̄ ita fieri p oia cōcilia: sicut ⁊ verū est ex practica alioꝝ posteriorū. Septimo ad idez est synodus illa venerabilis Rome tēpore symachi pape celebrata. de qua in. c. bene. di. xcvi. in qua sic habek. Si cuiuslibet prouincie sacerdotes inter suos terminos cōfilio habito quicquid fine metropolitani sui auctoritate tractauerint irritus esse debere sancti patres sanxerūt: q̄to magis qō in apostolica sede nunc stante p̄sule qui merito beati Petri apostoli per vniuersum orbem primatum obtinens statutis synodalib⁹ ꝓsuevit tribuere firmitatē. hec ibi. Preterea

dicit Gratianus di.xvi.c.placuit. q papa recepit sextā synodū cū canonibus suis ⁊ etiaz sancta octo vniuersalia cōcilia q̄ Romani pōtificis ꝓfessione dicit esse robozata. Ex q̄bus satis aperte apparet q alia fides fuit apud illos sanctos patres antiquoz ꝯciliоz sanctissimoz de auctozitate cōciliоz ⁊ Romani pō. q̄ fit apud nouellos magistros cōturbantes fantasticis adinuentōibus suis ecclesiaz dei. Plane si cōcilia vniuersalia baberēt illam supremā auctozitatē imediate a deo cōstituēdi: diffiniendi sententiādi puniendi: ⁊ etiā supra papā sancte vniuersales ille synodi non tā regulariter tā deuote ⁊ būiliter a Romanis pōti. gesta sua peterēt ꝓfirmari. planū est q ista stare non possunt simul q cōciliū habeat imediate ptātem a xp̄o: cui etiā papa obedire teneatur: ⁊ q cōcilij sententie ⁊ gesta nulli⁹ sint robozis nisi Romani pō. auctozitate firmentᵏ superiozis est em̄ robozare acta inferioz ⁊ nō ecōuerso. Octauo etiā inducemus testimoniū de cōcilio Constantien. qō cū plenarium ex oībus obedientijs existeret integratū supplicasse etiaz legitur dño Martino pape. v. vt dignareᵏ decreta eiusdē cōcilij sua auctozitate robozare ⁊ ꝓfirmare. Nono boc etiā Basilien. nō obstantib⁹ eoz errozibus voluissent obtinuisse a dño Eugenio vt eoz decreta approbasset: sed obtinere nō potuerūt ⁊ merito. Ex quibus luculenter apparet q̄ periculose ⁊ q̄ scādalose errent qui statuta cōciliozuz aut diffinita anteq̄ Romani pon. auctozitate firmentᵏ atq̄ robozentᵏ publicant p orbem ⁊ obseruari p̄cipiūt: cum tñ anteq̄ principis ecclesie auctre firmentᵏ: nullū obligent cū nullus robur habeāt: vt ptz ex dictis ⁊ colligiᵗ ex cōcilio Calcedonen. ptz etiā ex. c. bn̄. dis. xcvi. boc etiā ostendit apertissime Leo papa in epistola ad aq̄legen. episcopū in qua scribēs de forma recipiēdi hāticos arrianos ita inq̄t: inter alia omnia decreta synodalia que ad excisionē hmōi hereſis apostolice sedis firmauit auctozitas amplecti se⁊ in oībus approbare eloquanᵏ ⁊c. Ecce sola illa synodalia ō̄creta que aplice sedis firmauit auctas iubenᵏ aplecti ⁊ venerari. Ceterū hmōi aplice sedis prerogatiuā: sic aptissime profitet xp̄ianissimus imperatoz Justinianus qui vt habeᵗ. C. de sum. tri. ⁊ fide ca. scribens ad papā Johannē petēs approbationē fidei sue ⁊ suoz cōfirmationē ita dicit: victoz Justinianus ⁊c. Nos reddentes honorē ⁊ aplice sedi ⁊ vestre sanctitati quod sp nob⁹ in voto fuit: ⁊ ē ⁊ vt decet p̄iem bonorātes vram beatitudinē oīa que ad ecclesiaz statū ptinēt festinamus ad noticiā deferre ve stre sanctitatis. ⁊. j. oēs vero sacerdotes sancte catholice atq̄ aplice eccl̄ie ⁊ reuerendissimi archimādrite sacroz monasterioz sequentes sanctitatē vram ⁊ custodiētes statū ⁊ vnitatē scrārū eccl̄iaruz quē habēt ad aplicā vre sanctitatis sedē nibil penitus imutātes. ⁊. j. suscipimus aūt quattuoz ꝯcilia prima. s. ꝑm q vra aplica sedes docet atq̄ ꝓdicat: oīs ergo sacerdotes seq̄ntes doctrinā vre aplice sedis ita credūt ⁊ ꝓfitenᵗ ⁊ ꝓdicāt. vñ ꝓperamus bec ad noticiā deferre vre sanctitatis. ⁊. j. petimus ḡ paternū affectū vt vris ad. nos destinatis lris ⁊ ad scrissimū ep̄m hui⁹ alme vrbis ⁊ patriarchā manifestū nobis faciatis q oēs qui ꝓdicta ꝓfitenᵗ suscipit sanctitas vra. ꝟ ille. Cui impatoz rn̄dens papa Jo. ita scribēs dicit: vt habeᵗ vbi supra. liquet ergo gl̄iosissime impatoz vt lectōis ⁊ legatoz vroz patefecit nos aplicis eruditōibus studere: cū de religione catholice fidei ea sapiatis ea scribat: ea ppls fidelibus publicatis q̄ diximus ⁊ sedes aplica ⁊ patrū reuerēda decreuit auctas ⁊ ꝓfirmamus in oībus. bec ille. Ecce testimoniuz clarissimū p̄rogatiue aplice sedis de quo iā diximus. Ex ꝓdictis manifeste ꝓfuranᵗ tā erronee due interp̄atōnes date p aliquos nouellos mgros aduersarios ⁊ inimicos doctrine oium sctoz patrū in suis tractatibus. Prima est q papa non ꝓfirmat aut robur auctis tribuit vniuersalibus ꝯcilijs que de toto orbe xp̄iano cōgreganᵗ: sed tm̄ de cōcilijs patriarchalibus: que q̄nq̄ etiā dicta reperiunᵗ vl̄ia. Ista interp̄tatio erronea sit manifeste: ptz ex dictis: qm̄ concilia Nicenū ⁊ Calcedonen. vl̄ia fuerūt ⁊ sancti loquētes de bac p̄rogatiua de vniuersalibus cōcilijs oībus loquunᵗ ⁊ rōnes facte de oībus etiā cōcludūt. Scda interp̄tatio quā p̄fati aduersarij dant est q cōfirmatio quā Ro. pō. tribuere dicit ꝯcilijs vniuersalibus nō est auctozitatiua ita q auctozitatē ⁊ robur tribuat cōcilijs: q: vt aiūt auctoritatem babent a deo imediate: sed in signuz tantū. s. q facta in synodo in cōoz dia sint actitata: sicut ⁊ alij epi se subscribentes in synodis dicūtur eas cōfirmare. Ista autē bec interp̄tatio falsa sit ⁊ erronea: patet ex dictis in superioribus specialiter per illud qō babetur in. vi. actione Calcedonen. synodi vbi dicitur q in omnibus synodis apocrisarij apostolici decretas sententias primo ꝓpter summā auctozitatem eiusdē sancte sedis cōfirmabant ⁊ subscribebant: q: aliter nullū robur babebāt. Ecce q cōfirmatio que fiebat per legatos pape non erat tm̄ significans sed etiam auctorizans: quia vt inquit nullus robur babebat.

Preterea idem habek ex.c.regula.di.xvij.7 ex ca.bene.di.xcvi.que expresse idem loquūtur 7 de oībus synodis vniuersaliter qō luce clari? ostēditur ex illo qō Leo sanctissim? scribit maximo ātiocheno epo qō supra eodē.c. inductū est.Ceterū q erronea sit interpretatio prefata aduersarioz:patet ex hoc q respectu ꝯciliorz vniuersaliū nihil plus aucris dant sūmo pon. pncipi totius ecclesie q̄ alteri epo qō q̄tū dissonet fidei catholice 7 etiā sanctorz patrū doctrine nullus sane mentis parū etiam in sacris litterus nutritis pōt cognoscere.patet ergo q̄tū errent pfati aplice sedis aduersarij.

Capitulum.xxxv. In quo ponuntur aduersariorum obiectiones.

Eritatem autez

eam quā in superiori capitulo tātis rationibus 7 vniuersaliū cōciliorz practica 7 exemplis ostēdimus aduersarij moliūtur infringere. Primo quidē ex veteri testamento. dicūt enim q Esdre vltimo legit cōciliū vle congregatū in hierusalem vt puideret sup cōgregatione filiorum Israel qui durerant vxores alienigenas vbi dicit q missa est vox.s.citationis in iudea 7 hierusalē oībus filijs transmigratōis vt cōgregarent in hierusalem 7 omnis qui nō veniret tribus diebus iuxta concilium principū 7 senioz auferet ab eo substantia ei? 7 ipse abijceretur a cetu transmigrationis 7c. vsq̄ sic fiat. Ex illo loco aduersarij arguūt duo. Primū est q Esdras licet nō esset sūmus sacerdos:ꝫ Josue filius Josedech nihilominus noīe tot? cōcilij dedit sentētiam in predicta causa.7 ita cōcludunt q determinatio 7 diffinitio in ꝯcilijs vniuersalibus nō est solius pape.Scōm est q punitio spūalis 7 tpalis inferenda contēnentibus venire fuit reseruata cōcilij auctoritati 7 nō summi pontificis. Secūdo arguūt ex illo act.xv. vbi sic dicit placuit aplis 7 seniorib⁹ cum omni ecclesia eligere viros 7 ex illis mittere in antiochiā 7.j.in epla in qua diffinitionē quā de questione mota de obseruatione legaliū fecerant notificāt dicit sic:apostoli 7 ceteri fratres bis q̄ sunt antiochie salt. et post pauca. visuz est spiritui sancto 7 nobis nihil vltra imponere vobis oneris q̄ 7c.Ex quibus videt manifeste inq̄unt primo q apostoli 7 seniores simul oia fecerunt 7 nō Petr? sol?. Scōo videt q nomine totius synodalis congregatōis conscripta est sentētia et nō solius petri. Tertio arguūt ex gestis octaue synodi Constātinopolitane vbi in allocutōe Thome metropolite Tyri facta ad synodum inciꝑientem vestris ecclesiasticis negocijs cōfirmationem patientibus 7c.cuius verba sunt hec loquendo de imperatore Basilio. Conuocauit humilitatem nostram de orientalibus sedib⁹ ac dioceſibus cum his qui putabantur aduenire atq̄ concurrere a senioꝛi Roma sanctissimi pape vicarijs circūspecte ecclesiastica dissoluere mus certamina ꝓpter quod 7 nunc vsq̄ perseuerantes illoz prestolamur aduentuz quoniā vero nulla est facta tarditas 7 suspicamur ex tyrannica potestate ꝓpter tantā moram multas nobis superuenturas calamitates atq̄ necessitates:immo vero 7 totum nostrum genus xp̄ianoz propter talem causam submittendum varijs temptatōnibus nequa q̄ eos qui a Roma venire putabant expectare iustum putamus:sed superfluz atq̄ supuacuum arbitramur esse ꝑsertim cum ea que rome regulariter ac synodice gesta sunt pre manibus habeamus:ita vt hic cōster vna nobiscum esse beatissimū papā Nicolaū p litteraz suarū voces adhuc etiam 7 successorē eius sanctissimū Adrianū per ꝓprias epl̄as:ipsi ergo habentes nobiscū beatissimū papā Nicolaū 7 sanctissimū papam Adrianū ineptū 7 incōgruū omnino putamus despicere fluctuantes xp̄i 7 saluatoris nostri ecclesiā per dilationez diffinitōnis que illi debek.hinc ergo velut ex necessitate:nunc vobis denūciamus iustificatione dei 7 diuine misericordissime ꝓuidētie cōsiliuz atq̄ iudiciū q̄tum ad capacitatē nostram attinet.hec ibi. Ex quibus habetur inquiūt:q fine papa 7 eius legatis synodus cōgregata possit procedere ad diffiniendū ac instituendum. Quarto sic.in cōcilijs vniuersalibus semp noīe synodi sententie legunt prolate 7 institutōnes canonū.sicut ptz in.c.quoniam.di.xvi.vbi sic dicit: placuit huic sancte synodo. Idē infra.confirmamus 7 ceteros canones. Item octaua synodus inquit Focium inobedientē 7 resistentes huic sancte synodo reprobamus 7 anathematizamus. Quinto arguūt ex illo.c.si epūs.j q.vi.vbi oēs epi in cōcilio videntur esse ꝯiudices. Sexto ex illo qō Nicolaus papa in epistola quaz vniuersis archiepiscopis 7 metropolitis ac epīs Constātinopolitane sedi subiectis in sententia ꝓtra Focium scribit dicens: hec 7 his similia ꝓtra euangelica apostolica ꝓpherica atq̄ canonica statuta se offerens sit dei oipotentis 7 beatoz apostoloz principū Petri 7 Pauli 7 omnium simul sanctoz ac venerādoz sex vniuersaliū cōciliorz auctoritate:necnō 7 spirit? sancti per nos iudicio omni sacerdotali honore 7 omīn e alienus 7c. Ecce q auctoritate cōn

Argumētum pre-tium.

Secundum

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum

Septimum

cilioꝝ pronũciat sentẽtiam. ergo ꝛc. Septimo ab aduersarijs arguit ex similitudine subscriptõis pape ꝓsentis in cõcilio vl̃i aut suoꝝ legatoꝝ cum subscriptionib⁹ alioꝝ prelatorũ sic:omnes isti candẽ formã subscribendi se in gestis concilioꝝ vniuersalium obseruarũt.ergo videt ꝙ oẽs eque cõcurrũt ad constituẽdũ iudicandũ ꝛ diffiniendũ ꝛ nõ solus papa diffinit aut cõstituit siue etiã principaliter.ꝓna videt bona ex similitudine subscriptiõis. añs dicunt patere ex multis conciliis.dicũt enim ꝙ in omnibus vl̃ibus ecclesie cõciliis leguntur legati absq; differẽtia pariformiter alijs se subscripsisse. vñ vnusq;q; eps vel dicit annuens vel statuẽs vel diffiniẽs subscripsit:ita pariformiter aplice sedis legati.vnd̃ in ꝓcilio Martini pape qd̃ precessit sextã synodũ vniuersalẽ reperitur Martinus sic subscripsisse.Martinus sancte catholice ꝛ aplice ecclesie eps vrbis rome huic diffinitioni cõsummationis orthodore fidei ꝛ dãnationẽ sergij statuens subscripsi:ꝛ sic maxim⁹ sancte aquilegiens ecclesie precise confirmando dãnando ꝛ statuẽdo vna cuꝫ cxiij.epis se subscripsit quisq; in eadẽ forma.Sic etiam vt aiũt reperit in cõcilio cui Greg.iunioꝝ tpe Leonis ꝛ Constantini iunioris iperatoꝝ rome ꝓsedit. vñ ipse Greg.sic ait. Greg.sancte catholice ꝛ aplice ecclesie vrbis rome eps huic statuto a nobis ꝓmulgato subscripsi.Agnell⁹ eps sancte ecclesie florentiñ. huic ꝓstituto a nobis ꝓmulgato subscripsi et ita de cereris idem dicunt reperiri in concilio

Octauum

in quo Symachus ꝓsedit. Octauo arguit sic.contingit ꝙ cõcilium cõgregetur super facto pape vtpote quia accusatus vel suspectus de heresi sicut factũ legitur tpe Symachi pape.vt in.§.hinc etiã di.xvij.ꝛ tpe Marcellini pape.di.xxi.in.c.nũc aũt.sed notuꝫ est ꝙ ibi cõcilium iudicat ꝛ nõ papa:quia nemo iudex est in propria causa.ergo nõ est veruꝫ ꝙ semp sententie concilij auctoritate pape ꝛ noie cuꝫ est

Nonum

presens proferãtur. Nono arguitur ex.c.cõstitutum.xvi.q.i.vbi dicitur constitutum est a presenti ꝓcilio ꝛc.

Decimum

Decimo arguitur sic: omniũ ordinatoꝝ ad finem regula metrũ ꝛ mensura est ipse finis.sed vniuersalis ecclesia quã vniuersale concilium repꝛesentat est finis potestatis papalis.ergo illius mensura ꝛ regula sumẽda est ex legibus ꝛ regulis vniuersalium conciliorum ꝛ nõ econuerso.ergo videt ꝙ magis pertineat ad synodum ipsam cõstituere ꝛ regulas dare ac conseruare sententias apostolice sedis ꝙ ecõuerso.ꝓsequentia videtur bona maioꝛ est Aristotelis.ij.phy.et.i.ethy. minoꝛ patet:quoniã papa est propter ecclesiam ꝛ nõ econuerso.Unde apostolus.ij.ad Cozin.x.inquit:potestatem dedit nobis dcus in edificationẽ ꝛ nõ in destructionem.

Ca.xxxvi. In quo respondetur ad obiectões factas

Dista que aduersarij inducunt cõtra clarissimaꝫ ꝛ fundatissimam sententiã quã posuimus nõ est difficile ex superioribus respondere.

Cap. XXXVI

Ad primum

Ad primum aũt que sumitur de veteri testamento:licet supuacuũ sit respõdere:cum manifestum sit nõ facere ad propositum:nihilominus vt hic liquidius pateat respondetur primo negando ꝙ cõgregatio illa facta in hierusalem viroꝝ Juda ꝛ benyamin cum vxoribus ꝛ pueris suis fuerit synodus generalis sicut impñtiarum de synodo vniuersali est sermo.Secũdo etiã dicimus ꝙ falsum sit ꝙ Esdras noie ꝛ auctoritate illius congregatois dederit sniam in causa separatõis vxorum alienigenaruꝫ sed dedit eam auctoritate Regis Artaxerxis cuius erat vicarius ꝛ princeps cõstitutus ad reductionẽ captiui populi in hierusalem prãtem ab eo babẽs sup omnes trãsgressores legis dei.vt ꝓz in.c.ij. eiusdem libꝛi vbi exemplar ponitur epl̃e date sibi auctoritatis. Tertio dicimus ꝙ etiã falsuꝫ sit ꝙ punitio non venientiũ ad illã cõuocationẽ fuerit reseruata auctoritati illius cõgregationis:immo reseruata fuit Esdre qui quasi princeps erat vt dictum est ex regis cõmissione ꝓfate cõgregationis:verũ tñ est ꝙ fiendũ erat iuxta consiliũ principũ ꝛ seniorꝫ:vt dicit textus

Ad secundum

Ad secundã que sumit ex illo act.xv. respõdet ꝙ in nullo obuiat ꝓpposito nostro: qm̃ licꝫ concederet ꝙ patres exintes in concilio simul cõcurrãt cũ papa in diffiniendo aut cõstituẽdo canones siue sententiãdo: sicut hic de apostolis ꝛ seniorib⁹ cũ Petro videt aduersarijs arguentibus:nihilominus tñ quicq̃d ibi ageretur principaliter ꝛ originaliter ascribendũ esset Romano põt.vtpote principi totiꝰ reip. xp̃iane.Unde glo. Hiero.sup illo loco: vt parum ante in.c.xxxi.inductuꝫ est: cõmemorato qualiter Jacobus ꝛ oẽs alij seniores in sentẽtiam Petri trãsierant dicit Petrũ principez fuisse illius decreti:legem post euangeliuꝫ nõ esse seruandã.Ecce ꝙ Hiero. dicit Petrũ illius decreti quod factũ est in illa synodo principẽ.id est pincipalẽ auctorẽ fuisse.ꝛ hoc plane manifestũ si quis textum illum attente cõsideret. Postq̃ enim Petrus diffinierat non esse imponendum onus obseruantie legalis conuersis ex gentilitate. Sequitur in textu.Tacuit autem omnis multitudo. Dicit Nicolaꝰ

Li.tertius

ratione a successoribus eoꝝ mutari possent cū tamen necessitas tpis nūc minus nūc seueri⁹ incedendū persuaderet qđ illū nō latebit qui precedentiū patrū ⁊ subsequentiū statuta diligenter inuestigare curauerit. Nēpe si beat⁹ Pelagius numerū annoꝝ quos sui anteceſſores singulis gradib⁹ preceperūt minuere non posset penurie clericoꝝ sui tpis per pbros ex laicis infra annū maturatos nullo modo succurrisset. Item si moderni pontifices antiquorum rigorem canonū per lapsos sacerdotes remittere nequissent ipsa xp̄iana religio destituta sacerdotali officio penit⁹ stare nō posset cū iā pene nulli sacerdotes nisi criminaliť lapsi reperiātur quos antiqui canones deposuisse legūtur. hec ille. ⁊ tāgiť in. c. requisitis. i. q. vij. Est ergo priuilegium aplice sedis vt iudex sit canonū ⁊ decretoꝝ vt pro tpis ꝯditione ⁊ rerū necessitate nunc intendat nūc remittat prout necessitati ⁊ vtilitati eccl̄ie expedire prospexerit. hui⁹ sentētie est beatus Tho. tam in. ij. ij. q̄ in quorlibetis q̄ etiā in tractatu contra impugnātes religionē dicens: oia statuta sanctorū patrū q̄ sūt iuris positiui sunt relicta dispositioni pape vt ea possit mutare vel dispensare ꝑm opportunitas temporꝝ vel negociorum. Ubi pro ampliori declaratōe hui⁹. c. est notandū q̄ duplex est gen⁹ canonū vel regularū aut decretoꝝ sanctoꝝ patrū vt sanct⁹ Tho. innuit quotlibeto. iiij. ar. xiij. Est vnū gen⁹ canonū q̄ īstituti sunt iure diuino sicut ptinētia ad articulos fidei ad substantiā sacramētoꝝ aut que manifestā habent ꝓnexionē ad legem diuinā siue naturalē pertinētia ad bonos mores: ⁊ in talibus papa dispēsare nō pōt. Et ratio hui⁹ est ꝑm scm̄ Tho. q⁹ ista habent efficaciā ex īstitutione diuina de quib⁹ venit intelligendū q̄ papa zozim⁹ in. c. ꝓtra. xxv. q. i. ait. Cōtra statuta scoꝝ patꝝ ꝓdere aliq̄d vel mutare nec hui⁹ quidē sedis pōt auctoritas. Scōm genus canonū siue decretoꝝ est eoꝝ que instituerūt patres de iure positiuo. Iz em̄ canones a sanctis patrib⁹ vnanimiter instituti dicātur conditi a spiritu sācto nō tn̄ oēs dicūtur pertinere aut ad legem nature aut ad legem diuinam: ꝑ aliqui dicūtur pertinere ad ius humanū siue positiuū. sicut licet omnis veritas a quocūq̄ dicatur vt ait Ambro. a spiritu sancto est non tn̄ omnis veritas pertinet ad ius diuinū sed erit alterius inferioris generis aut ordinis. videlicet aut legalis aut canonici aut facultatis medicinalis ⁊ sic de alijs. ⁊ de boc genere canonū loquēres dicimus iuxta iam dicta q⁹ romanus pon. potest dispēsare in eis a quocūq̄ sint editi etiam ab aplis vt dicit sanct⁹ Tho. in tractatu supra notato. boc duplex genus canonū aut statutoꝝ sanctoꝝ patrum tāgit Leo papa in. c. sicut sunt. dis. xiij. ita dicens. Sicut sunt quedā que nulla possunt rōne cōuelli: ita multa sunt que aut ꝑ necessitate temporꝝ aut pro conditione etatū oportet temperari. Ex q̄ bus cōfuratur aduersarioꝝ quorūdaz errores dicentium Romanum pon. non habere ptātem in canonibus concilioꝝ vniuersalium.

Capi. lv. Qz Ro. pon. hz auctoritatē tollendi statuta aliqua tā sacrorū conciliorū q̄ predecessorum suorum. Ca. LV

Si quis bene p scrutet principatum Romani pon. reperiet q⁹ Ro. ponti. nō solū auctoritatē in canōibus sacroꝝ cōciliorum etiā vniuersaliū ⁊ decretis suoꝝ predecessoꝝ dispensandi habeat. verum etiā tollendi aut reuocādi aut mutādi ꝓut tēporꝝ aut causarum necessitas exposcerit. Pro quo notandū circa intelligentiā aliquoꝝ terminoꝝ iuxta dn̄m Petrū de palude in. iij. sniarū. q⁹ dispēsatio ⁊ reuocatio in aliquo ꝙueniūt ⁊ in aliquo differunt. Conueniūt aūt in boc q⁹ tam dispēsatio q̄ reuocatio importāt amotionē ad obligationē p̄cepti. Sed differūt in boc q⁹ dispēsatio iportat amotionē p̄cepti in casu: ⁊ quo ad aliquem vel aliquos: non autem quo ad omnes: sed reuocatio absolute importat amotionem obligationis quo ad omnes. Amota autem obligatiōe siue quo ad aliquem specialr̄ p dispensationē: siue quo ad oēs generaliter p reuocationez efficiť licitū qđ ꝓius erat illicitū: ⁊ sic sunt tria circa preceptū siue legē aut canonē. Primū est interꝑtatio que nō tollit obligationē aliquā: sed declarat solū intentionē p̄cipientis vel p̄cepti. Scōm est dispēsatio que tollit obligationē quo ad aliquos vť aliquē soluz: sicut si dispensareť cum aliquo q⁹ nō ieiunaret in quadragesima. Tertium est reuocatio que tollit obligatōnē simpliciter quo ad oēs: sicut si papa reuocaret ieiunīū quadragesime nullus obligareť ad ieiunium illud. In supioribus duob⁹ capitulis ostendimus q⁹ roma. pon. ꝓrogatiua primatus sui poterat tam interpretari dubia que in canonibus concilioꝝ sacroꝝ oriretur q̄ dispēsare in illis: nūc restat ostendere q⁹ etiā possit tam canones vniuersaliū conciliorꝝ q̄ decreta suoꝝ predecessorum aliq̄n ꝓ temporꝝ ⁊ causarū necessitate reuocare tollere atq⁹ mutare: licet nō vniuersaliter. qđ nos triplici via ostēdem⁹: videlicet auctoritatibus rōibus ⁊ exēplis. Auctoritate ꝓmo videť colligi ex. c. non dz. de cōsang. ⁊ affi. vbi sic dicit papa Inno. iiij. Nō debet rep̄ben

fibile iudicari si ꝑm varietates statuta varietur humana. Et idez extra de sen. exc. c. alma. Preterea auctoritate Aymari archiepi Remen. de quo. s. in libro de synodis idem patet dicētis sic vt supra extitit allegatū in ꝓceden ti. c. Temperandoꝝ siue mutandoꝝ canonuz facultatem Romano pō. adiacere nō dubita mus. Itē ad idez est auctas beati Tho. qui in tractatu suo cōtra impugnātes religionē ita in quit: vt in. c. ꝓcedenti inductū est. Oia statuta que sunt iuris positiui sunt relicta dispositioni pape vt ea possit mutare vel dispensare ꝑm opoꝛtunitates tempoꝝ vel negocioꝝ. Secunda via. s. rōnibus boc idē oīditur sic. Eius dē est destruere amouere ꝛ abrogare cuius est condere. vt habet. C. de legi. l. i. de in integ. resti. cū venisset. sed pape auctre cōduntur canones conciliorꝝ: vt supra ꝓbatū est. ergo apud illū erit facultas illos amouendi si necessitas ecclesie aut vtilitas exposcerit. Itez scdo: sic par in parem impiuz nō habet: sed tm̄ ptātis bz vnus papa sicut alius. ergo cōstitutio vni nō artat aliū ān possit illaz tollere ꝛ reuocare si voluerit. Tertio sic: sicut se babz impatoꝛ ad impatoꝛez ita papa ad papā: sed impatoꝛ pōt tollere determinata per aliū impatorē aut cōtra ea facere. ergo ꝛ papa tollere poterit instituta suoꝝ predecessoꝝ. Ratio aūt quare hoc rōnabiliter pōt facere lz statuta suoꝝ pdecessoꝝ fuerint rōnabiliter ordinata est iuxta dicta in superiori. c. qz bonum vt inquit Diony. ꝓstat ex omni parte: ita ꝙ defectus vnius circunstātie debite inesse statim ponit rōnē mali: ꝛ ideo ꝑm pbum. ij. Ethy. Virtus ꝓsistit in medio ꝑm ꝙ sapiēs determinabit: et qz aliud expedit vni vno tpe q̄ alio: ꝛ sic de aliis circūstantiis. Omni. n. negocio tps est ꝛ opoꝛtunitas. Ecclesiastes. viij. ideo frequenter ea que rōnabiliter fuerunt facta reuocātur: maxime in agibilibus: in q̄bus non pōt haberi firma stabilitas nec infallibilis certitudo. Tertia via. s. exemplis oīdit. primo exēplo sacre scripture ꝓstat ꝙ dns mandauit exaltari serpentem eneū in deserto vt in eū aspicientes sanarent a morsibus serpentū. sicut patz Numeri xxi. quē tamen rex Ezechias cōfregit: sicut patet. iiij. Regū. xviij. qz filij israel sibi adolebant incensuz. Ex quo patet ꝙ id qō ex ꝑcepto dni rōnabiliter ordinatū fuit: postea eiusdē instituctu rōnabilius reuocat: qz frequenter qō vno tpe fuit expediens alio tpe nociuū reperitur. Itē exemplū habemus etiā sacre scripture de Rege Artaxerxe qui reuocans lras quas ad suggestionez ꝓncipis Aman dederat vt tota gens iudeoꝝ deleret ait sic. Nec putare debetis si diuersa iubeamus ex animi nostri venire leuitate sed ꝓ qualitate ꝛ necessitate tēporum vt reipub. poscit vtilitas sententiam ferre. Hester. xvi. Tertio patz exemplo ꝛ magis ad propositū ex canone. vi. synodi: qui canon vult ꝙ subdyaconus non minoꝛ. xx. annoꝝ ordinet in. c. subdyaconus. dist. lxxvij. Item ex canone Carthagineñ. pcilij. qui vult in. c. placuit. eadez di. ꝙ nullus ante. xxvij. annos ordinetur dyaconus. Ad idez est canon Agateñ. in. c. eps. eadem di. Ad idem canon quarti cōcilij Toletani in. c. in veteri lege. ea. dist. ꝛ nihilominus Roma. pont. omnes illos sustulit: vt patet in clementina generalē. de ета. ꝛ qua. vbi glo. dicit sic. hic corrigit canones. lxxvij. di. peruenit. lxxviij. dist. c. i. ij. iij. ꝛ vlti. ꝛ xxviij. di. c. de bis. in quibus dicitur ꝙ babēs. xx. annos subdyaconus. xxvj. dyaconus. xxx. p̄sbyter poterit fieri. ꝛ hec ibi.

Eap. lvi. In quo obijcit ꝓ aduersarios contra p̄dicta:

Eap. LVI

Gremultum fe

erentes aduersarij ꝙ Romanus pont. mutare ꝛ tollere possit canones sacroꝝ conciliorꝝ multipliciter nituntur arguere in contrariū. Primo ex. c. in istis. dist. iij. vbi inquit Augu. In istis temporalibus legibus quanq̄ de bis homines iudicent cum eas instituunt. tamē cuz fuerint institute non licebit iudici de ipsis iudicare sed ꝑm ipsas. Ex boc arguit ex aduerso ꝙ papa non possit mutare canones aut tollere sed necessario ꝑm eos iudicare. Secūdo arguit ex. c. sicut. xvij. dist. vbi beatus Grego. ita inquit. Sicut euangelij quattuoꝛ libroꝝ: sic quattuoꝛ concilia suscipere et venerari me fateoꝛ. ꝛ infra. cunctas vero personas quas p̄fata veneranda concilia respuunt respuo et que venerantur amplectoꝛ: quia dum vniuersali cōsensu sunt cōstituta se ꝛ nō illa destruit q̄squis presumit absoluere quos ligant: aut ligare quos absoluunt. Ex boc arguunt aduersarij ꝙ Romanus pon. nō possit mutare statuta conciliorꝝ vniuersaliū: quia eadem ratio q̄ currit de istis videt currere de omnib⁹ aliis.

Ergu. primum

Secundum

Tertium

Tertio arguit ex. c. sancta octo vniuersalia concilia. dist. xvi. vbi enumeratis octo vniuersalibus cōciliis sic sequitur in pfessione Romani pon. vsq̄ ad vnuz apicem imutilata seruare: ꝛ pari honoꝛe ꝛ veneratione haberi: ꝛ q̄ predicauerūt ꝛ statuerūt modis omnibus sequi: ꝛ quecunq̄ damnauerūt oꝛe ꝛ coꝛde damnasse profiteoꝛ. Ex isto aduersarij arguunt id qō prius maxime: quia nō videtur ꝙ papa ire vellet cōtra suā pfessionē.

Quartum

ex.§.hoc aũt intelligendũ est.di.xix. vbi sic dicit Gratian⁹. Hoc autem intelligendũ est de his sanctionib⁹ vel decretalib⁹ eplis in quib⁹ nec precedentiũ patrũ decretis nec euangelicis aliq̃d ꝓtrariũ inuenitur. Ex hoc arguũt aduersarij q̃ roman⁹ pon. precedentiũ patrũ decreta tollere nõ possit. ⁊ per ꝯs nec canones vniuersaliũ concilioꝝ.

Quintum

Quinto ex.c. sunt q̃ dam. xxv.q.i. vbi Vrbanus papa inquit q̃ vbi aperte dñs vel ei⁹ apostoli ⁊ oēs sequẽtes patres sentẽtialiter diffinierũt ibi nõ nouã legẽ ro. pon. põt dare sed pot⁹ q̃ predicatũ est vsq̃ ad aiam ⁊ sanguinẽ ꝓfirmare debet.

Sextum

Sexto inducit. c. sequens vbi zozim⁹ papa ita inquit. Contra statuta patrũ cõdere aliquid vel mutare nec hmõi quidẽ sedis potest auctas: apud nos em̃ incõuulsa radicib⁹ viuit antiq̃tas cui decreta patrum sanxerũt reuerẽtiam.

Septimum

Item septimo arguit ex illo Leonis primi qui in octauo cõcilio tuba euãgelice veritatis legit nomiatus ad Martianũ imperatorẽ de canonib⁹ Nicenis scribens dicit q̃ nulla possunt improbitate conuelli nulla nouitate violari. ⁊ addit: in quo ope auxiliãte xp̃o fideliter exequẽdo necesse est me perseuerantẽ exhibere famulatũ: qm̃ dispensatio mihi credita est ⁊ ad meũ tẽdit reatum si paternarũ regule sanctionũ que spũ dei spirante sunt condite meq̃ (q̃ abs̃t) cõniuente violent. Octauo arguit ex. c. violatores. xxv.q.i. vbi Damasus papa dicit. Violatores canonũ ⁊ volũtarie graviter a sanctis pribus iudicant ⁊ a sancto spũ instinctu cui⁹ ac dono dictati sunt dãnantur.

Octauum

Alij dictati alij dictati ligant Nonum

Ex quo videt nono formari talis ratio: inferior nõ põt tollere aut dispensare in lege superioris. g̃ nec papa in canonib⁹ cum sint a spiritu sancto editi. ꝓba tz.

Decimum

Decimo arguitur: canon est regula regiminis ad edificationẽ ecclesie ꝑm quam architect⁹ regere ⁊ operari habet ac vti ptãte sua si benevult operari. sed videt q̃ hmõi regule debẽt esse imobiles etiam inuariabiles sicut principia in speculabilib⁹. ergo papa qui architectus est in edificãdo cõstruẽdo ⁊ gubernãdo ecclesiã nihil põt imutare circa canones. qd̃ cõfirmat ꝑ illud Normis de pape in. c. pria salus est. xxv.i.q. ita dicẽtis Prima salus est recte fidei regulã custodire ⁊ a cõstitutis patrũ nullatenus deuiare.

Undecimũ

Undecimo: si papa rõne principatus siue primat⁹ põt tollere leges ⁊ instituta iferioꝝ: seq̃tur q̃ cũ petr⁹ fuerit supior oĩbus aplis ⁊ p ꝯs Roman⁹ pon. ipse potuerit tollere: imo canones ꝑdere ꝓtra ea q̃ paulus posuit in eplis suis qd̃ videt incõueniens.

Duodecimum

Duodecimo sic. Romanus pon. nõ potest reuocare aut tollere dicta doctoꝝ exponentiũ sacrã scripturã: ergo multo minus summoꝝ pontificũ predecessoꝝ suorum decreta aut vniuersaliũ concilioꝝ canones ⁊ instituta. ꝯa est bona. ⁊ añs videt haberi. dist. xx. in. c. decretales. vbi dicit q̃ in sacrarũ scripturarũ expositionibus doctores excellentes ꝓponũtur. in causis vero diffinitiẽdis summi pontifices preferuntur.

Cap. lvij. In quo respondet obiectionibus ꝓpatis.

Ca. LVII

Jcet paucis ver

bis possit plene satisfieri obiectionibus aduersarioꝝ: nihilominus ꝑ plenioꝝ ꝑsentis materie intelligẽtia quid. s. papa possit in statutis tã vniuersalium concilioꝝ q̃ sanctoꝝ patrum ac pdecessorum suoꝝ ⁊ clarioꝝ responsione ad capitula inducta per aduersarios in oppositum est aduertendum. Ꝫ prout aperte colligi potest ex differentia superius assignata inter interpretationem: dispensationem ⁊ reuocationem siue abrogatiõnẽ: in multis potest cadere interpretatio in quibus nõ potest cadere dispensatio: ⁊ p ꝯs nec abrogatio: ⁊ in multis potest cadere dispensatio in quibus non habet locũ abrogatio: ⁊ in aliquibus potest vtrumq̃ cadere. quod luculentissime ostendit per cõclusiones sequentes. Prima papa potest habere in multis auctoritatẽ interpretandi in q̃bus nullã habet dispensandi facultatem ⁊ multo minus reuocandi. Jsta conclusio patet: quia papa cum sit vicarius xp̃i habet auctoritatez interpretandi dubia in lege diuina que fidelibus occurrere possũt. vt supra li. ij. c. cvij. ostẽdimus. Unde ⁊ in veteri lege ad sacerdotes erat recursus ꝺ dubijs legis quoꝝ interpretationi qui non stabat moꝛtis reus habebat. vt patet Deutro. xvij. ⁊ introducit extra ꝺ testi. c. licet. vbi papa interpretat illud: in ore duorum vel triũ: id est non paucoꝝ sed q̃ pluriuz: ⁊ tamen in lege diuina dispensare non potest nã in ꝓceptis legis nature nõ põt: sicut in habendo duas vxores in quo solus conditor potest dispensare vt ipsemet papa dicit. extra ꝺ diuoꝝ. c. gaudemus. similiter nec in preceptis positiuis vtriusq̃ testamenti a deo vel a christo immediate institutis: sicut q̃ homo nõ teneatur ad baptismum vel ad confessionẽ vel huiusmodi: quia in lege superioris inferior nõ potest dispensare: nisi in quantum illi cõmittitur: non videtur hoc autem sibi cõmissum. vnde magis commissum legitur immutare cursuz nature per miracula q̃ dictamen iuris naturalis et precepta diuina dispensando: ⁊ idẽ dicendũ est de canonibus ⁊ regulis sanctoꝝ

Conclusio prima auctoris

patrũ ⁊ de decretis predeceſſor̃ ſuor̃ in q̃bus aliqua ſtatuũ nẽ ꝓtinentia ad articulos fidei: ſiue ad ſacramẽta que fundamenta ſunt religiõis xp̃iane ſiue ad bonos mores. certe in talibus lz poſſit cadere interp̃tatio pape cũ aliqua ambiguitas naſceret nõ tñ diſpenſatio: ⁊ multo minus reuocatio: q̃ illis intelligunt maiora nõ licere q̃bus vetita ſunt minora. vt habet extra de ſen.excõ.c.cum illor̃. Minus eſt aũt diſpenſare q̃ reuocare: q̃ omne totum eſt maius ſua pte. reuocare aũt eſt legẽ totaliter abr̃ogare quo ad oẽm perſonã locũ ⁊ tempus. diſpenſatio vero quo ad quoſdã vel quo ad quedam tpa vel loca. Et ita patet q̃ papa nec articulos fidei nec p̃cepta legis nature vl̃ decalogi: aut ſacramenta põt mutare ſiue reuocare: ſicut nec in illis poteſt diſpenſare. ⁊ ad iſtũ ſenſum accipiẽda ſiue intelligẽda ſunt capitula inducta ex aduerſo. ſicut.c.ſicut.diſ. xv.⁊.c.ſunt quidam.xxv.q.i.⁊.c.cõtra.ibidem.

Scõda cõcluſio

Scõda cõcluſio eſt q̃ in aliq̃bus ſanctor̃ patrũ canonibus ſiue ſtatutis põt papa diſpẽſare in q̃bus nõ põt tollere generaliter aliq̃d ſiue reuocare. ptz ꝓcluſio iſta: qm̃ papa diſpẽſat in canonibus apoſtolor̃. ſicut ptz q̃ bigamus promoueat: ſicut habet in.c.lector.diſt. xxiij.⁊ q̃ p̃sbyter fornicarius nõ deponat. vt in.c.p̃sbyter.lxxij.diſ.⁊ tñ hos canones generaliter tollere nõ poſſet. Pro quo notandum iux̃ dñm Petrũ de palude ſup.iij.ſnia: q̃ licet illa que apoſtoli in primitiua eccl̃ia fecerunt p̃ pria auctoritate ſiue aũctre ſolius officij ⁊ pro pio inſtinctu põt nunc Ro.pon. mutare: q̃a non bz minorẽ auctoritatẽ q̃ ipſi habuerunt. Non tñ ea que ex ſpãli cõmiſſione aut inſpiratõne ſpũſancti: qm̃ talia nec ipſi apli nec ſucceſſores reuocare p̃nt: niſi q̃tum p̃ncipalis cõmitteret: ſicut ſcriba legis impialis vel pmulgator reuocare nõ põt: niſi inquantũ p̃ceptor iterũ ſibi cõmittit. q̃cquid aũt p apl̃os conſtitutũ eſt qđ in canone ẽ receptũ: credit ſpecialiter eſſe inſpiratũ a ſpũſancto. ⁊ ſimiliter qđ in quattuor cõcilijs vniuerſalibus fuit factũ ita q̃ in primitiua eccleſia apli quedã ordinarunt: nõ ſimpliciter ſed ad tps qđ reuocatum nõ eſt ſed impletũ eſt qm̃ cum tpe finitũ eſt: ſicut legalia cũ euãgelio ſeruare iudeis ⁊ abſtinere a ſuffocatis ⁊ ſanguine ⁊ celebrare in fermentato ⁊ hmõi que lapſu tpis ceſſauerũt. q̃daz vero dictante ſpũſancto ſic ordinauerũt vt in perpetuũ pmanerẽt: ſic tamen q̃ pro loco ⁊ tpe liceret diſpẽſare: nõ tñ totaliter amouere: ⁊ ſic expedit eccleſie. et in talibus licuit ſucceſſoribus diſpenſare eodez ſpũ cõmittente. ſicut aperte colligit ex facto ipſor̃ ſanctorũ patrũ qui diſpenſaſſe leguntur: ſicut patuit in exẽplis poſitis ⁊ in multis alijs: non aũt licet hmõi generaliter reuocare: q̃ non eſt cõmiſſum vt apparet: q̃ nullus ſanctus hoc p̃ſumpſit. Et cũ ad regimen nature ⁊ maxime gratie dñs faciat qđ melius eſt: imo optimi ẽ optima adducere: ideo cõmiſit qđ expedit et nõ aliud. Utile eſt aũt eccl̃ie q̃ aliq̃n cũ bigamo ⁊ pcuſſore ⁊ hmõi diſpenſet: cũ aliq̃n tales inueniant meliores: non aũt expedit q̃ tales indifferenter ſicut ceteri pmoueant. vnde illud cõmiſit iſtud p̃hibuit: ergo papa in talib⁹ poteſt diſpenſare: ſed non põt ea generaliter ⁊ vniuerſaliter reuocare ſicut vnã decretalem a ſe vel a p̃deceſſore ſuo editã. vnde notauit Alanus. extra de decimis.c.licet. q̃ papa poſſz alicui laico cõcedere q̃ nõ ſolueret decimas aut q̃ eas perciperet. non tamẽ hoc omnibus laicis poſſet in ꝑpetuũ cõcedere legẽ generalez cõdendo: ſed tm̃ ex cauſa ad tps diſpenſando ſicut regib⁹ dant etiã decime clericor̃ in ſubſidiũ terre ſancte vel ob aliã iuſtã cauſaz. Tertia ꝓcluſio. In multis ſanctor̃ patrũ canonibus ⁊ ſtatutis Romanus põ. ſicut potuit diſpenſare: ita ⁊ illos abr̃ogare ⁊ omnino tollere. patet cõcluſio iſta ꝺ multis canonibus abrogatis ⁊ inſtitutis predeceſſor̃ ſummor̃ põtificũ per Romanos pont. ſequẽtes. ſicut ptz in exẽplis p̃ius poſitis de canonibus antiq̃s de etate ordinandor̃. His habitis reſpõdendũ eſt ad argumẽta in oppoſitũ. Ad primum

Ad primum

Ad primũ de.c.in iſtis.di.iij. rñdet negãdo id qđ aduerſarij arguũt ex illo.c.ſeq̃t: qm̃.c.illꝺ intelligit non de iudice ſummo. ſ. papa vel p̃ncipe: qm̃ iſti poſſunt etiã poſt cõditas leges de ipſis iudicare et eas tollere vel moderari: ſed loquit de inferiori iudice. vñ dñs Archi. exponendo hoc capitulum ita dicit. Littera hic loquit de inferiori iudice. nam ſi inferior iudex velit aliquid ꝓponere quare lex illa nõ debeat condi facilius audiret primo q̃ poſtea. ar. ad hoc di. xxxi. Nicena. Ad ſecundũ de.c.ſicut.diſ.v. rñdetur dupliciter. Primo ſic ad aũs q̃ ꝺ qđ dicit q̃ quattuor illa cõcilia nõ poſſet mutare aut reuocare põt intelligi duobus modis. Uno modo quia cõcilia ſunt: ⁊ ſic nõ eſt verũ antecedens: q̃a qđ competit alicui inquantũ tale cõpetit omni tali. ſicut quod cõpetit homini inquantum homo competit omni homini. ſi ergo hoc cõpereret illis quattuor concilijs inquantũ cõcilia ſequeret q̃ nullas ſentẽtias datas aut conſtituta facta in q̃buſcunq̃ cõcilijs poſſit reuocare: qđ tamen falſum eſt: vt in glo. per principalem.ix.q.iij. Aut põt intelligi q̃ hoc cõpetat illis quattuor concilijs

Ad ſecundum

nō inquantū cōciliа sunt: sed inquantū de tali materia sunt. s. de ꝟitate articulorꝫ fidei: ⁊ sic dicimus ꝙ hoc cōperat illis quattuor cōciliꝭ ꝙ reuocari nō possunt, ppt hoc. s. ꝙ nō fuerūt nisi declaratiua articulorꝫ fidei. Scdo rn̄ detur negādo ꝟnam: videlz ꝙ ex. c. illo se quatur ꝙ papa in nullis canonibus vniuersaliꝫ cōcilioꝫ possit dispensare aut aliqd imutare: licet bene cōcedaꝫ ꝙ nō possit statuta concilioꝫ vniuersaliū imutare quantū ad ea que cōcernūt articulos fidei ⁊ generalē statum vꝭ ecclesie: vt glo. eiusdem. c. hz. vnde Archid. in Rosario idē dicit in hac forma ꝟborꝫ. ſFateor in his que ad fidē ptinent ⁊ generalē statum ecclesie in aliꝭs pōt cōtra statuta cōcilioꝫ venire. Si dicaꝫ que dicunt ad generalē statuꝫ eccl'ie pertinere. videt nobis ꝙ inter alia sint ista que omēs fideles tāgere possunt: vt sunt illa ex quoꝫ alteratione tota eccl'ia turbaret: sicut ponit exemplū de depositōne oium epoꝝ simul: qꝛ cuꝫ oēs anime xp̄ianoꝫ sint in manibus epoꝝ: hoc quēlibet tāgit: ⁊ cum epi in loco apostoloꝫ succedūt ⁊ vniuersalē eccl'iaꝫ rep̄sentent turbaret fides xp̄iana. Preterea cū in depositiōe oium epoꝝ simul nō possit eē causa iusta: maxime p̄sumeretur in tali depositiōe defectus fidei in papa: ⁊ hoc faceret in destructionē fidei ex quo turbaret tota xp̄ianitas. Et merito dicit ptinere hoc ad vniuersalem statū eccl'ie. ⁊ ita posset poni exemplꝰ in multis aliꝭs ex q̄bus vniuersalis eccl'ia turbaret ⁊ scandalizaret. Similiter possent ad vniuersalē statū ecclesie dici pertinere precepta diuina p̄cepta legis naturalis ⁊ sacramēta: in q̄bus status ⁊ salus vniuersalis ecclesie ꝟsistit ⁊ omnes tāgit vniuersaliter. Ad ter tiū de. c. sancta octo. di. xvi. rn̄detur eodē modo sicut ad p̄cedens: videlicet ꝙ intelligēdū est de his que spectant ad articulos fidei ⁊ generalem statum vꝭ ecclesie ⁊ que necessaria sunt saluti. Ad quartū de. §. hoc aūt intelligendū. dist. xix. rn̄detur ꝙ id quod magr Gratianus ibidē dicit: intelligendū est de his: de quibus p̄cedentia capitula exposita sunt: alꝭ nō diceret verū. vnde dn̄s Archi. in Rosario exponendo hunc locū dicit sic. Videt dicere Gratianus. s. ꝙ papa contra bene statuta suoꝝ predecessoꝝ nō possit aliud statuere: qđ nō puto verū esse. nam ⁊ bene statuta pōt reuocare inspecta causa: dūmodo nō tāgat precepta veteris ⁊ noui testamenti vel articulos fidei vel ea que sunt necessaria ad salutē: vel que ptinent ad generalē statū eccl'ie: ⁊ ideo nō approbo quod hic dicit magister: nisi de talibus intelligaꝫ. hec Archi. Ad quintū de. c. sunt

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

quida. xxv. q. i. est eadem respōsio que data est ad p̄cedentia. ⁊ est responsio glo. que dicit ibidem ꝙ verū est ꝙ papa nō dispensat in his q̄ pertinent ad articulos fidei et que sunt iuris diuini. bene aūt in aliꝭs sicut cum bigamo contra apostolū. vt di. xxxiiij. lectoꝛ. ⁊ cōtra canonē apkoꝛ. vt in. c. presbyter. lxxxj. dis. Itē etiā q̄nq; contra generalē statū ecclesie: sicut fecit Inno. in Lateranen. cōcilio. extra de consan. ⁊ affi. hec glo. Ad sextū de. c. cōtra. respōdeꝫ vt respōdet glo. que super ꝟbo statuta ita dicit. de articulis fidei vt dictū est in. c. p̄imo. ad hoc. c. etiā. s. Tho. respōdet eodez modo in tractatu cōtra impugnātes religionem sic dicens. Verus est qđ hic dicit in illis que statuta sanctoꝝ patrū decreuerūt de iure diuino sicut articuli fidei qui determinati sunt p cōcilia. sed illa que sancti patres decreuerūt de iure positiuo sunt relicta dispositiōi pape vt ea possit mutare vel dispensare ꝑm opoꝛtunitates temporꝫ vel negocioꝝ. hec. s. Tho. Ad septimū qđ inducit de Leone papa respondetur: dato ꝙ auctas illa iaceat vt inducit per aduersariū: qđ tn̄ nō est verū in toto. ꝙ auctoritas illa nō facit pro aduersariꝭ ꝓpter duo. Tum primo: qꝛ Leo papa licz dicat Nicenos canones nulla posse ī p̄hibitate euelli aut nouitate viciari: nō tn̄ negat q̄n auctē Romani pon. ob necessitatē ⁊ vtilitatem fideliū possit in eis fieri dispensatio. magna differentia est inter ista duo imp̄hibitate euelli ⁊ necessitate aut vtilitate moderari. Scdo qꝛ hz ad papā p tineat intendere ne canones per aliquos pro voluntate violentur: nō sequit ꝙ ipse ex rōnabili causa dispensare nō possit: vt est manifestum. Ad octauū de. c. violatores. xxvij. q. i. respondeꝫ ꝙ. c. illud nihil facit ꝓ aduersariꝭ: qm̄ licet violatores canonum volūtate. i. sine necessitate reprehendantur et veniant damnandi: non propter hoc Romanus pon. ꝓhiberet dispensare aut mutare illos si personarū locoꝝ aut rei cōditio exposcit. aliud em̄ est ꝓpria voluntate sine causa ⁊ sine necessitate violare canones: ⁊ aliud est rationabili causa existente per habentez auctrem dispensare in illis: maxime qꝛ vt dicit. s. Tho. in tractatu cōtra impugnātes religionē q̄n papa dispensat aut mutat canones ꝑm opoꝛtunitates tēporꝫ ⁊ negocioꝝ nō facit cōtra canones aut statuta sanctoꝝ patrum: qꝛ seruat intentio statuētiū que est vtilitas eccl'ie: sicut ⁊ in omni iure positiuo accidit. derogat enim prioribus statutis per statuta sequentia. hec ille. Ad idem etiā Ebryso. sup Mat. dicit sic. Lex legislatori subiecta ē: nō legislatoꝛ legi. qui ergo soluit

Ad sextum

Ad septimum

Ad octauum

legem litterā quidē legis soluit ꝓpositum autem legis eiꝰ nō soluit sed magis illi addit ad hoc dignitatē.hec ille. Ad nonam obiectionem sumptā ex eodem.c.violatores.respōdetur sicut supra respōsum est ad sextā negando ꝓnam. Pro quo notandū iuxta sanctuꝫ Tho. ⁊ doctores ꝙ duplex distinguit genꝰ canonuꝫ qui spiritusancto dictāte per plures sanctos i cōciliis siue extra concilia cōditi sunt. Primū genus est eoꝝ que sunt de iure diuino sicut sūt canones ptinentes siue statuta ad articulos fidei aut ad substantiā sacramentoꝝ aut que manifestā cōnexionem habent ad legem diuinā ptinentia ad bonos mores ⁊ de talibus intelligūtur omnia illa capitula.vt dicit sanctꝰ Tho. iuxta etiā glo.que ponūtur.xxv.q.i. videlicet.c.violatores.c.sunt quidā.c.ꝓtra statuta ca.prima salus. Scōm genus canonū est eoꝝ que sancti patres instituerūt in cōciliis vlibꝰ de iure positiuo.licet eīm canones oēs a sāctis patribꝰ vnanimiter ⁊ vno ꝓsensu editi censeātur cōditi a spiritusancto sicut dictante ⁊ ispirante:nō tamen oēs dicūtur pertinere aut ad legem nature aut ad ius diuinū sicut aduersarij videtur innuere:sed aliqui dicūtur ptinere ad ius positiuū.nam si canones omēs q̄a spiritusancto dicūtur ꝓditi pertinere idō dicerētur ad legem nature siue ad ius diuinū indispensabiles essent ⁊ ita ecclesia errasset dispēsando in canonibus factis a sanctis patribꝰ. Item nec mutari possent qui semel essent ꝓstituti ⁊ multa alia sequerētur que oīno sunt absurda ⁊ incōuenientia. In primo genere canonū quī ptinere videtur ad legem dīi:papa nō dispensat nec mutationē facit. In scōo ꝛo genere canonū sic quēadmodum sepe dictū est.

Ad decimā que sumit ex eo ꝙ canon dicit regula:respōdetur negando minorē in qua dicitur ꝙ oporteat regulas bmōi agibiliū esse immobiles ⁊ ipermutabiles sicut ꝓncipia in speculabilibꝰ. Pro quo notādū ꝙ cuꝫ certitudinis firmitas varietur ꝛm varietatem rerū.vt dicitur.i.de aia ⁊.i.ethy.⁊ ois mensura dicat relatiue ad mensuratū nō oportet ꝙ ois mensura aut regula sint equalis certitudinis aut firmitatis.nec oēs possunt esse ifallibiles: ꝑ quātum possibile est in suo genere. vnde cum illa q̄ regulanda sunt lege humana siue canonica siue ꝓcilij sint ꝓtingētia singularia multipliciter variabilia nō possunt leges humane habere illā imutabilitatem quam habēt ꝓncipia prima in speculabilibꝰ sicut est manifestū:immo ꝓpter bmōi rerū varietatē quibus oportꝫ mēsuras ⁊ regulas coaptari ad salutē reip. est necessariū leges ipsas mutabiles fore vt scōꝝ patrū auctibus supra oīsum est.c.lij. vñ lex q̄ vno tpe est iusta ⁊ vtilis alio tpe seruata essꝫ iniusta ⁊ nociua. Pro quo aduertendū est iuxta.s.Tho.in.i.ij.ꝙ rectū in rebus corpalibus dicit absolute:⁊ ideo rectū in eis q̄tum est de se manet semp rectū.sed rectitudo legis accipit non absolute sed in ordine ad vtilitatē cōmunē:cui non semp ꝓportionat vna ⁊ eadem res:⁊ ideo talis rectitudo mutat. vñ dicit Augu.in primo de li.arbi.ꝙ lex tpalis q̄uis iusta sit mutari tñ per tpa iuste pōt. Et ita patet ꝙ ratio illa que apō aduersarios censet esse magni roboris non procedit.⁊ ad.c.prima salus. xxv.q.i.qō inducit. rndetur ꝙ intelligit de statutis cōditis a sanctis patribus que sunt de iure diuino ⁊ nō de bis que sunt de iure positiuo:qm̄ a talibus ꝓ loco ⁊ tpe licitum est declinare. vñ ꝓpter hanc differentiā que est in cōstitutis sanctoꝝ patrū dicit Leo papa in.c. sicut.dis.xiij.ꝙ sicut quedā sunt que nulla possunt rōne cōuelli:ita multa sunt que aut ꝓ necessitate tempoꝝ aut ꝓ ꝓsideratione etatum opꝫ temperari.ꝑ quā distinctionē soluuntur multa alia argumenta aduersariorꝝ que inducunt de imutabilitate canonū. Ad vndecimā ꝙ possit tollere ⁊c. rndetur iuxta superius dicta ꝙ cōtra dicta apkoꝝ extra scripturā sanctam pōt Romanus pōtifex: q: sic supior est. sed cōtra dicta cōtenta in sacra scriptura nō pōt.non q: pauli sunt: sed q: in scriptura sunt que necessario cōtinet infallibilē veritatē ⁊ q̄ a spūsctō principaliter est: a paulo autē est instrumentaliter.iuxta illō ps.xliij.Lingua mea calamus scribe ⁊c. Actio aūt attribuit principali agenti nō aūt instrumentali: ⁊ ideo cū spūs sanctus sit supior papa si faceret ꝓtra scripturā sanctā faceret cōtra spūmsanctū. ⁊ ita illa ꝓna aduersarioꝝ nō procedit qua dicūt: ergo papa pōt tollere ea q̄ paulus posuit in epistis suis: cū epistole ille in canone sacre scripture contineant. Ad duodecimā de.c.decretales. dicendū ꝙ ꝓna nō valz:qm̄ ad diuersas q̄tias spectant. primū eīm ad excellentiā sciētie scōm ad eminentiā ptātis:⁊ ideo licet diuinarū scripturarū excellentissimi doctores scientia pōtificibus Romanis forte preemineāt:⁊ dicimus forte:q: potest esse ita doctꝰ Romanus pon. ꝙ nullus suo tpe sit par ei:neq; superior etiam in scientia:nihilominus in causarū siue dubioꝝ diffinitione in dispensatōe canonum aut mutatione etiam statutoꝝ predecessorum suoꝝ que omnia respiciūt auctoritatez meritō pontifices preferētur. vnde.s.Tho.in quotlibeto.v.⁊ vlt.dicit ꝙ magis standuꝫ est sententie pape: ad quem pertinet determi-

Ad vndecimū

Ad duodecimus

nare de fide quā in iudicio ꝓfert q̄ quozumli
ber sapientrū hominuz in scripturis opinioni.
dicit.n. in.ij.q.j.ar.iij. q cōtra auctoritatez
pape nec Iero.nec Aug.nec aliquis sancto
rū suā sententiā defendit. Ex quo satis cōfun
ditur p̄sumptio aduersarioz nouelloz magi
stroz qui tam aperte summoz pontificū sen
tentijs 7 sanctoz etiam patrum sentētias
suas anteferre p̄sumunt.

Ca. xviij. Qz vniuersale concilij plenarium in his
que fidei sunt errare non possit.

Ca. LVIII

X his que de sa

croz conciliozvniuersaliū cano
nibus supra explanauimus orta
nobis est occasio veniendi ad q̄
stionem illā. vtrum vniuersale concilij in his
q̄ fidei sunt errare possit. Ad quā questionem
nobis videt sub distinctione respondendum.
de concilio eīm vniuersali loqui possumus du
pliciter. Uno modo de cōcilio vniuersali ple
nario. plenariuz aūt concilij dicimus in quo
cuz ecclesie patribus Romanus pōtifex eoz
caput 7 princeps vnanimi cōsensu 7 auctori
tate cōcurrit siue interuenit. vnde concilium
Antiochenū de plenario cōcilio prouincia
li loquens ait. perfectum concilij est illud in
quo interuenit metropolitanus antistes. Itē
ibidem illa dicitur plenaria synodus: in qua
etiā eps metropolitanus interfuit. Scōo mo
do loqui possumus de concilio prout dicit cor
pus tantū patrū distinctum a capite suo Ro
mano pon. si primo modo loquamur de ꝯcilio
fit ista cōclusio. Concilijz vniuersale in his q̄
ad fidez ptinent errare nō potest: que tam pa
trum ecclesie q̄ Romani pon. vnanimi ꝯsen
su diffinita sunt. Ista conclusio multipliciter
ꝓbatur. Primo sic. aplice sedis iudicium in
his que fidei sunt errare non potest: ergo nec
cōcilium vniuersāle in quo aplice sedis inter
uenit siue cōcurrit auctoritas 7 cōsensus. ꝓna
est manifesta. añs est a nobis multipliciter de
monstratū. li.ij.in.c.cix. colligitur etiā ex illo.
Luc.xxij. Ego rogaui ꝓ te Petre vt non defi
ciat fides tua 7c. Item ex.c.illo in sede. 7.c. h
est fides. xxiiij.q.j. Scōo sic. in ecclesia militā
te est certū iudiciū de difficilibus 7 obscuris
que circa fidem emergunt. pater: alr enim to
ta ecclesia militans posset circa fidez errare:
sed vltimū iudicium circa difficilia 7 obscura
circa fidem emergentia penes concilium vni
uersale plenariū residere censetur: vt videtur
velle Augu. in epla ad glorioū 7 Eleusium 7 in
lib.i. de vnico baptismo cōtra donatistas vbi
ita inquit. Questionis huius obscuritas plo
ribus ecclesie tpibus ante scisma Donati ma
gnos viros 7 magna charitate p̄ditos patres
cpos ita inter se cōpulit salua pace discepta
re atq; fluctuare vt diu concilioz in suis qui
busq; regionibus diuersa statuta mutarēt do
nec plenario totius orbis cōcilio qō saluber
rime sentiebatur etiā remotis dubitatiōibus
firmarēt. hec ille: ergo concilij vniuersale cir
ca fidez errare nō pōt. Tertio sic: vniuersalis
ecclesia nō pōt errare qz spiritusancto guber
natur qui est spūs veritatis. hoc eni promisit
dñs discipulis suis. Jo.xvj. Cum venerit ille
spūs veritatis docebit vos oēm veritatē: sed
diffinita per ꝯcilia vniuersalia plenaria sunt
diffinita auctoritate vniuersalis eccl'ie. ergo
sequitur q̄ concilia vniuersalia plenaria nul
lo modo errare possunt in fide. Quarto sic: si
ꝯcilia vniuersalia plenaria errare possent ni
hil certū haberemus de diffinitis per cōcilia
vniuersalia: 7 ita simbolū fidei qō in missa cā
tatur factum in cōcilio Constātinopolitano
redderet nobis dubiū qō est absurduz dicere
7 multa alia incōuenientia sequerentur. Ista
argumentatio videt esse. viij. synodi. vnde fa
cta diffinitione ita inquit post multa. Ar ꝯo
si reprobauerit saltē vnum ex his que hic scri
pta sunt: 7 a beato Nicolao ante iudicata fiet
estus in ecclesia nostra continuus 7 simultas
ecclesiasticoz negocioruz: ita vt nunq̄ videri
possz in ecclesia q̄libet ordo. vbi eīm cōcursus
ois patriarchalis throni: 7 vt idipsum dicā
omēs sacri theologi si diabolico cōcilio ambi
guitatē quis habeat vocatio ꝓfecto tandem
infirmitatē habebit: 7 ecclesiastica ꝯstitutio
pacem. anathema ergo illi qui ēm aliquid p̄
sumpserit reprobare quicq̄ ex his que hic scri
bunt a patre 7 filio 7 spiritu sancto amē. hec
ibi. Quinto sic: a concilio vniuersali plenario
in causa fidei appellari nō potest. ergo sequit
q̄ circa causas fidei errare nō possit. ꝓna ptz:
cū omnis causa viciata per appellatōis reme
dium fit subleuanda. ij.q.vi.c.liceat. si cōciliū
tale errare posset in causa fidei cum illa possz
viciari: 7 ita per appellatōis remediū esszsub
leuanda: 7 ita liceret appellare a cōcilio. añs
tñ pater: tum ex decreto cōcilij Calcedonen.
vbi statutū legitur q̄ ab electa synodo nō ap
pellatur. Electa aūt synodus dicit in qua as
sensus 7 approbatio aplice sedis interuenit:
vt alr declarauim⁹. Preterea si appellare li
ceret: aut igitur ad aliud concilium vniuersa
le: aut ad papam aut ad ecclesiam vniuersa
lem. Non ad aliud concilium vniuersale: quia
eadem rōne ab illo appellare liceret: 7 ita fi
nis talis cause imponi nō posset. Non esszap

Conciliū vniuersale plenariū capitur duplici ter.

Cōclusio prima que est de cōcilio vniuersali plenario primo modo

pellandū ad papā:qz cū in ꝯcilio plenario interuenire intelligat cōsensus pape ⁊ auctoritas eius: appellatio illa esset a papa ad papā ⁊ nō ad aliquē superiorē. Nec eēt appellāduz ad eccliam:qz frustra ad vniuersalē eccliaz appellaret cū vlis eccliā simul in vnū conuenire nō possit. Sexto sic.illa cōgregatio in bis que fidei sunt errare nō pōt cui⁹ diffinitiones ⁊ constituta oīs fideles sub pena anathematis siue ꝓpatiōis cōmunionis fideliū iubent obseruare:pater.sed vniuersalia cōcilia sunt hmōi. ergo ⁊c.mino⁹ patz ex multis. Tum ex cōcilio nono tolletano vbi actione.xi.ita dicit. Ne q̄libet in posterū aut impune valeat conueniri aut generalia statuta cōuellere plena decernimus vnanimitate cōnexi vt quecunq; ꝓ fidei causis ecclesiasticisq; negocijs aut in preteritis gestis aut in ꝓsentib⁹ cōstitutis aut in futuris etiā decretis vel sint vel fuerint diffinitōe cōscripta vniuersalis auctratis nullus bis deinceps cōtradicere audeat nullus reuerberare ꝓsumat nullus nō implere ꝓtendat. Naz si q̄s ex religione cōtra hec inobediēs aut susurrās certe latrator aut inuidus aut poti⁹ nō fautor extiterit gratios⁹ ⁊ honoris sui ⁊ cōmunionis sancte lugeat amissione mulctat⁹.hec ibi. Itē hoc etiam a sanctis patrib⁹ legit institutū: vt dñs aymarus li.de synodis testat ita dicens. Sancti patres sub districto anathemate condemnasse legunt eos q̄ ortbodoxoz patrū statuta nō receperint q̄ vniuersalib⁹ cōciliis consonare ꝓspexerint.vnde Grego.i. Omnes a principalib⁹ conciliis dissentientes in sua synodica anathematizauit. Septimo sic.ea que cōclusa sunt in cōcilio plenario supradicto dicunt vniuersalit totius ecclie ꝓsensu diffinita ⁊ cōclusa:ergo sequit ꝙ prefatū cōciliū vniuersale in bis q̄ circa fidē diffinit errare non possit. cōsequētia ꝓz argumētatōne qua btūs Greg. vtitur in ca. Sicut.di.xv.dicens. Cunctas vero quas prefata venerāda ꝯcilia ꝓsonas respuunt respuo que venerant amplector:qz dū vniuersali sunt cōsensu cōstituta se nō illa destruit quisq̄s presumpserit absoluere quos ligant aut ligare:quos absoluunt. Octauo sic.in cōciliis vniuersalib⁹ plenarijs credūt sancti patres spūsctō canones condidisse ⁊ maxime circa fidē sine qua impossibile est placere deo:vt inquit ap̄s ad Heb.xi.ergo videt ꝙ talia cōcilia dirigēre spūsancto in bis q̄ fidei sunt errare nō possunt. ꝓna ꝓz:qz spūsctūs cui⁹ gra editi sunt canones est magister veritatis ⁊ nō erroris.antecedēs bī ex ca.ꝓmo.dist.xv.qđ est beati Ysiđ.vbi enumerat q̄tuor vniuersalib⁹ ꝯcilijs plenarijs scz Niceno Cōstantinopolitano Ephesino ꝓmo ⁊ Calcedonēsi ita inquit De sūt synodi ꝓncipales.iiij.fidei materiā plenissime ꝑdicantes:sed et sic̄ sunt alia ꝯcilia q̄ sctī ꝓres spū dei pleni sanxerūt post istoz.iiij. auctē manēt oīm stabilita vigore.secūdo ex.c. Violatores.vbi Damas⁹ papa ita dic̄.Violatores canonū volūtarie grauit a sctis patrib⁹ iudicant ⁊ a spūsctō instinctu cui⁹ ac dono dicrati sunt damnant.Hille. Nono sic illud cōciliū errare non pōt in fide quo errāte erraret vlis ecclia:ß errante cōcilio gñali plenario erraret vlis ecclia:qz in tali concilio vniuersali vlis ecclia repsentat ⁊ virtute ꝓtinet. Decimo arguit sic.nullū iudicium qđ in materia fidei irreiterabile ⁊ irreuocabile est:defectibile est aut errare pōt in fide:ß iudiciū plenarij cōcilij in materia fidei ita habitū est apud sctos patres ⁊ diffinitū vt incōuulsū ⁊ irreuocabile in euū maneret.ergo cōciliū vniuersale de quo loquimur in bis q̄ fidei sūt defectibile esse nō pōt.ꝓna est bona.maioz etiā ꝓz.mino⁹ ꝙ est Gelasij pape in epla quā vniuersis epis p dardaniā ꝓstituit scribit:vbi dicit. Patres nostri catholici videlicz doctiq; pontifices in vnaq; bereti quolibz tpe suscitata quicqđ ꝓ fide pro veritate ꝓ cōmunione catholica atq; aplica incōuulsum voluerūt deinceps firmūq; cōstare:nec in eadē causa denuo q̄ prefixa fuerāt retractari qualibz recēti ꝓsumptōe pmiserūt sapientissime,quidētes:qm̄ si decreta salubriter cuiq; liceret iterare nullum ꝑ singulos quosq; prorsus errores stabile ꝓsisteret ecclie cōstitutum:atq; semp bisdē furorib⁹ rediuiuis oīs integra diffinitio turbaret ⁊c. Inde est vt in ca. Maiores.xxiij.q.i.habet.idē papa Gelasius dic̄. Maiores nostri diuina inspiratione cernētes necessario pcauerūt vt qđ cōtra vnā quāq; berefim coacta (.i.coadunata) semel synod⁹ ꝓ fidei cōtione auctrate catholica atq; aplica ꝓmulgasset nō finerēt nouis post h̄ retractationib⁹ mutilari ne prauis occasio ꝑberetur q̄ medicinalit fuerāt statuta post ꝓpulsandi.⁊.j.in fine synodus semel gesta cōdemnans vlterius ad noua cōcilia venire nō sinit vt scz vt inq̄t temere de fide disputent. Nā vt inquit impator Martian⁹ de sum.tri.⁊ fi.ca. Iniuriā facit iudicio reuerēdissime synodi si q̄s semel iudicata ac recte disposita reuoluere atq; publice disputare cōtendit. quocirca in ca. Cōfidim⁹.xxvij.q.i.papa gelasi⁹ inq̄t.Confidim⁹ ꝙ null⁹ tā veracit xp̄ian⁹ ignorat vniuscuiusq; synodi cōstitutū qđ vlis ecclie ꝓbauit assensus nulla magis exeq̄ sedē pre ceteris oportere ꝙ primā que ⁊ vnāquāq; synodū sua auctrate cōfirmat ⁊ cōtinuata moderatiōe cui⁹

stodit. hec ille. Dmõi aũt ꝓcilia in q̃bus vl̃is ecclesie cõcurrit assensus sunt illa q̃ plenaria vocat Aug. quoꝝ vt ipse ait in epla ad Januariũ) saluberrima in eccl̃ia auctas est. in. c. illa. di. xij. de q̃bus currũt rões que fiũt qvl̃e cõciliũ errare in his que fidei sunt nõ possit. Ultimo sic. illa cõgregatio in diffinitione vnanimi sua in his q̃ fidei sunt credenda est nõ errare cui⁹ diffinitõis oppositũ tenẽres sunt hereticí. sed tenẽres ⁊ sapiẽres cõtrariũ eoꝝ q̃ vl̃ia ꝓcilia ⁊ plenaria de fide diffinierũt sunt hereticí. ergo ⁊c. ꝓ̃a est bona. maior patet. minor etiã patet. vñ dr̃ in cõcilio Calcedonẽn. actione q̃nta post datã sententiã de duab⁹ naturis ⁊ vna ꝑsona in xp̃o dicũt ꝑes sic. Dis itaq; a nobis dispositis diffinuit scr̃a ⁊ vl̃is synodus alterã fidẽ nulli licere ꝓferre vel ꝓscribẽ aut cõponẽ: ãt sẽtire: aliẽ eos aut q̃ ausi fr̃ aut ꝓponẽ fidẽ alterã aut cerre ꝓferre aut docẽ aut tradẽ alterꝝ symbolũ: si epi fuerit aut clerici alienos eẽ ab epatu ⁊ clericos a clero: si mõachi ⁊ laici fuerit anathẽatizati. mlta sikia bñr̃ ex alijs cõciljs vl̃ibus. Secũdo vero modo loqui possum⁹ de ꝓcilio vl̃i ꝑut tm̃ dicit prelatoꝝ congregatõem distinctã siue ꝓdiuisã a ro. põ. siue nõ icluso roma. pon. ⁊ ß mõ loq̃ndi sit ista cõclusio. Concilijũ vl̃e nõ iteruenięte ꝓsensu ⁊ approbatione apl̃ice sedis errare põt in his q̃ fidei sunt. Que ꝓcõ exẽplis ⁊ auctẽ ostẽdit

Secũd⁹ modus accipiẽdi cõciliuꝫ vl̃e plenariũ

Cõclusio secũda que est de cõcilio vl̃i plenario secũdo modo dicto.

Exemplariter ꝑ primo de cõcilio q̃ copioso numero epoꝝ cõuenięte Arimini celebratũ est. in quo vt dicit Diero. in altercatiõe Luciferiani ⁊ Orthodoxi noie vnitatis ⁊ fidei infidelitas scripta est. ꝓta q̃ Damasus papa viriliter insurrexit ⁊ ꝓgregato ꝓcilio condẽnãs Liberiũ: ãnullauit q̃ fecerat. hoc ꝓciliũ btus Aug. vocat latrocinijũ. hoc ꝓciliũ dãnat̃ in canone in. c. sancta romana eccl̃ia. vbi Gelasi⁹ papa inq̃t. In primis Arimineñ. synodũ a Cõstantino cesare Constãtini filio ꝓgregatã mediante thauro prefecto extũc ⁊ in eternũ ꝓfitemur esse dãnatã. Secũdo idem ostendit̃ ex ꝓcilio Ephesino scd̃o: q̃ legitime inchoatum fuit pr̃sidentib⁹ etiã legatis pape nihilominus in euersionẽ fidei agitatũ est ⁊ in ei⁹ correctionem Leo papa Calcedonẽn. synodũ instituit. Item synodus Aquileie celebrata que q̃ntaz vl̃em synodũ a Justiniano impatore ⁊ Vigilio papa Constãtinopoli celebratã suscipere diffidit: quã Sergi⁹ papa salubriter redarguit ⁊ ad ꝓcordiã reduxit. vt narrat Vincẽti⁹ in speculo hystoriali li. xxiij. c. cxxxiij. Itẽ synodus trecentoꝝ triginta epoꝝ tpe Constãtini Cõstantinopoli ꝓgregata in q̃ vt narrat idez Vincẽtius li. cõmemorato. c. clxxiij. edictum ꝓmulgatũ est de imaginib⁹ dei ⁊ sanctoꝝ deponendis cõtra quã Stephanus papa rome synodum congregat in qua oĩa a constantino ordinata reordinat ⁊ veneratione sanctarum imaginũ cõfirmat eorumq; ꝓpbanatores anathematizat: vt idem Vincentius cõmemorat libro prefato. ca. clxv. vnde septima synodus condẽnans prefatã synoduz sic ait. Jfrementi concilio cõtra venerabiles imagines: anathema. Item infra de puersione illi⁹ ꝓcilij loq̃ns ⁊ causis dãnatiõis eius ita inquit. Hoc nempe concilijũ cayphaicũ conciliabulũ factũ est illud aduersus dñm inania meditatuz est hoc aduersus ipius imaginẽ fremuit. Et. j. hoc cõcilium solam nuncupationẽ habet sacerdotalem sciẽtiã aũt prauã atq; prophanã hoc ꝓcilium contumax habet os ⁊ spiritum mendacio delibutuz. Nam veritatẽ quandã finxit in fallacia presumpsit hoc concilium sancta synod⁹ vtpote zizania dominice aree. i. eccl̃ie catholice ventilauit ⁊ vẽtilabro diuini iudicij proiecit ablata ergo sunt a catholica ecclesia ⁊ redarguta figmenta eius. hec ille. Item cõciliũ aquisgrani celebratum cuius diffinitioni circa materiam sacramenti matrimonij non statur videlicz q̃ raptor nõ possit matrimonialit̃ cũ rapta copulari. de quo in. c. Placuit. xxx vi. q. ij. sed pori⁹ stat̃ auctr̃i Diero. ꝓtrariũ diffinitis. vt in. c. Tria. c. q. de quo fit mẽtio etiã i glosa sup. c. de libellis. di. xx. ⁊ sic de multis aliꝝ possent exempla induci ⁊ cũ illis etiã de basilien. q̃ ⁊ scandalosuz ⁊ in mltis a sctoꝝ patrũ doctrina errasse videt̃. Preterea q̃ ꝓciliũ põfatũ errare possit satis apte colligit̃ ex btõ Augu. qui in epla quadã contra donatistas. vbi post quoddã acerrimũ argumentũ subinfert ad ꝓpositũ. sic faciant mille cõcilia epi vestri huic vni sentẽtie respõdeãt ⁊ ad id q̃ voluerũt cõsentim⁹ vobis. Item idẽ colligit̃ ex beato Jsi doro in ca. Dño sctõ. di. l. vbi ait. q̃ si in gestis concilioꝝ distans sentẽtia inueniat̃ illius cõcilij sententie standũ sit cuius quidẽ potior et antiquior extat auctoritas. nũq̃ autẽ adinuicem possunt discordare nisi altero illoꝝ a vero declinãte. qm̃ ẽm pbm. i. etbi. Omnia vera consonant ß falsum ẽ q̃ a vero dissonat. hoc aũt nequaq̃ dixisset Jsiõ. si fuisset impossibile concilijũ alioq̃ errare. Idẽ etiã colligit̃ ex. c. cũcta p mũdũ. ix. q. iij. Item Aug. in epla ꝓta donatistas ait. Jtaq; cõciliũ illud puersuz atq; nephandum maxime vt credit̃ traditoꝝ fuit. Ex his exufflat̃ fãtasia stulta eoꝝ q̃ omni ꝓcilio nõ errãdi gram q̃si essentialit̃ inesse affirmãt: cuz tam ex euãgelio q̃ ex actib⁹ apl̃oꝝ ⁊ gestis antiquoꝝ conciliorꝝ manifeste oppositũ habeat.

Capitulū. lix. In quo obijcitur contra predicta.

Capm LIX

Unt aliqui ad-

uersarij q̄bus non sapit veritas p̄dicta de ifallibilitate iudicij plenarioꝝ ꝯcilioꝝ ⁊ arguūt ꝓtra illam multipliciter. Primo sic: vt Guilhelmꝰ ockam iducit in dialogo suo. Una sola eccl'ia militans est que cōtra fidē errare nō potest: qz de sola vl'i ecclesia militāte iuenit in scripturꝭ auctēticis q̄ errare nō potest: concilia autem vl'e licet sit pars ecclesie vl'is nō tn̄ est ipsa ecclesia vl'is. ergo temerariū est dicere q̄ ꝯciliū gñale circa fidem errare nō possit. Secūdo sic. illa ꝯgregatio q̄ potest volūtate būana dissolui pōt cōtra fidē errare q; illa eccl'ia que in fide errare nō potest vsq; in finem seculi est duratura. iuxta verbū xp̄i Mat. vlt. Ego aūt vobiscū sum vsq; ad ⁊c̄. sed ꝯcilium vl'e potest humana volūtate dissolui sicut dissoluit. ergo cōciliū vniuersale potest errare in fide. Tertio ille persone que in diuersis locis existētes p̄nt circa fidem errare: etiā si ad vnū locū cōueniunt possunt circa fidē errare: qz concursus ad eundem locū nō reddit illos inobliquabiles a fide: qz sicut locus nō sanctificat boies ita nō cōfirmat in fide. sed oēs ad ꝯcilium venientes generale anteq̄ cōuenirēt potuerūt circa fidē errare. g̃ etiā postq̄ cōuenerūt potuerūt labi in beretica prauitatem. Quarto sic. si in generali cōcilio ꝯgregati circa fidem errare nō possunt aut hoc est rōne sapiētie qua p̄fulgēt aut rōne sanctitatis q̄ pollēt: aut rōne auctis ⁊ ptātis quā habēt: aut rōne p̄missionis xp̄i q̄ p̄misit aplis fidē vsq; ad finē seculi duraturā. Nō ꝓpter p̄mū tm̄: qz sepe multi sapiētes catholici inueniunt extra gñale ꝯciliū qui habēt defensare fidē licet errare possint. Nō ꝓpter secundū. s. sanctitatē: qz nō sp sanctiores sunt q̄ ad concilia cōueniūt gñale. tuz etiā qz sctitas in ecclesia militāte nullos confirmat in fide sicut patet. Nec ꝓpter tertiū. s. auctrem: qz papa est maioꝛ auctē illis ⁊ tn̄ errare pōt in fide. iuxta. si papa. di. xl. Non etiā ꝓpter quartū. s. xp̄i p̄missionem: qz xp̄s p̄mittens q̄ fides sp dura tura foret in ecclesia nullā fecit mentōnem de cōcilio vl'i. Quinto arguit exēplis multoꝝ ꝯcilioꝝ que videtur errasse de q̄bus dictū est in precedēti. c. Sexto arguit etiā errasse ꝯciliuz plenariū in quo ꝯsensus ⁊ approbatio aplice sedis interuenit. patet de synodo Stephani pape septimi qui erronee oēs ordinationes factas p ffozmosum papā irritas esse decreuit vnde etiam synodo celebrata rome per Johānem. ix. extitit reprobata. ergo cōciliū vl'e pōt

Bigumētū p̄mū

Secūdum

Tertium

Quartum

Quintum

Sextum

errare: qz ꝯstat q̄ altera illarū synodoꝝ quarum vna aliā reprobauit errauit. Septimo arguit ex illo beati Augu. li. de vnico baptismo cōtra donatistas. ipa plenaria cōcilia sepe prioꝛa cōtingit a superioꝛib⁹ emēdari. hoc aūt non esset nisi prioꝛa illa q̄ emendanda veniunt aliquo modo errassent.

Septimum

Capitulū. lx. In quo respōdet obiectōib⁹ prefatis.

Capm. LX

Ene consideran-

Quintus error est:q̃ euangeliũ xp̃i in se solis hoc in tempe asserunt esse completũ quod hactenus dicũt fuisse abiectũ immo prorsus extinctũ. Et vt in p̃cedẽti extrauagãn. habet sunt multa alia que isti p̃sumptuosi boies cõtra cõiugij venerabile sacrm garrire dicunt: multaq̃ decursu tpis siue seculi somniãt multaq̃ de antixp̃i aduentu quez iamiã instruere asserunt flebili vanitate diuulgãt. Que oĩa quia partim heretica partim insana partim fabulosa cognoscimus damnanda potius cũ suis auctoribus q̃ stilo prosequenda aut referenda censemus.

In extrauagãtibus Joh.xxij. ꝓdemnãt sequẽtes errores ꝛ hereses Marsilij de padua ꝛ Joh. de Janduno.

In extrauagãte que incipit: Licz iuxta doctrinã apostoli ꝓdemnant spãliter septem errores quos Marsilius de padua ꝛ Jo. de Jãduno dogmatizarũt. Quorum.

Primus est q̃ id quod legit in euangelio Matth. q̃ xp̃s soluit tributum cesari quãdo staterem sumptum ex ore piscis illis qui petebant didragma iussit dari. hoc fecit non condescensione ꝛ liberalitate sue pietatis sed necessitate coactus.

Scõs q̃ btus Petrus aplus nõ plus fuit caput ecclie q̃ ãlibet alioꝝ apostolorum.

Tertio q̃ btus Petrus nõ habuit plus auctoritatis q̃ habuerũt alij apostoli.

Quartꝰ q̃ xp̃us nullũ caput dimisit ecclie nec aliquem fecit vicarium suum.

Quintus q̃ ad imperatorem spectat corrigere papam ac instituere.

Sextus q̃ omnes sacerdotes siue sit papa siue archiep̃s siue sacerdos simplex quicunq̃ sunt equalis auctris ꝛ iurisdictionis ex institutione xp̃i sed q̃ vnus plus habeat alio hoc est fm q̃ imperator concessit et sicut cõcessit ita revocare potest.

Septimus q̃ papa vel tota ecclesia simul iuncta nullum hominem q̃tũcunq̃ sceleratũ potest punire punitione coactiua nisi imperator daret eis auctoritatem.

In extrauagãte eiusdẽ Joh.xxij. que incipit. Cũ inter nullos ꝛc. dãnat et reprobat errorem sequentem.

Condẽnat tranq̃ erroneum ꝛ hereticum si quis ptinaciter affirmauerit q̃ redẽptori nostro eiusq̃ apostolis in his que ipos habuisse sacra scriptura testat nequaq̃ ius vtendi seu consumendi competierit nec illa vẽdẽdi seu donandi ius habuerint aut ex ipis alia acquirendi que tamen ipos de premissis fecisse scriptura sacra testatur seu ipsos potuisse facere supponit expresse.

In extrauagãte eiusdẽ Joh.xxij. que incipit: Vas electõis: ꝓdẽnant errores Joh. de poliaco magri Parisiẽ. circa audiẽtiã ꝓfessionũ sequẽtes.

Primus error ꝓdẽnatus p̃fati magistri de poliaco est q̃ asserebat q̃ cõfessi fratribus habẽtibus licentiã gñalẽ audiendi cõfessiones tenent eadem peccata que confessi fuerãt ire rum confiteri ꝓprio sacerdoti.

Secũdus error fuit q̃ stante statuto: Bis vtriusq̃ sexus: edito in ꝯcilio gñali romanus pontifex nõ potest facere q̃ parochiani non teneant omnis pctã sua semel in anno ꝓprio

sacerdoti confiteri quē dicit esse parochiales curatū: immo nec deus possz hoc facere qz vt dicebat implicat contradictiones.

Tertius error est q papa nō pōt dare gñalē ptātem audiēdi ꝯfessiones immo nec deꝰ qm̄ ꝯfessus habēti generalē licentiā teneat eadē iterum ꝯfiteri ꝓprio sacerdoti quē dicit eē vt premittitur parochialem curatum:

Istos errores tanq̄ falsos z erroneos et a doctrina sana deuios aucte apostolica damnat z reprobat p̄fatus dñs Joh. xxij. doctrinā ipam contrariā veram eē z catholicā asserēs q illi qui predictis fratribus cōfitentur non magis teneant eadē peccata iterū cōfiteri q̄ si alis illa ꝯfessi fuissent eoz proprio sacerdoti iuxta dictum concilij generale.

Ca. xxxviii

Caō. xxxviij. De errorib⁹ z hereſib⁹ Joānis vicleff et Jo. Hus in cōcilio Constantien. condēnatis.

Am describen:

de veniūt hereses Joh. vicleff et Joh. Hus que in ꝯcilio Constantien. ꝯdēnate legunt. Ponemus aūt in p̄mis errores z hereses Joānis vicleff. Secūdo errores et hereses Joh. hus. Et p̄mo sequit tenor articuloz Joh. vicleff.

Substātia panis materialis z filr substātia vini materialis remanēt in sacro altaris.

Accidentia panis nō manēt sine subiecto in eodem sacramento.

Xps nō est in eodem sacramēto idētice et realiter in ppria p̄ntia corporali.

Si episcopus vel sacerdos existat in peccato mortali nō ordinat non consecrat nō cōficit non baptizat.

Non est fundatum in euāgelio q christus missam ordinauerat.

Deus debit obedire dyabolo.

Si homo debite fuerit cōtritus oīs confessio exterior est sibi supflua z inutilis.

Si papa sit p̄scitus z malus z p oīs membrum dyaboli nō habet ptātez sup fideles ab aliquo sibi datam nisi forte a cesare.

Post Urbanū sextū nō est aliq̄s recipiendus in papam sed viuendū est more grecoz sub legibus propriis.

Contra scripturā sacram est q viri eccliastici habeant possessiones.

Nullus p̄latus debz aliquē excōicare nisi sciat ipz p̄us excōicatū a deo: z q̄ sic excōicat fit et hoc hereticus vel excōicatus.

Prelatus excōicans clericum qui appellauit ad regem vel ad concilium regni: ipe traditor est regis et regni.

Illi qui dimittunt predicare siue verbum dei audire ꝓpter excōmunicationez hominū sunt excōmunicati z in die iudicij traditores christi habebuntur.

Licet alicui dyacono vel pbro predicare verbum dei absq̄ auctoritate sedis apostolice siue episcopi catholici.

Nullus est dominus ciuilis nullus est prelatus nullus est episcopus dum est in peccato mortali.

Domini temporales possunt ad arbitrium suum auferre bona tpalia ab eccliā possessionatis habitualiter delinquētibus. i. ex habitu nō solo actu delinquentibus.

Populares possunt ad suū arbitrium dominos delinquētes corrigere.

Decime sunt pure elemosyne z parochiani possunt ꝓpter peccata suoꝝ p̄latoz̄ ad libitum suum eas auferre.

Speciales oīones applicare vni p̄sone p̄ latos vel religiosos nō plus ꝓsunt eidem q̄ generales ceteris paribus.

Conferēs elemosynam fratribus est excōmunicatus co facto.

Si quis ingredit religionem p̄uatā qualemcūq̄ tam possessionatoz̄ q̄ mendicantiū reddit ineptior z inhabilior ad obſuationes mandatoz̄ dei.

Sancti instituentes religiones p̄uatas sic instituendo peccauerunt.

Religiosi viuentes in religionibus p̄uatis non sunt de religione xp̄iana.

Fratres tenent p labores manuum victuz acquirere z non per mendicationem.

Oīs sunt symoniaci qui se obligāt orare p aliis eis in temporalibus subuenientibus.

Oratio p̄sciti nulli valet.

Omnia de necessitate absoluta eueniunt

Confirmatio ieiunium clericoz̄ ordinatio locoz̄ consecratio reseruantur pape et episcopis ꝓpter cupiditatem lucri temporalis et honoris.

Uniuersitates studia collegia graduationes z magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta et tantum ꝓsunt ecclesie sicut dyabolus.

Excōicatio pape vel cuiuscūq̄ p̄lati non est metuenda quia est censura antixp̄i.

Peccant fundantes claustra et ingredientes sunt veri dyaboli.

Ditare clerum est contra regulam xp̄i.

Siluester papa z Cōstantinus imperator errauerunt ecclesiam dotando.

Omnes de ordine mendicantium sunt heretici et dantes eis elemosynam sunt excommunicati.

Ingredientes religionē aut aliquē ordinez eoipso inhabiles sunt ad obseruandū diuina ꝓcepta et per ꝓns puenīedi ad regnū celoꝝ nisi apostatauerint ab eisdem.

Papa cum omnibus suis possessiones habentibus sunt heretici eo ꝙ possessiones hñt et omnes consentientes eis.s.domini seculares et laici ceteri.

Eccl'ia romana est synagoga satbane nec papa est immediat⁹ vicari⁹ xpi ⁊ apostoloꝝ.

Decretales epl'e sūt apocryphe ⁊ seducūt a fide xpi ⁊ clerici sunt stulti qui studēt eas.

Imparor ⁊ dñi rpales sunt seducti a dyabolo vt eccl'iam suā dotarēt de bonis rpalib⁹

Electio pape a cardinalibus ꝑ dyabolum est introducta.

Non est de nēcitate salut̄ credere romanā eccl'iam esse suprēmā inter alias ecclesias.

Error eēt si ꝑ romanā eccl'iaz itelligat vl'is ecclesia aut conciliū generale aut ꝓ quāto negaret ꝓmatum summi pontificis super alias ecclesias particulares.

Fatuum est credere indulgentias pape et episcoporum.

Iuramēta illicita sunt q̄ fiūt ad roborādū humanos cōtractus ⁊ cōmercia ciuilia.

Augustinus Benedict⁹ ⁊ Bernardus dānati sunt nisi penituerint de hoc ꝙ habuerūt possessiones et instituerūt ⁊ intrauerunt religiones. ⁊ sic a papa vsq̄ ad vltimū religiosuz omnes sunt heretici.

Omnes religiōes indifferēter introducte sunt a dyabolo.

Secundo tenor articuloꝝ Jo.
Hus sequitur et est talis.

Unica est scta vl'is eccl'a tm̄ ē vna sicut tm̄ vnus numerus omniū ꝑdestinatorum.

Paulus nunq̄ fuit mēbrū dyaboli licet fecerit quosdam actus actibus ecclesie malignantium similes.

Prescīti nō sunt ptes eccl'ie cū nulla ei⁹ps finaliter ab ea excidit eo ꝙ ꝑdestinatiōis ei⁹ charitas q̄e ipam ligat non excidit.

Due nature diuinitas et humanitas sunt vnus christus

Prescitus etsi aliq̄n sit in gratia ꝝm pñtez iustitiam tamen nunq̄ est pars sancte eccl'ie et ꝑdestinatus semp manet membrum eccl'ie licet aliquādo excidat a gratia aduēntitia sed non a gratia predestinationis.

Sumēdo eccl'iaz ꝑ cōuocatione ꝑdestinatoꝝ siue sint in gr̄a siue nō ꝝm pñtem iustitiā isto modo ecclesia est articulus fidei.

Petrus non est nec fuit caput ecclesie sancte catholice.

Sacerdotes quōlibz crimiose viuētes sacerdotiū polluunt ptātē ⁊ sic vt filij infideles sentiunt infideliter de septem sacramētis ec clesie de clauibus officijs cēsuris cerimonijs sacris rebus ecclesie veneratione reliquiarū indulgentijs et ordinibus.

Papalis dignitas a cesare inoleuit ⁊ pape ꝓfectio ⁊ institutio a cesare emanauit.

Nullus sine reuelatione assereret rationabiliter de se vel de alio ꝙ esset caput ecclesie particularis sancte vel romanus pōtifex caput romane ecclesie.

Nō opz credere ꝙ iste q̄cūq̄ est romanus pontifex sit caput cuiuslibet ecclesie particularis sancte nisi deus eum ꝑdestinauerit.

Nemo gerit vicē xpi vel pñs nisi sequatur eū i moribus: cū nulla alia seq̄la sit ptinētior nec aliter recipiat a deo ꝓcuratoriaz ptātem qm̄ ad illud officiū vicariatus requirit ⁊ moꝝ conformitas ⁊ institutētis auctoritas.

Papa nō est verus nec manifest⁹ successor ꝓncipis apl'oꝝ si viuit moribꝰ ꝓtrarijs petro et si querit auaritiā tūc est vicarius Jude scarioth. ⁊ pari euidētia cardinales nō sunt veri et manifesti successores collegij alioꝝ apl'oꝝ xpi nisi vixerint more apl'oꝝ suātes mādata et concilia domini nostri iesu xpi.

Doctores ponētes ꝙ aliquis ꝑ censuram ecclesiasticam emēdandus si corrigi noluerit seculari iudicio est tradēdus ꝑ certo sequunt in hoc pontifices scribas et phariseos q̄ xpm non volentem eis obedire in oibus dicentes nobis non licet occidere quenq̄ ipm seculari iudicio tradiderunt ⁊ ꝙ tales sunt homicide grauiores ꝙ pilatus:

Obediētia ecclesiastica est obediētia ꝝm admonitionem sacerdotum ecclesie preter expressam auctoritatem scripture.

Diuisio immediata humanoꝝ operū est ꝙ sunt vel virtuosa vel vitiosa: q: si homo est vitiosus ⁊ agit quicq̄ tūc ē vitiosus: si virtuosus et agit quicq̄ agit virtuose: q: sicut vitiuz qđ crimen dicit seu pctm̄ mortale inficit vniuersaliter actus hominis vitiosi: sic virtus viuificat omnes actus hominis virtuosi.

Sacerdos xpi viuēs ꝝm legē eius habens scripture notitiā ⁊ affectū ad edificandū populum debet ꝑdicare nō obstante ptensa excōicatione, Et.j. ꝙ si papa vel aliq̄s ꝓpositus mandat sacerdoti sic dispoito nō ꝑdicare nō debet subditus obedire.

Quilibet predicantis officium accipit de mandato qui ad sacerdotiuz accedit: ⁊ illud mandatuz debet exequi ptensa excōicatione nō obstante.

Per censuras excōicationis suspensionis ⁊ interdicti ad sui exaltationē clerus populū laicalē sibi suppeditat. auaritiā multiplicat. malitiā ꝓtegit ⁊ viaz ꝑparat antixpo. Signū aūt euidens est ꝙ ab antixpo ꝓcedunt tales censure quas vocant in suis ꝓcessibus fulminationes q̄bus clerus ꝑncipalissime ꝓcedit contra illos qui denudāt nequitiā antixpi q̄ clerū ꝑ se maxime vsurpabit.

Si papa est malus ⁊ ꝑsertim si est ꝑscitus tunc vt Judas aplus est dyabolus fur ⁊ filius pditionis ⁊ nō est caput ecclesie sancte militantis cum nec sit membrū eius.

Gratia ꝑdestinationis est vinculū quo corpus ecclesie ⁊ quodlibet eius membrū iungit xpo capiti insolubiliter.

Papa vel prelatus malus et prescitus est equiuoce pastor ⁊ vere fur ⁊ latro.

Papa nō debet dici sanctissimus etiā ꝑm officiū q̄ als etiā ret deberet dici sanctissim? ex officiū ⁊ doctores ⁊ ꝓcones dicerent sancti immo etiaz dyabolus deberet vocari sanct? cum sit officiarius dei.

Si papa viuit xpo contrarie etiam si ascēderet ꝑ ritam ⁊ legitimā electionem ꝑm constitutionem humanā vulgatā tamen aliunde ascenderet q̄ ꝑ xpm dato etiam ꝙ intraret ꝑ electionem a deo ꝑncipaliter factam. Naz iudas scarioth rite ⁊ legitime est electus a deo xpo iesu ad epatum ⁊ tamen ascendit aliūde in ouile ouium.

Condemnatio. xlv. articulor Jo. Vicleff. per doctores facta est irrationabilis ⁊ iniqua et male facta ⁊ ficta est causa ꝓ eos allegata scilicet ꝙ nullus ex eis est catholicus sed quilibet eorum aut est hereticus aut errone? aut scandalosus.

Non eoipso ꝙ electores vel maior pars eorum cōsenserit viua voce ꝑm ritus hominū in ꝑsonam aliquā eoipo illa ꝑsona legitime est electa vel ꝙ eoipo est verus ⁊ manifestus successor vel vicarius Petri apostoli vel alteri? apostoli i officio ecclīastico. vñ siue electores bene vel male egerint opibus electi debem? credere. nam eoipo quo quis copiosi? operat meritorie ad ꝑfectum ecclie habet a deo ad ꝫ copiosius potestatem.

Non est scintilla apparētie ꝙ oporteat eē vnū caput in spūalibus reges eccliam quod semp cū illa militāte ecclia conuersek.

Christus sine talibus mōstruosis capitib? ꝑ suos veraces discipulos sparsos ꝓ orbē terrarum melius suā eccliam regularet.

Apostoli et fideles et sacerdotes dñi strē nue i necrīs ad salutē regularūt ecclesiā antecq̄ papē officium fuerit introductū sic facerent deficiente ꝑ summe possibile papa vsq̄ ad diem iudicij.

Nullus est dñs ciuilis nullus est prelatus nullus est ep̄s dum est in peccato mortali.


Auctoris peroratio

Hec ꝑ complemēto huius quarti libri dixisse sufficiant. ⁊ ꝑ ꝫ̄ns huius toti? nostri operis. Habito g̃ fine istius nostre Summe quā quattuor libris distinctā de eccliā intitulandam duximus erectis sursum luminib? ac manibus ad ipsius sancte ecclesie caput ⁊ sponsum iesum xpm dñm nostrum fontē sapiētie: cuius dignatissima gratia hoc opus ꝫ multq̄ laboribus ⁊ infirmitatibus fatigati ꝓsumma uimus ingētes illi gratias offerētes dicimus Tibi laus tibi gloria tibi gratiarū actio in secula seculorum Amen.

Hec Summa longe reuerēdi patris ⁊ dñi dñi Joh. de turrecremata sancte Romane ecclesie tituli sctē Marie in Trāstyberim pbī cardinalis sancti Sixti vulgariter nūcupati contra ecclesie ⁊ ꝑmatus apostoli Petri aduersarios intitulata: ac per. M. Joannem Trechsel alemānū: Lugduni diligētissime impressa: Anno nostre saluris. Mcccclxxvi. die vero. xx. mensis septembris: ad omnipotētis dei gloriam feliciter claudit.

Registrum operis huius.

a.b.c.d.e.f.g.h.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x.y.z. A.B.E.D.E.ff.G.et. H. sūt quaterna. i. terniū. et. J. quinternum.



Tractatus cōpendiosissimi sep tuagintariū questionū sup prāte ⁊ auctoritate papali ex sentēcijs scti Thome collectarū per mgrm Johānem de turrecremata ordinis p̄dicatoꝝ ad Julianū cardinalē incipit prefatio.

Andasti reuerē

m dissime pater ⁊ dñe prestantissime dñe Juliane dignissime pbr cardinalis vt ea que de sūmi pōtificis ptāte gloriosus doctor sanctꝰ Thomas de aquino sparsiz ponit in suis operibꝰ in vnū colligerē tractatulū. Jn quo pro nascētibꝰ difficultatibꝰ circa romani pōtificatꝰ singularē auctoritatem reuerēdissima paternitas vra posset fine laboriosa multoꝝ reuolutione librorū huius splendissimi doctoris ad manū habere sentētias. Optassem plane hoc onus aut studiosiori viro cui familiarior eēt p̄fati doctoris doctrina fuisse iniūctum: aut alio clariori tpe mihi. in quo laboriosiori alioꝝ sollicitudine magis integra pscrutationi tantoꝝ librorꝝ vacare potuissem. Verū q; olim paternitati vre reuerēdissime placuit: vt hoc p me ⁊ nunc fieret mandata vestre dñationis cōplexus: sequētes sententiarū flores eiusdē beatissimi doctoris Thome librorꝝ quos nunc pfunctorie trāscurrere potui: in hūc codicellū tanquā in vnū manipulū florū collegi. quiꝫ vt gratiorꝫ vre reddere tur reuerēdissime paternitati ⁊ aptius eiꝰ redoleret vtilitas: formatis circa ipsam auctem summi pōtificis titulis septuagintariū questionū quibꝰ ex prefati doctoris sancti libris satisfieri reperam ante noiatos sententiarū flores: per modū respōsionū ordine debito seruato: p̄texui. Sequitur questio prima.

Questio prima ē vtrū

Questio prima

supra cēpos aliquis dādus sit superior in eccl'ia

Ad hanc questionē respondet sanctꝰ Thomas affirmative q; sic in multē locis. primo in quarto sniarū di. xxiij. q. vlt. vbi rationez assignās loq̄tur. Ubicūq; multa sunt ordinata in vnū oportet esse aliq̄d vle regimen sup particularia regitiua: qz in omnibꝰ virtutibꝰ ⁊ actibꝰ vt dicit primo etbi. est ordo sm ordinem finis. Bonū autē cōmune est diuiniꝰ q; bonum speciale ideo sup ptātem regitiuaz que cōicat bonū speciale oportet esse ptātem regitiuā vlez respectu boni cōis: alias nō potest eē colligatio ad vnū. Et ideo cū ecclesia sit vnū corpus opz si ista vnitas debeat seruari q; sit aliqua ptās regitiua respectu totiꝰ eccl'ie supra ptātez cēpalē: qua vnaquaq; specialis ecclesia regit ⁊ hec est ptās pape. Et ad argumentū quo sic arguitur in oppositū q; omēs epi sunt aplorꝝ successores: ꝫ ptās q̄ data est vni aplorꝝ. s. Petro Mat. xvi. etiā data est omnibus aplis Roma. xx. ergo oēs epi sunt pares: ⁊ ita vnus nō est super alterū.

Arguitur.

Rñdet. s. Tho. in eodē loco sic. q; q̄uis omnibus aplis data sit cōiter potestas ligādi et soluendi: tñ in hac potestate vt ordo aliqs seruaret p̄io soli petro data est vt ostenderet q; ab eo debeat ista ptās descendere: propter qđ etiā ei dixit singulr. Confirma fratres tuos ⁊ pasce oues meas. i. loco mei. ⁊ vt dicit chrysostomus. prepositus ⁊ caput esto fratruz vt ipsi te in loco meo assumētes vbiq; terraruz te in trono tuo sedentē p̄dicent ⁊ cōfirment. Leterū scdo ad eandē questionē inducit idē doctor sanctꝰ plēs rōes in ꝗrto cōtra gentiles ca. lxxvij. vbi ita ait. Manifestū est aūt q; q̄uis populi per diuersas dioceses ⁊ ciuitates distinguant: tamen sicut est vna ecclesia ita oportet esse vnuz populū xp̄ianū. Sicut ergo in vno spāli ppl'o xp̄i requirit vnus ep̄s qui sit totius populi caput: ita in toto popl'o xp̄iano requiritur q; sit vnū totius ecclesie caput. Jtem ad vnionem ecclesie requirit q; oēs fideles in fide cōueniant. Circa vero ea que fidei sunt cōuenit questiones mouere. per diuersitatē aūt sententiaruz diuideret eccl'ia nisi in vnitate per vnius sniam cōseruaretur. Exigit ergo ad vnitatem eccl'ie seruandā q; sit vnus qui toti eccl'ie p̄sit. manifestū est aūt q; xp̄s ecclesie nō deficit in necessarijs quā dilexit: ⁊ p̄ qua sanguinem suū fudit: cum etiā de synagoga dicat p̄ dñm. Quid vltra debui facere ⁊ nō feci vinee mee. Esa. v. Non est ergo dubitandum quin ex ordinatione xp̄i vnus toti ecclesie p̄sit. Adhuc nulli dubiuz quin ecclesie regimen sit optime ordinatū: vtpote per eū dispositū per quem reges regnāt ⁊ legum cōditores diffiniūt iusta. Optimū autē regimen multitudinis est q; regat p vnū. qđ pz ex fine regiminis que est pax Pax em̄ ⁊ vnitas subditoꝝ est finis regentis vnitatis autem causa cōgruentior est vnus q; multi. Manifestū est igit regimē eccl'e sic eē dispositum vt vn'us toti ecclesie p̄sit. Amplius ecclesia militans a triumphanti eccl'ia per similitudinē deriuat. Unde ⁊ Joh. apo. xxi. Vidi Jbm descendentē de celo. Et moysi dictum est vt faceret omnia sm exemplar qđ ei in mōte monstratū est. Jn triumphāte aūt ecclesia vnus p̄sidet qui etiā p̄sidet in toto vniuerso: scz deus. Dicit em̄ apo. xxi. Et ipsi populus eius erunt: ⁊ ipse deus cum eis erit eoꝝ deus. igitur ⁊ in ecclesia militante vnus est qui p̄sidet vniuersis. hinc est q; Jobel. primo dicit. Congregabunt filij iude ⁊ filij israel pariter ⁊ ponent sibi caput vnum ⁊ dominus dicit Jo. x. ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor. Si quis au

Respondetur

tem dicat q̄ vnuꝫ caput ⁊ vnus pastor est xp̄s qui est vnus ⁊ vnius ecclesie sponsus nō sufficienter respōdet. Manifestuꝫ est em̄ q̄ omnia ecclesie sacramenta ipse xp̄s perficit. ipse enim est qui baptisat: ipse ē q̄ peccata remittit: ipse est verus sacerdos qui se obtulit in ara crucis ⁊ cuius v̄tute corpus eius in altari quottidie cōsecrat. Et tm̄ q̄ corporaliter nō cū omnibus fidelibus p̄sentialiter erat futurus: elegit ministros ecclesie per quos sacramēta fidelibus dispēsaret: vt supra dictū est. Eadem igitur ratione: q̄ presentiam corporalē erat ecclie subtracturus oportuit q̄ alicui cōmitteret q̄ loco sui vniuersalis ecclesie gereret curaꝫ: hinc est q̄ petro dixit ante ascensionē: pasce oues meas. Jo. vltio. et aī passionē. Tu aliq̄n̄ conuersus cōfirma fratres tuos. Luc. xxij. Et ei soli p̄mittit tibi dabo claues regni celorū: vt ostēderet potestas clauiū per eum ad alios deriuāda ad cōseruandam ecclesie vnitatē. hec ille.

Questio secūda

Questio secūda ē vtrū

Romanus pōtifex sit primus ⁊ maximus oīm episcopoꝝ. Ad hanc questionē rn̄det. s. Tho. affirmatiue in tractatu cōtra errores grecorū in. c. lxvi. vbi titulus talis est q̄ Roman⁹ pon. est primus ⁊ maximus inter oīs epos p̄ vna parte inducēs auctoritates sic ait. Q̄ em̄ Romanus pontifex successor petri ⁊ xp̄i vicarius sit primus ⁊ maximus oīm epoꝝ canon concilij exp̄sse ostendit sic dicens. Veneramur sm̄ scripturas ⁊ canonū diffinitōes sanctissimuꝫ antique Rome ep̄m primū esse ⁊ maximū oīm epoꝝ. hoc aūt auctoritati consonat sacre scriptture que inter aplos petro attribuit primuꝫ locū tam in euāgelijs q̄ in actibus aplorū. vnde dicit Crisо. sup Mat. Super illud accesserūt discipuli ad ihm̄ dicentes. Quis maior est in regno celoꝝ: q̄ quidē humanū scandalum cōceperunt: qō ⁊ iam in se occultare non poterant: ⁊ tumore cordis nō sustinebāt in eo q̄ viderant petrū sibi p̄ferri ⁊ prebonorari.

Questio tertia

Questio tertia est vtrū

Romanus pōtifex existat ceteris patriarchis prelatus. Ad hanc questionem respondet sanctus tho. affirmatiue in tractatu supradicto ca. lxxi. vbi ita dicit. Patet etiaꝫ q̄ ipse patriarchis prelatus existat ex hoc q̄ cyrillus dicit q̄ ipsi⁹. s. aplici troni Romanoꝝ pontificū solius est reprehendere statuere corrigere disponere soluere ⁊ loco ipsius ligare qui ipsum edificauit. Et Crisо. super actus aplorū dicit q̄ petrus est vertex sanctissimus beati aplotici throni pastor bonus. Et hoc etiā patet ex

auctoritate dn̄i dicētis Lu. xxij. Tu aliq̄n̄ conuersus confirma fratres tuos.

Questio quarta

Questio quarta ē vtrū

papa ni tota ecclesiā xp̄i v̄lem p̄lationē bēat.

Ad hanc questionē respōdet sanct⁹ Thōs affirmatiue in p̄fato tractatu cōtra errores grecorum in ca. lxvij. Vbi ita dicit q̄ predict⁹ xp̄i vicari⁹ in totam eccl̄iam xp̄i v̄lem prelationē obtineat. Legit̄ em̄ in Calcedon̄. cōcilio q̄ tota synod⁹ acclamauerit Leoni pape Leo sanctissim⁹ ⁊ ycomenic⁹. i. v̄lis patriarcha p̄ multos annos viuat. Et Crisо⁹. sup Mat. Fili⁹ q̄ patris est ⁊ ipsi⁹ filij p̄tatem Petro v̄lem cōcessit vbiq̄ terrarū ⁊ homini mortali oīm que in celo sunt dedit auctoritatē dādo ei claues: ad hoc vt etiā ecclesiā vbiq̄ terrarū āplificet Et sup Joh. in homel. lxxv. Jacobū localiter in loco terminat Petrū aūt tot⁹ orbis mgr̄m ⁊ doctorem ordinat: idē sup actus aplorū. Petrus a filio sup omnes qui filij sunt p̄tātem accepit nō vt moyses in gēte vna: sed in vniuerso orbe. Hoc etiam trabit̄ ex auctoritate sacre scripture. Nā petro indistincte oues suas xp̄s cōmisit dicens Jo. vlt. pasce oues meas. ⁊ Jo. x. sit vnū ouile ⁊ vnus pastor.

Questio quinta

Questio quīta est vtrū

sit error dicere rōane ecclesie pōtificem nō habere v̄lis eccl̄ie primatū. Respondet sanctus Thomas affirmatiue in ante dicto tractatu ꝯ errores grecoꝝ in ca. lxvi. vbi sic dicit. Similis aūt error est dicentiū xp̄i vicariuꝫ rōane ecclesie pontificez nō habere vniuersalis eccl̄ie primatū: erroi dicentiū spm̄sanctū a filio non p̄cedere. Ipse em̄ xp̄s dei filius suā ecclesiam cōsecrat ⁊ sibi spūsancto quasi ex suo caractere ⁊ sigillo vt ex suprapositis auctoritatib⁹ manifeste babet̄. Et filr xp̄i vicari⁹ suo primatu ⁊ prouidentia v̄lem eccl̄iam tanq̄ fidelis minister xp̄o subiectā seruat. Et ad illud qō dicit̄. di. xlix. c. null⁹. null⁹ patriarcharū vniuersitatē vocabulo vnq̄ vtatur ⁊ in. c. sequēti. vbi Grego. p̄bibet se v̄lem vocari. rn̄det sanctus Thomas in tractatu ꝯ impugnātes religionez sic dicens. q̄ aūt papa v̄lem pontificē se p̄bibet nojari nō hoc ideo est q̄ ipse nō habeat auctoritatem imediatā ⁊ plenā in qualz ecclesia: ſz q̄ nō p̄ficitur cuilz particlari eccl̄ie vt ppr⁹ ⁊ spālis illius ecclesie rector. Sic em̄ cessarēt oīm aliorū pontificū potestates. ⁊ hoc cap. inductū p ratione inducit.

Questio sexta

Questio sexta est vtrū

papa sit superior in tota eccl̄ia. rn̄det sanctus

Tho.affirmatiue.p3 primo ex iam dictis Sed sc3o hoc idem asserere videt in quarto. di.xv. vbi querit an oēs teneant ad ieiuniū arguendo in tertio argumēto.dicit fm Ugb.in lib.de dispensatōe vt pcepto. Jn pcepto supioris nō pōt dispēsare inferior sed quelibet singulariū psonarū est inferior q̄ ecclia que ieiuniū sub pcepto statuit:nisi forte ille qui est caput totius ecclesie vel loco capitis:scilicet papa.ergo sequitur q̄ nullus potest dispensare.

Questio septia

Questio septia ē vtrū

papa sit caput vlis ecclie. Rn̄.affirmatiue.s. Tho.in multis locis:sed potissime in ⁊tia pte q.viij.art.vi.vbi q̄rēs vtrū sit ꝓpriū xpo eē caput ecclesie ita dicit: q̄ caput in alia membra dupl̄r influit.vno modo quodā intrinseco fluxu ꝓput virtus motiua ⁊ sensitiua a capite deriuat ad cetera mēbra. Alio modo fm exteriorē quandā gubernationē ꝓput.s.fm visum et alios sensus q̄ in capite radicant dirigit homo i exterioribus actibus. Interior aūt fluxus gratie nō est ab aliquo nisi a solo xpo cui⁹ humanitas ex hoc q̄ est diuinitati cōiuncta h3 iustificandi virtutē. Sed influxus in mēbra ecclie q̄tum ad exteriorē gubernationē pōt alij conuenire:⁊ fm hoc alij possunt dici capita ecclesie. fm illud Amos.vi. Optimates capita populoꝝ.differēter tn̄ a xpo:primo quidē quātuz ad hoc q̄ xps est caput oium eoꝝ que ad ecclesiam ptineant fm oēm locū ⁊ tps ⁊ statū. Alij aūt hoies dicunt capita fm quedam spālia loca: sicut epi suarum ecclesiarū vel etiā fm determinatū tps: sicut papa est caput totius ecclesie.s. tpe sui pōtificatus ⁊ fm determinatū statū prout.s.sunt in statu viatoꝝ. Alio modo fm q̄ xpus est caput ecclie ꝓpria virtute. Alij ꝺo dicunt capita in q̄tuz vicē gerūt xpi:vt.ij. Lor.ij. Naz ⁊ ego qꝺ donaui si quid donaui ꝓpter vos in psona xpi.⁊.ij.Lorin.v. Pro xpo legatōe fungimur tāq̄ deo exhortāte p hoc nos

Questio octaua

Questō octaua ē vtrū

papa sit tn̄ caput fidelium viatoꝝ. Rn̄det.s. tho.affirmatie. Jn rn̄siōe data ante ꝓximā q̄stionē dicēs q̄ papa est caput toti⁹ eccle.s.tpe sui pōtificat⁹ fm determinatū statū vt.s.sunt in statu viatoris.

Questio nona

Questio nona est vtrū

papa sit spōsus vlis ecclie. Rn̄det.s. Tho.affirmatiue in tractatu ꝺ ipugnātes religionez ita dicēs q̄ spōsus ecclie ꝓprie loquendo xps est de quo ꝺr: qui h3 spōsam sponsus est. Jo.iij. Jpse eī ꝺ ecclia suo no⁹ filios gn̄at, alij aūt dicūtur spōsi sicut ministri spōsi exteri⁹ cooperātes ad generationē spūaliū filioꝝ: quos q̄dē nō sibi sed xpo gn̄ant. Qui q̄dē ministri intantū spōsi dicunt in q̄tū vicē veri spōsi obtinēt:⁊ ideo papa q̄ obtinet vicē sponsi in tota ecclia vlis ecclie spōsus ꝺr. Est aūt huic adijciendū ad dicti illi⁹ bernardi intelligētiā ad Eugeniū dicentis q̄ papa nō sit spōsus ecclie sed panimphus ⁊ amic⁹ spōsi.qꝺ.s.Tho.in.iiij.di.xxxviij dicit sic:q̄ eps cui ecclie cura committit virgines desponsat:non sibi sed xpo quia est sponsi peranimphus ⁊ amicus.

Questio decima

Questio decia est vtrū

xps ⁊ papa dicēdi sint duo spōsi vlis ecclesie. Rn̄det.s.Tho.negatiue in tractatu imediate allegato sic dī. Eps aūt sue diocesis spōsus ē ⁊ pbyter sue ecclie: vn̄ ⁊ diocesis spōsus papa est et eps pochie:nec ꝓpter hoc sequit q̄ sint plures spōsi vni⁹ ecclie: q⁹ sacerdos suo ministerio cooperat epo tanq̄ principali: ⁊ fil⁹ epi⁹ pape:⁊ papa ipsi xpo. vnde xps ⁊ papa eps ⁊ sacerdos nō cōputant nisi vnus spōsus ecclie

Questio vndecima

Questio.xi.ē vtrū ꝓter papā q̄ est caput ⁊ spōsus ⁊ pastor vlis ecclie sint necessarij alij plati in eccla. Rn̄det.s. tho.affirmatiue in q̄rto.di.xix. vbi q̄rēs an sacerdos q̄libz vti possit claue in quēliber:ita p̄ fataz qōnem ꝓbat dicens ea q̄ singularia opz opari nō eodē modo oibus cōpetūt. vn̄ sicut p̄ ter generalia medicine pcepta opz adhibere medicos quibus pcepta vlis medicine singulis infirmis fm q̄ debent aptent. Jta in quolibet p̄ncipatu p̄ter illū q̄ vliter pcepta legis tradit oz eē aliquos q̄ ea singulis fm q̄ debēt aptēt. Et pp̄ b̄ et in celesti hierarchia sub ꝓtātibus qui indistincte p̄sunt ponunt p̄ncipat⁹ q̄ singulis ꝓuinciis describūtur: ⁊ sub his angeli q̄ singulis hoibus in custodiā deputant. vn̄ ⁊ ita esse debet in platōe ecclie militantis vt apud aliquē esset platio indistincte in omnes: et sub hoc essent aliqui qui super diuersos distinctam potestatez acciperent.

Questio duodecima

Questio.xij.est vtrum

reges ⁊ principes xpiani: ⁊ p̄ xp̄m oēs fideles teneant esse subditi Romano pō. Rn̄.s.Tho. affirmatiue.lib.i.in tractatu suo ꝺ rege ad regē cipri:vbi in.c.xiij.loquēs de regno ecclie ⁊ regali sacerdotio:ita ait.hui⁹ regni ministeriū vt a terrenis spūalia essent discreta non terrenis regib⁹ sed sacerdotibus est cōmissum:⁊ p̄cipue summo sacerdoti xp̄ivciario Romano pōtifici cui oēs xp̄ianos reges opz eē subiectos:

ſicut ipſi dño ieſu xpo. Sicut (vt dictū eſt) ei ad quē vltimi finis ptinet directio ſubijci debent illi ad quos ptinet cura antecedentiū finiū: ⁊ etiā iperio dirigi ⁊ q̄ ſacerdotiū gentiū ⁊ totus diuinoꝝ cultus erat ꝓpter tpalia conq̄renda que oia ordinātur ad multitudinis bonū cōe cui⁹ regi cura cōuenit cōueniēter ſacerdotes gentiliū regib⁹ ſubdebātur: ſed etiā in veteri lege ꝓmittebātur bona tpalia ſiue terrena nō a demonib⁹: ꝫ a bono deo religioſo populo exhibēda. Vñ ⁊ in veti lege ſacerdotes legūtur regibus fuiſſe ſubiecti: ſed in noua lege eſt ſacerdotiū alti⁹ p q̄ boies traducūtur ad bona celeſtia. Vñ in lege xpi reges debent eſſe ſacerdotib⁹ ſubiecti. vñ mirabiliter ex diuina ſapiētia factū eſt vt romana vrbe quā deus p̄uiderat xp̄iani ſacerdotij ꝓncipalem ſedē futuraz: hic mos paulatim ꝺoleſceret vt ciuitatis rectores ſacerdotib⁹ ſubderent. Sic em̄ valerius maxim⁹ refert. oia poſt religionē ponēda ſemp nra ciuitas duxit: etiā in quib⁹ ſumme maieſtatis dec⁹ cōſpici voluit. Quapꝛopt nō dubitauerūt ſacris imperia ſeruire. Ita ſe humanarū rerū habitura regimē exiſtimātia ſi p̄uidentie diuine bene atq; p̄udēter ꝓſtanterq; fuiſſēt famulata. Hꝛ etiā futurū erat vt i gallia xp̄iani ſacerdotij plurimū vigeret religio: diuinit⁹ eſt p̄uiſū vt etiā apud gallos gētiles ſacerdotes quos druidas noiabant totius gallie ius diffinirēt vt refert Juli⁹ ceſar in libꝛo ꝓmentarioꝝ quē de bello gallico ſcꝛ̄ſit.

Questio.xiij.

Questio.xiij. eſt an ſit

de neceſſitate ſalutis ſubeſſe romano pōtifici rn̄det ſanct⁹ Thōs affirmatiue in libꝛo de erroꝛib⁹ grecoꝝ. c. lxxij. vbi ſic ait. Oſtēditur etiaz q̄ ſubeſſe rōno pōtifici ſit de neccitate ſalut̄ dicit em̄ Cirill⁹ in libꝛo theſauroꝝ. Itaq; fratres mei ſic xp̄m imitemur vt ipſi⁹ oues vocez audiam⁹ manētes in eccl̄ia petri nō inflemur vēro ſupbie ne forte toꝛtuoſus ꝑpēs ꝓpt̄ nrāz cōtētionē nos eijciat vt euā olim de paradiſo. Et maxim⁹ in epl̄a orientalibus directa dicit. Coadunatā ⁊ fundatā ſupꝛa petrā ꝓfeſſionis petri dicim⁹ vlem eccl̄iam ſm̄ diffinitionē ſalnatoꝛis in qua de neceſſitate ſalutis aiarū noſtrarū eſt manere: ⁊ ei eſt obedire ſuam ſeruantes fidem ⁊ cōfeſſionem.

Questio.xiiij.

Questio.xiiij. eſt vtrū

ſit hereticū dicere nō eſſe obediendū ſtatutis papalib⁹. rn̄det ſanct⁹ Thomas affirmatiue i libꝛo ꝯ impugnātes religionē ſic dicens. dicit in decret. diſ. xxij. ca. oēs. Qui romane eccleſie p̄uilegiū ab ipſo ſūmo oim eccleſiarū capite traditū auferre conat̄ ꝓculdubio in hereſim labitur. Et infra. Fidē quippe violat q̄ aduerſus illā agit que eſt fidei mater. hoc aūt p̄uilegiuz dedit xp̄s romane eccl̄ie vt oēs ei ſicut xpo obediāt. vñ dicit cyrillus alexādrin⁹ eps in lib. ij. theſauroꝝ vt mēbra maneamus in capite noſtro aplico thꝛono Romāoꝝ pō. a quo noſtruz eſt querere q̄d credere q̄d tenere debeamus: ipꝛz venerātes ipꝛz rogātes p̄ oibus q̄m ipſius ſoli⁹ é rep̄bedere coꝛrigere ſtatuere diſponere ſoluere ⁊ in loco illi⁹ ligare q̄ ipm̄ ediſicauerit ⁊ nulli alij: qđ ſuuz eſt plenū. ſed ipſi ſoli dedit. cui oēs iure diuino caput inclinār ⁊ ꝓmates mūdi tanq̄ ipſi dño ibu obediūt. vnđ ptz q̄ q̄cunq; dicit nō eſſe obediendū in bis q̄ p papā ſtatuunt̄: in hereſim labit̄. Jtē ad idez e ſūma ꝯgētiles. li. iij. c. lxxvij. vbi poſt aſſignatas roes p ꝓma ꝓcluſione ſupius adducta ſ cōcludēs ita dicit. p hoc excludit̄ quoꝝdā erroꝝ p̄ſumptuoſus quo ſe ſubducere nituntur ab obediētia ⁊ ſubiectōe petri ſucceſſoꝛe ei⁹ romanū pōti. vbis eccl̄ie paſtoꝛē nō recognoſcētes.

Questio.xv.

Questio.xv. ē vtrum

nō obediētes Romano pōtifici ſint ſciſmatici. Rn̄. s. Tho. affirmatiue in. iiij. ſnia. di. xij. vbi ſupꝛa ponit rōes ꝓbātes q̄ neceſſariuz ſit dare vnā ptātē regitiuā reſpectu totius eccleſie ſupꝛa ptātem epalē: cuiuſmodi eſt ptās papē dicēs ſic. et ideo illi q̄ hāc ptātē negāt ſciſmatici dicunt̄: q̄ſi diuiſores eccl̄iaſtice vnitat̄. Ceterū boc idem in. ij. ij. q. xxxix. arti. i. repetit ita dicēs. Sicut dicit yſidoꝛ⁹ in lib. Etbimo. Nomē ſciſmatis a ſciſſura aia ꝝ vocatū eſt. ſciſſio aūt vnitati opponit̄. vnde pcm̄ ſciſmatis ꝺꝛ q̄ꝺ directe ⁊ per ſe opponit̄ vnitati. Sicut em̄ in reb⁹ naturalibus id q̄ꝺ eſt p accidēs nō cōſtituit ſpēm: ita etiā in rebus moꝛalib⁹ in q̄bus id q̄ꝺ eſt intentū p ſe eſt: q̄ꝺ aūt ſequit̄ p̄ter intentionē eſt q̄ſi p accedens: ⁊ ideo pcm̄ ſciſmatis ꝓpꝛie eſt ſpāle pcm̄: ex eo q̄ intēdit ſe ab vnitate ſeparc: quā charitas facit: q̄ non ſolū alterā pſonam alteri vnit ſpāli dilectōis vinculo: ſed etiā totā eccl̄iam in vnitate ſpūs ⁊ ideo ꝓpꝛie ſciſmatici dicunt̄ illi q̄ ꝓpꝛia ſpōte ⁊ intentōe ſe ab vnitate eccl̄ie ſeparāt q̄ eſt vnitas p̄ncipalis. Nam vnitas p̄ticularis ſalicuoꝝ adinuicē ordinat̄ ad vnitatē eccl̄e: ſicut cōpoſitio ſinguloꝝ mēbroꝝ in coꝛpe naturali ordinat̄ ad totius coꝛporis vnitatē. Eccl̄ie autem vnitas in duobus attendit̄ ſ. in cōnexione membroꝝ eccleſie adinuicē ſeu cōiunctione. Et iterū in ordinatione ad oīum membroꝝ eccleſie ad vnū caput: ſm̄ illud, Colo. ij. Jnflat⁹ ſenſu carnis ſue ⁊ nō tenēs caput: ex quo totū coꝛpus p nexus ⁊ cōiunctiones membroꝝ ſub

minístratū ⁊ constructū crescit in augmentuz dei. Hoc autē caput est ipse xp̄s cuius vicem in ecclesia gerit summ⁹ pontifex. ⁊ ideo scisma tici dicūtur qui renuūt se subiycere rōano pontifici ⁊ qui membris ecclesie eius subiectis cōmunicare recusant.

Questio.xvi.

Questio.xvi. est vtruz

magis sit obediendū pape q̄ alteri ptāti cuicūq; inferiori. rn̄det sanct⁹ Thōs affirmatiue in scō sententiarū. di. vlt. in expōne lr̄e vbi q̄rens vtrū magis sit obediendum maiori ptāti q̄ minori sic dicit q̄ potestas superior ⁊ inferior dupl̄r se p̄nt habere aut ita q̄ inferior potestas ex toto oriaf ex superiori ⁊ tunc virt⁹ tota inferioris fundaf sup virtutez superioris: ⁊ ideo simpliciter in oibus est magis obediendum potestati supiori q̄ inferiori. Sicut etiaz in naturalib⁹ causa prima plus influit sup causatū cause scde q̄ etiā ipsa causa scda. vt in libro de causis dicitur ⁊ sic se habet ptās dei ad oēm potestatē creatā. Sic etiā se habet ptās imperatoris ad ptātē p̄consulis. sic etiā se habet ptās pape ad oēm potestatē in eccl̄ia: q̄a ab ipso papa gradus dignitatū diuersi in ecclesia disponūtur ⁊ ordinātur. vñ eius ptās ē quoddā ecclie fundamentū vt patet Matth. xvi. ⁊ ita magi tenemur obedire pape q̄ epis vel archiepis vel etiam monach⁹ abbati absq; vlla distinctōe. Possunt iterū potestas superior ⁊ inferior ita se habere q̄ambe oriātur er vna quadā suprema ptāte que vnam alteri subiycit. s. quam vult ⁊ tūc vna nō est superior altera nisi in illis in quib⁹ vna supponitur alteri a supma ptāte ⁊ in illis tm̄ est magis obediendum superiori q̄ iferiori. Et hoc mō se habent ptātes epi ⁊ archiepi descēdentes a potestate pape.

Questio.xvij.

Questio.xvij. ē vtrum

papa possit precepto suo cogere aliquē ad susciendū epatum. respōdet sanct⁹ Thō. affirmatiue in iij. sententiarū in fine distin. xxvij. vbi sic ait. Quidā dicūt q̄ papa nō potest p̄cipere alicui q̄ accipiat epatum: q̄ p̄sensus debet esse liber. Sz hoc posito periret eccl̄iasticus ordo. Nisi em̄ quidā possent cogi ad susciendū regimen eccl̄ie cōseruari nō posset cū q̄nq; illi qui sunt ydonei on⁹ hoc nolunt suscipere nisi coacti. hec ille.

Questio.xviij.

Questio.xviij. est vtrū

qui facit cōtra cōstitutionē pape per ignorantiam peccet. rn̄det sanctus Thomas in quoz. i. q. xix. q̄ quādoq; sic. s. q̄n ignorantia est peccatum. Ꝺro quo notat q̄ ignorātia que ē act⁹ causa causat in voluntariū. vñ sp excusat nisi ignorātia sit pctm̄. Est aūt ignorātia pctm̄ q̄n q̄s ignorat q̄ p̄t scire ⁊ tenef. Cōstitutionē aūt pape oēs suo modo scire tenentur. Si ergo aliq̄s nō sciat per negligentiam nō excusatur a culpa si contra constitutionem agat. Si vero aliquis habeat sufficiens impedimentuz ꝓpter q̄ scire nō poterit: puta si fuerit in carceribus siue in terris extraneis ad quas ꝓstitutio nō pueniat vl aliq̄ talis ignorātia excusat vt nō peccet ꝺ ꝓstōnē pape agēs. Ꝫ ille.

Questio.xix.

Questio.xix. ē vtrum

Romanus pōtifex succedat btō petro in ea p fectione prātis et dignitate vicariatus xp̄i q̄ ipse btūs petrus a xp̄o in eccl̄ia sublimatus. Ad hāc q̄onem. s. Tho. rn̄det affirmatiue p̄io in lib. iij. ꝺ Ben. c. xvi. vbi post sermonē de institutōe qua btūs petrus a xp̄o caput ⁊ pastor vlis eccl̄e ꝓstitutus ē ita loquit. nō p̄t aūt dici q̄ si xp̄s petro hāc ptātem dederit q̄ ad alios nō deriuet. Manifestū est em̄ q̄ xp̄s eccl̄iā sic instituit vt esset vsq; ad finē seculi dratura: ꝑm illud Esa. ix. Sup soliū dauid ⁊ super regnū eius sedebit vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iusticia amodo ⁊ vsq; in sempiternū. Manifestū est igit̄ q̄ ita illos q̄ erāt tūc in ministerio cōstituit vt eoz ptās deriuaret ad posteros p vtilitate eccl̄ie vsq; ad seculi finez: p̄sertim cū ipse dicat Mat. vlti. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad cōsummationē seculi. Per hoc aūt excludit quozūdaz errorē p̄sumptuosus q̄ se subducere nituntur ab obedientia ⁊ subiectione petri successoris eius Romanū pontificē vl̄is eccl̄ie pastorē nō recognoscentes. hec ille. Ceterū hanc questionez determinat ipse. s. Tho. in tractatu contra errores grecoz vbi in. c. lxix. ita loquit. ostendit etiam q̄ petrus sit xp̄i vicarius ⁊ Romanus pōtifex petri successor in eadē potestate vt a xp̄o collata ꝺr cū dicat canon Calcedonen. cōcil⁹. Si q̄s eps predicat infamis liberā habeat sententiā appellādi ad beatissimū ep̄m antique Rome quē habemus petrū petram refugij: ⁊ ipsi soli libera potastate dei loco sit ius discernēdi epi infamiā ꝑm claues a dño sibi datas ⁊ infra. et ideo omnia diffinita ab eo teneant tanq̄ a vicario apostolici throni. Item cyrillus hieroso limitanus patriarcha dicit ex persona xp̄i loquens. Tu cum fine ⁊ etiā sine fine cum omnibus quos loco tui ponā plene ⁊ perfecte sacro auctoritate cum eis ero sicut sum ⁊ tecum. Et cyrillus Alexandrinus in libro thesauroz dixit q̄ apl̄i in euangelijs ⁊ epistolis affirmaue.

runt in omni doctrina petrum esse loco dñi ⁊ eius ecclesiam eidem dãtes locum in omni cõcilio ⁊ synagoga in cõmuni electione ⁊ cõfirmatione: ⁊ infra. Lui.s. Petro omnes iure diuino caput inclinãt ⁊ pmates mũdi tanq̃ ipsi dño ielu omnes obediũt. Et Crisost. dicit ex persona filij loquens. pasce oues meas. i. loco mei ppositus esto fratrum.

Questio.xx.

Questio.xx.est vtrum

papa in ecclesia habeat plenitudinem ptãtis ad hanc questionẽ scũs Tho. rñdet affirmatiue in tractatu ptra errores grecoꝝ in.c.lxviij. vbi dicit sic. habeꝫ etiã ex pdictoꝝ auctibus q̃ roman⁹ pontifex habeat in ecclesia plenitudinẽ ptãtis. dicit em̃ Cirill⁹ patriarcha alexãdrin⁹ in libro thesauroꝝ. Sicut xp̃us accepit a patre dup lex sceptrũ ecclesie gentiũ ex isra el egrediẽs sup oẽm pnciparũ ⁊ ptãtem: ⁊ super omne qd cũq̃ est vt ei genua cũcta curuẽtur plenissimã ptãtem. Sic ⁊ petro ⁊ eius successorib⁹ plenissime cõmisit: ⁊ infra. Nulli alij q̃ petro xp̃s quod suũ est plenũ ⁊ ipi soli dedit et infra. Pedes xp̃i humanitas est ipse bõ cui tota trinitas dedit plenissimã ptãtem quam vnus triũ assumpsit ⁊ in vnitate psone transiuexit ad patrẽ sup oẽm pnciparũ ⁊ ptãtem ⁊ sup omne quodcũq̃ est vt ei genua cũcta curuẽtur: et adorẽt eũ oẽs angeli dei. dimisit parricim ⁊ ptãtem petro ⁊ eius eccl'ie. Et Crisо. ad cõsulta vulgatoꝝ ex persona xp̃i loquens. Ter te iterrogo si me diligis qui ter me trepidus ⁊ timidus negasti. Nũc aũt reductus ne credant te fratres grãm ⁊ auctem clauiũ amisisse q̃ amas me coram ipsis iam tibi cõfirmo qd meũ est plenum. Hoc etiã trahit ex auctoritate sacre scripture. nã dñs Mat. xvi. vniuersaliter petro dixit. quodcũq̃ solueris sup terrã erit solutum ⁊ in celis ⁊c.

Questio.xxi.

Questio.xxi.est vtruꝫ

errent contra vnitatẽ ecclesie q̃ romanũ pontificem negãt plenam habere in ecclesia potestatem. respõdet sanctus Thomas affirmatiue in tractatu prenoiato cõtra errores grecoruꝫ in.c. lxxiij. ita dicens. Sicut aũt pdicti errantes cõtra vnitatẽ corporis mystici peccãt romani pontificis ptãtem plenariaꝫ abnegãtes: sic cõtra puritatem corporis xp̃i sacri deliquũt dicentes ex afimo panẽ posse corpus xp̃i consecrari.

Questio.xxij.

Questio.xxij.est vtrũ

papa habeat plenitudinẽ pontifical' ptãtis sicut rex in regno. respõdet sanct⁹ Thomas affirmatiue in quarto sentẽtiarũ di.xix. vbi querens an eps possit dare indulgẽtias. dicit sic. Papa habet plenitudinẽ potestatis põtificalis quasi rex in regno: sed epi assumunt in partez sollicitudinis q̃si iudices singulis ciuitatibus ppositi: ppter qd ẽt solos eos in lris suis fratres vocat: reliquos aũt omnes vocat filios. Notandũ etiã breuiter q̃ idez doctor in eodem di.vij.q.i.ar.i. dicit q̃ in regno tota potestatis plenitudo penes regez residet in aristocratia autez apud vnũ non residet plenitudo potestatis sed apud omnes.

Questio.xxiij.

Questio.xxiij.est vtrũ

a papa deriuetur potestas in alios ptãtis. Ad hãc questionẽ rñdet. s. Tho. affirmatiue in locis supius annotatis. Primo in quarto cõtra gentiles. c. lxxvi. vbi ita dicit petro scz pmisit soli dicens. Tibi dabo claues regni celoruꝫ vt ostenderet potestas clauiũ p eum ad alios deriuanda ad cõseruandum ecclesie vnitatem. Item hoc idem dicit in. iij. sniarũ. di. xxiij. q. vl. sub his verbis. Cuis apostolis data sit cõmuniter ptãs ligandi atq̃ soluendi: tamen in hac potestate vt ordo aliquis seruaret. primo soli petro data est vt ostendat q̃ ab eo debeat ista potestas descendere. Leterũ scõo hanc q̃stionez plenius declarat in fine vltime distinctionis secũdi sniarũ vbi allegatũ est in respõsione. xvi. qõnis sic ait. Potestas supioꝝ ⁊ inferioꝝ dupl'r se possunt habere: aut ita q̃ inferior ptãs ex toto oriat a superiori: ⁊ tũc virtus tota inferioris fundat super virtutem superioris: ⁊ ideo simpl'r in omnibus est magis obediendũ potestati supiori q̃ inferiori. sicut etiã in naturalibus causa prima plus influit super causatum cause secunde q̃ etiã ipsa causa secunda: vt in libris de causis dicit: ⁊ sic se hz potestas dei ad omnẽ potestatẽ creatam. Sic etiam se habet potestas imperatoris ad potestatẽ pcõsulis: sic etiam se habet potestas pape ad omnem potestatez in ecclesia: quia ab ipso papa gradus dignitatũ diuersi in ecclesia disponũtur ⁊ ordinantur. vnde eius ptãs est quoddaꝫ ecclesie fundamentũ: vt patet Mat'h. xvi. ⁊c.

Questio.xxiiij

Questio.xxiiij.ẽ vtruꝫ

papa possit vti potestate clauis in quemlibet de ecclesia. Respondet. s. Tho. in quarto. dis. xix. art. iij. ita dicens: q̃ vsus clauiũ requirit aliquam plationis potestatez per quam ille ad quem vsus clauiũ cõmunicatur efficitur materia ppria illius actus: ⁊ ideo ille qui habet in distinctam potestatẽ super omnes põt vti clauibus in quemlibz. Illi aũt qui sub illo distin-

ctas potestates acceperunt: nō in quemlibet vti possunt clauibus ꝫ in eos qui eis ī prātez veniunt: nisi in necessitatis articulo: vbi nemini sacramenta sunt deneganda. Ceterum scdo sanct⁹ Thomas idem declarat in tractatu cōtra impugnātes religionem dicens. Epi in ecclesia tenent locum dñi nostri iesu xpi vnde. di. Dio⁹. in. v. ca. ecclesiastice hierarchie. pōtificū ordo prim⁹ quidē est diuinaꝝ ordinationū sublimissimus ⁊ nouissim⁹ idē. Et em̄ in ipsuz perficitur ⁊ impletur omnis nostre hierarchie dispositio: vt em̄ omnē hierarchiam videmus in xpm consūmatam sit vnaquecꝫ in proprīū diuinū summū sacerdotem. i. episcopum. Un etiam prime pe. scundo dicitur Conuersi estis ad pastorē animarū vestrarū ⁊ epm. hoc aūt precipue verū est de romano pōtifice cui vt Cirillus dicit. omnes iure diuino caput inclināt ⁊ tanq̄ ipsi dño iesu obediunt: vt etiaz Crisosto⁹, dicit sup illud Joh. vltimo. Pasce oues meas.

Questio.xxv.

Questio.xxv. ē vtrum

